

D I V I
P R O S P E R I
A Q V I T A N I C I,
E P I S C O P I R H E G I E N S I S,
V I R I E R V D I T I S S I M I,
O P E R A,

Accuratâ exemplarium vetustorum collatione,
à mendis penè innumeris repurgata.

*Q V I D V E R O I N H A C E D I T I O N E,
præter ditissimum Indicem, tam Scripturarum quàm rerum accesserit,
pagina quarta demonstrat.*



L V G D V N I,
Apud Hugonem Denoüally, Typographum.

M. D C. L X X I I.

1841
P H O T O P H E R I

A G E N T A T L O C A L
S T O O K S A N D B O O K S
S O L D I E R S

1841
P H O T O P H E R I
S O L D I E R S



1841
P H O T O P H E R I
S O L D I E R S



REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO,
D. IOANNI SARRACENO,
PRIORI VEDASTINO, ATTREBATENSI.



IT TO ad Te, R. D. Diui PROSPERI Rhegicnsis Episcopi Scripta : quæ superioribus editionibus non satis expurgata, nunc, nisi me opera fefellit, & vitidiora sunt, & non modica accessione cum variarum lectionum, tum plurium lacunarum, maximèque vnus perquam insignis supplemento locupletiora. Emendationes plurimas, item varias lectiones partim suppeditauit nobis liber tua singulari industria collatus cum antiquis codicibus ; partim vetustissimum volumen Bibliothecæ Cambrensis ; quod habebat manu descriptos, de Vita Contemplatiua libros tres, de uocatione Gentium duos, & vnum Epigrammatum. Itaque ex eo iis in libris multa sunt facta meliora, quæ deerant suppleta, adnotata plurima, ne acerrimo quidem iudicio tuo, cui libenter illa submittimus, improbanda. Neque verò mihi quisquam aut vitio verterit, aut etiam obiecerit, quòd homo in litteris tantum humanioribus versatus, à sacro Theologico studio planè alienus, Scriptori Ecclesiastico manus admouerim. Non sum ita temerarius, vt in messem alienam falcem, quod dicitur ; aut ita arrogans, vt censuram mihi sumam de eius generis Scriptis, quæ leui mutatione vnus interdum vocis religioni aut fidei Catholicæ periculum aliquod creare possint : iudicium de rebus, earum rerum peritis vitis reliqui, in solo conferendi, diuersitatique librorum colligendæ annotandæque labore occupatus : ex quo iisipis potestas fiat, praua corrigendi, eiectisque adulterinis & supposititiis, iusta & legitima in suam possessionem restituendi : iis, inquam, quibus *ὡτά τῆς ὀρθότητος καλοῦσιν ἀτάκταις εἰ τῆς πολιτείας νόμοι τῶ τῶ ἰππρέφουσι*. Debeatur autem Nomini tuo potissimum R. D. huius Editionis inscriptio ; quòd & optimè esses meritis de horum librorum Auctore, & in me liberosque meos benevolentia tuæ argumenta non obscura existerent. Itaque Prosper nitidior iam factus tua industria frontem nominis tui inscriptam titulo vt memorem & gratam omnibus mortalibus ostentat, & ego his tabulis consignatam beneficij tui in nos memoriam, apud omnes qui sunt, qui erunt, testatam publicatamque esse vehementer cupio. Vale R. D. Duaco. Idib. Nouembr. 1576.

R. T. OBSERVANTISS.

I. OLIVARIUS.

EX TRITHEMIO.

PROSPER *Episcopus Rhegiensis post Fauentium, natione Aquitanicus, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus nobiliter doctus, Carmine excellens & Prosa, eloquio disertus, sensu profundus, ingenio subtilis, assertione neruosus, vita & conuersatione sanctissimus apparuit. Hic Beati Leonis Papæ Magni quondam Notarius fuit, & multas in eius persona Epistolas dictauit. Scripsit etiam de sua uena multa præclara Opuscula de quibus tantum reperi subiecta. Ex Sententiis B. Augustini Episcopi, uersibus hexametris & pentametris mixtum prosa opus pulcherrimum, quod prænotare uoluit: Epigrammatum lib. 1. qui sic incipit. Dum sacris. De uita contemplatiua lib. 3. Contemplatiua uita, in qua. De libero arbitrio lib. 1. Domino Fratri dilectissimo Ruffino. Ad Capitula Gallorum lib. 1. Doctrinam quam sanctæ memoria. Ad obiecta Vincentianorum lib. 1. Quidam Christiana. Ad excerpta Genuensium lib. 1. In libris. Summam grandem CCCXX. questionum lib. 1. Innocentia, uel Scientia. Contra Cassianum de libero arbitrio lib. 1. Chronicon histor. lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. De illustribus uiris lib. 1. De captiuitate Romæ lib. 1. Alia insuper nonnulla scripsisse dicitur, sed ad manus nostras non uenerunt. Claruit temporibus Leonis Pontificis Magni Anno Domini CCCCLX. Cuius festum celebratur v 1 1. Kalend. Iulij.*

ELENCHVS EORVM QUÆ CONTINEBAT *Antiqua Editio.*

- Opus de Prædictionibus & Promissionibus Dei.
- De Vita Contemplatiua libri tres.
- Ad Ruffinum Epistola vna.
- Responsiones { Ad Capitula Gallorum.
- { Ad Obiectiones Vincentianas.
- { Ad Excerpta Genuensium.
- Contra Cassiani Presbyteri librum cui titulus est, De protectione Dei, de gratia Dei & libero arbitrio liber vnus: nunc demum in capita diuisus.
- Sententiarum ex operibus D. Augustini excerptarum liber vnus.
- Ex iisdem Sententiis Epigrammaton liber vnus.
- De Providentia diuina opusculum alterius quàm Prosperi.
- De Ingratis contra Pelagianos, liber vnus, in cap. 6.
- Commentarius in Psalmum centesimum & sequentes 50.

In hac editione vltima accesserunt.

- De uocatione omnium Gentium lib. 2. in breuiora capita distincti, non sublata tamen priori distinctione, sed in margine reposita: cum insigni supplemento, cap. 8. lib. 1.
- Ad sacram Virginem Demetriadem Epist. vna.
- Ad D. Augustinum Epist. vna.
- Cælestini Epist. pro Prospero & Hilario.
- Canones alterius Concilij Arausican.
- Omnia nouis variarum sectionum accessionibus locupletiora.
- Quæ C. litera notantur, eas exhibuit L. Cambrensis.
- Ceteras D. Ioannis Sarraceni industria,



LECTORI CHRISTIANO

SALVTEM.



PROSPER Aquitanus in Gallia, Episcopus fuit Rhegiensis, & aduersus reliquias hæresis Pelagianæ acerrimus atque elegantissimus Catholicæ fidei defensor: idque ex autoritate Sedis Apostolicæ, ut dicit in Præfatione suarum Responsonum ad Capitula obiectionum Vincentianarum.

Exstat eius Epistola ad Beatum Augustinum iam senem: qua breuiter complectitur querelas eorum qui in Massiliensi vrbe constituti, sub nomine Catholico Pelagianam hæresim in sinu fouebant, & plerasque D. Augustini definitiones velut Maiorum Sententias aduersas calumniabantur: contra quos eiusdem Augustini implorat auxilium. Eiusdem argumētū & Hilarius Arelatenſis ad eundem Augustinum scripsit Epistolam. Responſurus itaque eis Augustinus, duos scripsit libros, quorum vnus de prædſtinatione Sanctorum, alter de bono perleuerantiæ inſcribitur. Cūque defuncto Augustino, conuiuentibus nonnullis Galliæ Episcopis, Presbyteri quidam non cessarent damnatis Pelagij sensibus inherere, & apud imperitos D. Augustinum inſimulare, quod in confutandis Pelagij erroribus necessarium modum exceſſiſſet, multaque aſſeruiſſet in duobus prædictis libris, cunctis Chriſti fidelibus meritò detestanda: hi duo zelo fidei accenſi, Cœleſtinum Romanum tunc Pontificem adierunt, & querela apud eum deſiſta, Epistolam ab illo eruditissimam obtinuerunt: qua non tantum fides Catholica ex præceſſorum ipſius Cœleſtini Romanorum Pontificum decretis contra reliquias hæresis Pelagianæ grauiſſimè defenditur, verum etiam ad eò prædicatur Augustinus, vt vel hinc non immeritò hætenus habitus ſit præcipuus Eccleſiæ Doctòr. Ait enim dictus Cœleſtinus, quod nunquam eum ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſerit, quodque tantæ ſcientiæ olim fuerit, vt inter magiſtros optimos, etiam ab eius ſemper præceſſoribus haberetur, & quod de eo bene omnes in commune ſenſerunt, vt pote qui vbique cunctis & amori fuerit & honori.

Inuenitur Proſper ſubſcripſiſſe Synodo ſecundæ Vaſenſi, item Carpentoracenſi: inter quas media fuit ſecunda Arauſicana. Cui id eò fortaſſe non interſuit nec ſubſcripſit, quod capitula ad eam à Leone tranſmiſſa, eiusdem Leonis iuſſu conceperat: ſicut etiam Gennadius ſcribens de eo, ait: Epistolæ Papæ Leonis aduerſum Eutychem, de vera Chriſti Incarnatione ad diuerſos data, ab ipſo dictatæ creduntur, quod tamen an ita ſe habeat, iudicio Lectoris relinquemus.

Apud Hieꝛo. in catalogo illuſtrium viroꝝ: rum.

Porrò quanto ſtudio proſecutus ſit doctrinam Beati Augustini, ex Opuſculis eius manifeſtiſſimum eſt: quorum pleraque aut compendia eorum ſunt, quæ latius proſecutus eſt Augustinus, vt Sententiæ & Commentarij in Pfalmum centeſimum & ſequentes vſque ad centeſimum quinquageſimum primum, aut certè deſenſiones & explicationes definitionum eius, quas Caſſianus, Fauſtus, Vincentius, & alij in Gallia magis peruertendo, quàm contra diſſendo oppugnabant. Cuiuſmodi ſunt, Epistola ad Ruſſinum, reſponſiones ad Capitula Gallorum, ad obiectiones Vincentianas, ad excerpta Genuenſium, liber contra Collatorem, carmen contra Ingratos, & libelli duo de vocatione omnium Gentium, falſò hætenus D. Ambroſio aſcripti: quos in hac editione Authori ſuo reſtituimus, non tantum ob ſtyli & phraſis ſimilitudinem, ſed etiam quia in Bibliotheca Regularium ſancti Martini Louanij, & in Bibliotheca Abbatia Cambrenſis, nec non in Beneſienſi Abbatia apud Namurcum, in antiquiſſimis exemplaribus manuſcriptis habentur nomine B. Proſperi. Certè Ambroſij non eſſe, ex ſtylo clariùs apparet, quàm vt vlla oſtenſione egeat: & ex eo maxime, quod poſt damnatos Pelagianos (ante quorum damnationem è viujs exceſſerat Ambroſius) ſint ſcripti, vt videre eſt in cap. 2. lib. prioris.

Eiuſdem Proſperi cenſemus epistolam vltimam apud diuum Ambroſium ad Demetriadem Virginem: partim ob ſtylum, partim ob argumentum. Dirigitur enim poſt damnatam Pelagij hæreſim contra epistolam eiusdem Pelagij de ſancta virginitate ad eandem Demetriadem: quæ habetur in initio tom. 4. apud Hieronymum, quæ epistola viuentè adhuc Ambroſio non videtur extiſſe. Contra eam etiam ſcripſerant Augustinus & Alipius epistolam vnam ad Iulianam matrem Demetriadis Virginis. Huius autem Pelagij epistolæ meminit Augustinus libro primo de gratia Chriſti, cap. 2. 27. 37. 38. & 40. & ipſe Hieronymus eam ſignificaffe videtur in epistola ad eandem Demetriadem virginem de cuſtodia virginitatis: vbi monet eam deuitare virus Pelagij, nomine tamen eius ſuppreſſo. Penè, inquit, præterij quod vel præcipuum eſt.

Epistola.

Dum esses paruula, & sanctæ ac beatæ memoriæ Anastasius Episcopus Romanam regeret Ecclesiam, de Orientis partibus hæreticorum sæua tempestas simplicitatem fidei (quæ Apostoli voce laudata est) polluere ac labefactare conata est. Sed vir ditissimæ paupertatis & Apostolicæ solitudinis statim noxium percussit caput, & sibilantia Hydræ ora compescuit: & vireor, imò rumore cognoui, in quibusdam adhuc viuere & pullulare venenata plantaria. Illud te pro charitatis affectu præmonendam puto, vt sancti Innocentij, qui Apostolica Cathedra & supradicti viri successor & filius est, teneas fidem: nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidaque videaris, doctrinam recipias. Carmen de Prouidentia Dei à D. Prosperi Opusculis remouendum duximus, quia Pelagianæ doctrinæ est, cui Prosper infestissimus fuit. Docet enim optimum quemque non plus gratiæ accipere à Deo quàm pessimus: sanctos Patres ex lege naturæ bonos fuisse: à voluntate nostra præueniri auxilium Dei, & alia multa errori Pelagij consona, quæ D. Prospero nunquam placuerunt. Nec nouum esse magnorum virorum Scriptis opera quadam hæreticorum inseri: quum inter libros Hier. ascriptos reperiamus & epistolam Pelagij ad Demetriadem (de qua supra diximus) & Commentarios breues Pelagij in omnes Pauli epistolas, excepta ea quæ ad Hebræos est: Similiter epistolam Cœlestij ad Parentem de scientia diuinæ legis. Item epistolam de duobus filiis, frugi & luxurioso, non illam quæ est ad Damasum, sed quæ incipit: Omnium quidem de Scripturis, &c. & alia multa, quæ non sunt hoc loco recensenda. Ad quem modum etiam inter Augustini Opera irrepsit liber Quæst. veteris & noui testamenti, qui inter cætera asserit Melchisedech esse Spiritum Sanctum Sacerdotemque non summum: quomobrem meritò est à diuo Hieronymo, in epistola ad Euangrium reiectus. Eodem errore inscribitur liber Gennadij de Ecclesiasticis dogmatibus Augustino: cui quoniam non satis Catholicus est, studiosus quispiam, ex epistola prima Cœlestij & Concilio Arausicano secundo aliquot Capitula subiecit: nempe 22. 29. & sequentia. Quæ licet eiusdem libri esse videantur, tamen in nonnullis exemplaribus, tam scriptis quàm impressis, omiffa inueniuntur; sicque capite vigesimo primo libri eiusdem ex professo repugnant, vt aliquantulum consideranti satis statim eluceat, non nisi ad eius redargutionem esse annexa. Quo consilio & carmen de Prouidentia adiunctum videtur carmini de Ingratis, ne quum esset perniciosum, suo careret antidoto, si sefunctim legeretur. Cæterum quia Gennadij in libro de viris illust. (quem inuenies annexum catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum D. Hieronymi) conatus est D. Prosperi fidem eleuare, dum ait quòd Cassiani dogmata infamarit veluti nociua, cum Ecclesia Dei ea probet esse salutaria: videndum est quantum sit Gennadio tribuendum. In primis cap. 21. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus (quem Magister sententiarum, diuus Thomas & alij sub nomine Gennadij citant) dicit: Homo postquam seductione serpentis per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrij: non tamen electionem, ne non esset suum quod euitaret peccatum, nec merito indulgeretur quod non arbitrio diluisset. Manet itaque ad querendam salutem arbitrij libertas, id est, rationalis voluntas; sed admonente prius Deo & inuitante ad salutem, vt vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est, inspiratione Dei. Vt autem consequatur quod elegit vel quod sequitur, vel quod occasione agit, Dei esse liberè confitemur. Initium ergò salutis nostræ Deo miserante habemus: vt acquiescamus salutariferæ inspirationi, nostræ potestatis est: vt adipiscamur quod acquiescendæ admonitioni cupimus, diuini est muneris: vt non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est & cœlestis pariter adiutorij: vt labamur, potestatis nostræ est, & ignauitæ. Quibus verbis ait, in homine post lapsum mansisse electionem siue rationalem voluntatem ad querendam salutem, sed admonente prius Deo & ad eam inuitante, vt liberum arbitrium vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est, inspiratione Dei. Quod Pelagianæ hæreseos esse constat. Rursum in libro suo de viris Illustribus, diuo Hieronymo præfert Rufinum: Augustinum dicit ex multiloquio non fugisse peccatum, & errorem eius non dum quæstionem hæresis dedidisse: quo dicto manifestè significat quod periculo hæresis non careat, laudatque ibidem *Βλαγίας* Pelagij, quas diuus Hieronymus in dialogis contra Pelagianos plenas hæresibus asserit. Item probat duos Fausti libros de gratia & libero abitio: quos* Petrus Diaconus & alij Orientales anathematizant, & Ioannes Maxentius seruus Dei hæreticos pronunciat. Insuper magna leuitate ac temeritate de Romano Episcopo ita scribit: Iulius vrbis Romæ Episcopus scripsit ad Dionysium quendam de Incarnatione Christi Domini epistolam: quæ illo quidem tempore vtilis visa est aduersum eos, qui ita duas per Incarnationem in Christo asserbant personas, sicut & naturas, nunc autem perniciosæ probatur. Fomentum enim est Eutychanæ & Timotheanæ impietatis. Denique contra aperitissimam sententiam Gelasij Pontificis in Concilio septuaginta Episcoporum (vbi opera diui Prosperi approbat, & Cassiani apocrypha pronunciat) damnato Prospero dogmata Cassiani pro salutaribus ab Ecclesia suscipi mentur: idque certè cum Ecclesiæ iniuria: quandoquidem præter eos errores, quos diuus Prosper ex collat. 13. allatos eruditissimè confutat, reperiuntur adhuc in Cassiano alij plures errores intolerabiles, quos nunquam probauit Ecclesia. Vt (verbi gratia) collatione 4. dicit bonum esse, quòd caro concupiscit aduersus spiritum: malum verò, si voluntas tora spiritui ad hæreat, penitusque carnem vinceret. Decima-septima defendit, quandoque mentiendum

Lib. de Eccl. dogmat. cap. 2.

Libelli de Incarn. & gratia, &c. cap. 8. Responsio- nis suæ pro monachis, &c. cap. 18. &c.

Ad Lectorem.

esse. Vigesima-tertia asserit, omnes Sanctorum iustitias esse peccata: quod nostra memoria in Martino Lutero à Leone decimo damnatum est. Aliaque multa, quæ hic longum esset recensere. Nam sicut reliqui Pelagiani, ita & Cassianus videtur fuisse magnus sectator Origenis, qui (teste Hieronymo) sexto Stromatao libro, ex Platone docet rectum esse mendacium, & lib. 3. Periarchon c.4. asserit melius esse animam obsequi carni, quam esse in propria voluntate: & quod melius sit animam non penitus obedire spiritui. Nec mirum: Pelagij enim doctrina Origenis ramusculus est, inquit Hieronymus, id quod verissimum esse comperiet quisquis aliquot capita prima tertij libri Periarchon diligenter attenderit.

In epistol.
ad Creten-
phonem.

Libros de Prædictionibus & Promissionibus Dei non ignoramus plurimis in locis mendosos, & (vt apparet) mutilos esse: tamen haud ita atque cum eos in manus legendos acciperemus. Sed quum nobis exemplaria correctiora non suppetere, nolimus quidquam ex coniectura immutare. Si cui ob minorem eruditionem videantur à D. Prospero adhuc iuniore, iamque primum in sacris Litteris sese exercente scripti: obstabit quòd trigesimo-octavo capite secundæ partis Autor ipse ita loquitur, velut iam annos iuuentutis excefferit. Vt certè Prosperi non videantur, non eo tantum sit probabile, quod Gennadius & Trithemius recensentes quæ ab illo scripta sint, huius operis non meminere, sed etiam ex Phrasibus ac styli maxima dissimilitudine, quodque sæpissimè toto opere Autor hisce Sententiis vt sibi familiarissimis vtatur: Non tantum sibi, quantum etiam suis, &c. & Non tantum præteriti, quantum etiam præsentis, &c. Quas in ipsis D. Prosperi libris non reperies vsquam. Fatendum tamen est, ab homine scriptorum ac librorum D. Augustini studiosissimo scriptos esse. Nam & ipsa Augustini verba non semel citat; quæ quo loco apud illum habeantur, in margine annotauimus. Libri contra Collatorem (qui & mendis scatebat, & ordinis erat planè perturbati: quoniam in eo passim verba Prosperi impressa erant tanquam Cassiani essent) castigaciones subministravit eruditus & eximius vir Sacræ Theologiæ Regius Louanij Professor, M. Ioannes Hessels à Louanio: sicut & magnam partem eorum quæ tecum hucusque locuti sumus Lector Christiane. Bene Vale.

Pa# 1. cap.
278-17. 33.
36. Par. 2.
cap. 1. &c.



Index locorum Scripturæ sacræ.

- 13 Si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. 22.5.c.1
- 14 Nolite pueri effici sensibus, sed malitia. 3.3.c.1
- 15 Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. 55.c.2.66.c.2
Deum omnia in omnibus. 61.c.2
2. Corinth.
- 1 In sapientia Dei non cognouit mundum per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. 18.c.2
- 4 Quæ uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna sunt. 21.c.2.45.c.2
- 6 Nolite inquam cum infidelibus uocare. 4.c.2
- 8 Dum esset diues, pro nobis pauper factus est, ut nos illius paupertate disceremus. 175.c.2
Galat.
- 1 Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. 110.c.1.116.c.2
- 5 Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim unum estis in Christo Iesu. 168.c.1
- 6 Abstine mihi gloriarì, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 68.c.1
- Ephel.
- 2 Propter multam charitatem suam quæ dilexit nos, miserus est nostri, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christum ut essemus in ipso nona creatura, nouumque figmentum. 13.c.2
- 3 Ipse est pax nostra. 20.c.1
- 4 Unus Dominus, una fides, unum baptisma. 17.c.2
Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. 22.3.c.1
- 5 Existis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulat. 31.c.2
Nemo unquam odio habuit carnem suam, sed nutrit & fouet eam. 69.c.2
Membra sumus corporis eius, de carne eius & ossibus eius. 104.c.1
- 6 Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus. 34.c.2
State succintili lumbos mentis uestræ in ueritate, & calceati pedes in preparatione Euangelij pacis in omnibus, fumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei. 35.c.1
- Ad Philip.
- 1 Uiuere Christus eras, & mori uerum. 228.c.2
- 2 Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. 71.c.2.72.c.1
In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum. 23.c.2.70.c.2.86.c.2.108.c.1.110.c.2
- 3 Conuersio nostra in caelis est. 65.c.2
- Ad Coloff.
- 2 Ne quis uos seducat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, & non secundum Christum. 11.c.1.86.c.1
- 3 Mortuus estis, & uita uestra ascendita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. 21.c.2.43.c.1.72.c.2.90.c.1.70.c.1
- Deponetes ueterem hominem cum actibus suis, induite nouum qui secundum Deum creatus est. 220.c.2.221.c.1
- Ad Thesfal.
- 5 Semper gaudeat, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.
- Ad Timoth.
- 2 Unus est mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. 59.c.2
- 3 Qui pie uolent in Christo uiuere, perfectionem patientur. 23.c.1.66.c.2.68.c.1.81.c.1
- Ad Titum.
- 1 Omnia munda mundis. 38
- 2 Qui Deum profitemur, se scire, factis negant. 32.c.1.176.c.2
- Ad Hebr.
- 11 Sine fide impossibile est placere Deo. 41.c.2
- 13 Iesus Christus heri & hodie, idem ipse, & in æternum. 175.c.1.219.c.1
- D. Iacobi.
- 1 Si quis uestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluentem, & non impropriet & dabitur ei. 46.c.1
- D. Petri.
- 1 Non enim redempti estis corruptibilibus auro, uel argento, sed pretioso sanguine agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. 211.c.2
- 2 Tanquam lapides uisui super edificantur in domos spirituales, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias Deo acceptabiles per Iesum Christum. 31.c.1
- 4 Charitas operit multitudinem peccatorum. 4.c.2
- I. Ioan.
- 1 Sanguis Iesu filij Dei emundat nos ab omni peccato. 107.c.1
- 2 Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. 222.c.2
Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipses seducimus, & ueritas in nobis non est. 33.c.1.36.c.2
- 3 Filius Dei uenit dissoluere opera diaboli. 21.c.1
Qui odit fratrem suum, homicida est. 138.c.2.215.c.1
- 4 Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior nos dilexit. 7.c.1
Charissimi, diligamus inuicem, quoniam charitas ex Deo est, & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum, & qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas est. 45.c.1
- 5 Scimus quoniam filius Dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum, & simus in uero filio eius. *ibid.*
- Apocalypf.
- 4 Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *ibid.* 13.c.2
- 14 Hi sunt qui sequuntur agnum, quicumque uadit, qui secum mulieribus non conuinuerunt. 22.c.1



D. LEONIS PAPÆ HVIVS NOMINIS PRIMI,

SERMONES IN PRÆCIPVIS ANNI TOTIVS
Festiuitatibus, ac de seriis quibusdam alijs negotijs
habiti ad fidelem plebem.

In anniuersario die Assumptionis eius ad Summi Pontificis
Romani culmen & onus.

SERMO PRIMVS.

*Dignitates Ecclesiasticae à quo potissimum
confertur, & ad quid valeant.*

Ingratitudinis est beneficium Dei tacere.



AVDEM Domini loquatur os meum, & nomen sanctum eius anima mea, ac spiritus, caro & lingua benedicat. Quia non recunda, sed ingrata mentis iudicium est, beneficia tacere diuina: & tatis dignum est, à sacrificijs Dominicæ laudis obsequium consecratis Pontificis inchoare. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, & benedixit nobis: quia fecit mihi mirabilia magna solus, vt præsentem me cerneret vestre sanitatis affectio, quem fecerat necessitas longæ peregrinationis absentem. Ago igitur Deo nostro gratias, & semper aduersus sum pro omnibus, quæ tribuit mihi. Vestri quoque fauoris arbitrium debita gratiarum actione concebro, euidenter intelligens, quantum mihi possint reuerentiæ amoris & fidei, studia vestre dilectionis impendere, animarum vestrarum saluarem pastoralis sollicitudine cupienti, qui tam sanctum de me nullis admodum præcedentibus meritis iudicium protulisset. Obsecro igitur per misericordias Domini, inuote votis, quem desideratis expetistis, vt & spiritus gratiæ maneat in me, & iudicia vestra non fluctent. Præstet in commune nobis omnibus pacis bonum, qui nobis vnanimitatis studia insudat: vobis omnibus vite meæ, in omnipotenti Dei seruitium, & ad vestra parata obsequia, cum filicia possim Dominum deprecari: *Patet sancte, conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, semper que proficientibus vobis ad salutem, magnificet anima mea Dominum, & in futuri retributione iudicij, ita mihi apud iustum iudicem sacerdotij mei ratio subsistat, vt vos mihi per bona opera vestra suis gauium, vos corona, qui bona voluntate syncerum presentis vite testimonium præstitistis Honorabilem igitur mihi, dilectissimi,*

Ioan. 17.

1. Thess. 3.

hodiernum diem fecit diuina dignatio: quæ dum humilitatem meam in summum gradum prouehit, quod neminem suorum sperneret, demonstrauit. Vnde etiam necessarium est trepidare de merito, religiosum est tamen gaudere de dono, quoniam qui mihi* principium est autor, ipse mihi fiet administrationis adiutor: & ne sub magnitudine gratiæ succumbat infirmus, dabit virtutem, qui contulit dignitatem. Recurrenre igitur per suum ordinem die, quo me Dominus Episcopalis officij voluit habere* principium, vera mihi in gloriam Dei causa est letandi: quæ mihi, vt multum à me diligeretur, multa dimisit. Et vt mirabilem faceret gratiam suam, in eum munera sua contulit, in quo meritum suffragia non inuenit. Quo opere suo Dominus, quid cordibus nostris infirmat, quid commendat, nisi vt de iustitia sua nemo presumat, & de ipsius misericordia nemo diffidat? Quæ tunc euidentius præminet, quando peccator sanctificatur, & abiectus erigitur. Neque enim de qualitate nostrorum operum pendet cælestium mensura donorum: aut in isto sæculo, in quo tota vita tentatio est, latrone hoc vnicuique retribuitur, quod meretur: vbi si Tob. 7. iniquitates Dominus obseruaret, nullus iudicium suum sustineret. Magnificare ergo, dilectissimi, Dominum mecum, & exaltemus nomen eius iniucem, vt tota ratio celebritatis hodiernæ ad laudem sui referatur auctoris. Nam quod propriè ad effectum animi mei pertinet, confiteor me plurimum de omnium vestrum deuotione gaudere. Cùmque hanc venerabilem consacerdotum meorum splendidissimam frequentiam video, angelicum nobis in tot sanctis sentio interesse conuentum. Nec dubito nos abundantiore hodie diuine præsentia gratia visitari, quando simul adsumus, & vno lumine micant, tot speciosissima tabernacula Dei, tot membra excellentissima corporis Christi. Nec abest, vt confido, ab hoc cætu etiam beatissimi à postoli Petri pia dignatio & fida dilectio: nec vestram deuotionem ille deseruit, cuius nos reuerentia congregauit. De vestro itaque & ipse gaudet affectu, & in consoribus honoris sui, obseruantiam Dominicæ institutionis amplectitur, probans ordinatissimam totius Ecclesiæ charitatem, quæ in Petri sede Petrum suscipit, & à

Aliàs, contris,

Vide num principatū legendum.

Quid nos moneret Deus in hostrorum operum pendet cælestium mensura donorum: aut in isto sæculo, in quo tota vita tentatio est, latrone hoc vnicuique retribuitur, quod meretur: vbi si Tob. 7.

A
tanti

adherebit uxori suae, & erunt duo in carne vna. Hoc itaque factum esse, vt rem gereret & figuram, Apolos factum testis est. Exponens quippe hunc locum in epistola ad Ephesios, ait: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Sacramentum igitur magnum quod promissum sperauit Adam, sibi coniunctam vidit, quam credidit coniugem. Nobis per fidem viuotum signauit futuram Ecclesiam, matrem appellauit omnium viuorum; ea scilicet causa, qua ex latere Ade dormientis formata Eua, ex latere Christi in cruce pendens formanda, vt factum est, praeditur Ecclesiam, quae verè est mater omnium viuorum. Hæc enim illa mulier, quae custoditur per tempus & tempora, & dimidium temporis à conspectu serpentis, vt in Apocalypsi de Ecclesia dicitur.

PRÆDICTIO: *In mandato contempto duas sequi mortes.*

CAPVT II.

PRÆdixit Deus Ade & mulieri eius mortem securitatem, si verita tetigissent, dicens: *Ex omni ligno Paradisi edetis, de ligno autem dignoscencia boni & mali non edetis ex eo. Quia si autem ederitis, morte morieturini.* Præceptum autem, fallente diabolo, contemnentem, veritum tetigerunt. Quod peccatum dum vir excusat per mulierem, mulier per serpentem, mortem prædictam non tantum sibi, quantum suis etiam posteris propinarunt. Hanc enim expendit omne simul genus humanum, aliam significans perpetuam mortem, cuius expertus erit omnis qui mandata Christi seruauerit. Eum verò qui monita salutaria Domini nostri Iesu Christi temnenda duxerit, sine vlla dubitatione suscipiet. *Beatus enim & sanctus* (ait Ioannes Apollolus) *qui habet partem in hac prima resurrectione, in qua mors non habet potestatem.* Et Dominus: *Qui audit verba mea, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam; & in iudicium non veniet, sed transiit ad mortem ad vitam.*

PRÆDICTIO: *Diaboli sententiam eos manere, qui eius fecerim voluntates.*

In Genesi credita & visa.

CAPVT III.

SEquitur in serpentem diabolum prolata prædictaque sententia, in qua metuendum quiddam reperitur, quod ei inter cetera dictum est: *Terram manducabis omnibus diebus vite tue.* Terrenis enim cupiditatibus inhiantes anime, terre similes comparantur, easque impias Propheta David in primo Psalmo designat, dicens: *Erunt tanquam puluis, quem proiciet ventus à facie terra.* Et Hieremias Propheta: *Recedentes à te,* ait, *in terra scribentur.* Iob etiam dicit: *Terra stradita est in manus impij.* Item David: *Memento Domine, quoniam terra funis.* Se vero exiit à terra, quam peccati merito serpens comedendam accepit, in alio Psalmo dicit: *Salua me de luto, ut non inbaream.* Item alibi: *Hæsit in terra venter noster: exurge, Domine! auxiliare nobis, & redime nos propter nomen tuum.* Item alibi: *Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori.* Propter quod, quotidie monendos nos per sacerdotes censuit diuina clementia, cor firsutum erigere, nosque proftitemur habere ad Dominum: si tamen sponso nostra fita fit, vt quod verbis proferimus, iugi gratia factis etiam compleamus.

PRÆDICTIO: *In maledictio mulieris sequi originale peccatum.*

Prædictum peccatum originale. In Genesi credita & visa.

CAPVT IV.

Mulierem autem dixit Deus: *Multiplians multibulo gemitus & dolores tuos, in tristitia paries*

filios. Sic nasci transgressorum filios Dauid Propheta confirmat: *In iniquitatibus, inquit, conceptus sum, & in peccatis in vtero me aluit mater mea.* Salomon quoque paria testatur. *Græue,* ait, *ingum super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturae in matrem omnium.* Item ipse: *Et ego natus accipit, dicit, communitatem omnem, & in semitæ factam decidit terram, primam vocem similem omnibus enisi, plorans, inuolumentis natus sum & curis magnis.* Nemo enim ex Regibus aliud habuit auaritiæ initium: *Vnus est enim omnibus introitus ad vitam, similis exitus.* Et paulo post: *Semen enim erat maledictum ab initio.* Et Esaias: *Semen nequam, ait, filij scelesti dereliquisti Dominum. Iob etiam dicit: Nullus est immunis à sorde: nec infans, cuius est vnus dies vita super terram.* Item ipse: *Nemo potest facere mundum de inuoluto conceptum semine, nisi ea qui solus mundus es. Pro cuius expiatione maledicti feminis, immunditia patientis mulieris & infantis, sacrificia sunt legalia instituta, vsque ad Christum regnantes, qui sui corporis oblato sacrificio, saluos facit pusillos cum magnis. Ipse enim saluum faciet populum suum, dictum est, à peccatis eorum.* Hæc tamen quæ prædicta sunt, ita cernuntur impleta, vt vsque in finem mundi supplenda doceantur.

PRÆDICTIO: *In Adam omnibus posteris Labor, sudor, & dolor.*

Prædicta propagataque sententia. In Genesi credita & visa.

CAPVT V.

ADe autem dixit Deus: *Quoniam audisti vocem mulieris tuæ, & tetigisti de arbore, de qua sola præceperam tibi ne manducares ex ea, & manducasti: maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos pariet tibi; in tristitia & gemitu edes pabulum agri tui, in sudore vultus tui manducabis panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quoniam terra es & in terram ibis.* Hanc prædictam penam peccati, quam radix humani generis Adam pro sententia excepit, ac suis posteris tanquam ramis transfundit, per vnum hominem, dicit Apollolus, peccatum intrasse in mundum, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt. Humus enim, quæ Creatoris imperio fertiles salubresque ex te herbas, sine vlla cultura homini ante produxit, post ætumnis sentibusque referta est, vt in sudore ac labore ex ea omnem hominem edere panem oporteat, donec recurrat in mortem. Non tantum prædicta audire ista meruimus, quæ etiam probata expendere. Vnde & David dicit: *Exibis homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam.* Et iterum: *Labores manuum tuarum manducabis.* Apollolus quoque dicit: *Qui non vult operari, nec manducare.* Et Dominus vsque in vndecimam horam operarios mittit ad vineam.

PRÆDICTIO: *In Cain & Abel duorum populorum, Christianorum & Iudæorum.*

Prædictio figurata, duorum populorum scilicet. In Genesi credita & visa.

CAPVT VI.

EX primis igitur hominibus mortalibus iam effectis, duo filij procreati sunt, ambo mortales, Cain maior, minor Abel. Pastor ontium vnus, alius agricola. Hi dum terram incolunt laboribus iam obnoxiam iudicio diuinæ sententiæ, seque à propriis paternisque delictis expiare contendunt, ex primitiis frugum suarum sacrificia obtulerunt. Minoris Abel ex ouibus oblatum, acceptabile suscepit sacrificium, repudiatur Cain non rectè diuina teræ particula; iniquia hinc nascitur præsciencia diuinitas futurorum indicit patientiam furenti,

Ephes. 5.

Apoc. 12.

Genes. 2.

Genes. 3.

Rom. 5.

Apoc. 20.

Ioan. 1.

Genes. 3.

Psal. 1.

Hier. 17.

Iob. 9.

Psal. 102.

Psal. 86.

Psal. 43.

Psal. 134.

Genes. 1.

Sap. 7.

Efai. 1. Iob. 4. 15. & 25.

Leuit. 11. Matth. 1.

Genes. 3.

Rom. 5.

Psal. 109. Psal. 137. 1. Thess. 3. Math. 10.

Genes. 4.

ti, diciturque ad Cain: *Peccasti, quiesce, ad te conversio eius, & tu dominaberis eius*: id est, vt peccato suo ipse dominaretur, nec feret seruus peccati, si præcipienti humilis obediret. Verum Cain contumax, siquæ impatiens, insiliit super Abel in campum, & occidit eum. Proh nefas! hæcine sunt Cain! germanitatis fœdera? hæcine principia bonæ naturæ? hæcine bonæ indolis spes est, vt antè te norit pater homicidam quàm filium? Sed his austeris facinus suum Cain multis etiam vinculis connoauit: Effectus contemptor diuini mandati, superbæ caput, author inuidiæ, princeps illatæ mortis, & primus in hominibus parricida. Hic initia belandi insituit vt reus innoxium sanguinem diffundat, liuoris plenus gloriam impetit alienam. Nam præclara hinc fulserit martyria, dum iusti occiduntur ab impiis. Sed vt omne nobis quod actum est, proficere demonstretur diuina prouidentia, fratrem ab fratre requirit, quem iam occisum nouerat, negantem, terra teste, conuicit: *Vox in uis, sanguinem fratris tui clamauit ad me de terra*. Cain figurasse Iudaicum populum terrenis desiderijs inhiantem, Abel Christum pastorem ouium, ab eo populo occisum, nullus iam ambigit Christianus: cuius sacrum sanguinem omnis nunc terra accipiens, clamat Amen: quod est, Verum: vt neganti Indæo quod occidit Christum, rectè dicatur à Deo: *Vox sanguinis fratris tui clama: ad me de terra*. Pro Abel quem occidit Cain, natus est Seth, ex quo per ordinem successionis uenit Enoch, qui Deo dum placeret, translatus est ne gustaret mortem, Heliæ sociandus, vt duo testes idonei secundo Christi aduentui præparentur, in confortationem Antichristi, & in gloriam iudicantis Filij Dei: de quibus suo loco testimonia proferemus.

PRÆDICTIO: In diluuium arca, quæ significauit Ecclesiam.

Prædictum diluuium.

CAPVT VII.

Deum filij Dei à proposito deficerent sanctitatis, Deus Noe iustum fide admonuit: *Finis*, inquit, *uniuersæ carnis uenit coram me: repleta est enim terra iniquitate eorum, & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis quadratis, tricameratam facies arcam, & tribu uinabris intrinsecus & extrinsecus, & sic facies eam; Tricamerum cubitorum erit longitudo arce, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo ipsius. Fenestram facies in arca, & in cubito conspuuabis eam. Ostium aut in arca ponet ex latere. Ecce aduicam diluuium aqua super terram, & interficiam omnem carnem in qua est spiritus uita, sub celo. Dum igitur fides commodat ac præparat mentem, crediturque futurum quod sperat implendum, mysticæ iustioni & fabricæ obediens Noe, arcam qua fe cum mundis immundificat animalibus, vt præceptum fuerat, conderet, fabricauit: geometricâ quippe mensurâ, quæ vt fertur, sexies tantum quàm nostra se extendit. De his autem adscriptis numeris, quantum diuinitus aduicam fucro, colligens pauca, architecti illius nostri Pauli Apostoli sententiam introducam: qui illius arce figuratam fabricam, omnemque eius spiritalæ constructionem ad Ecclesiam sanctam referens, insat in ea crucis expressit. At enim in epistola ad Ephesios: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, vt det uobis secundum diuicias gratiæ suæ, uirtutem habitare Christum per fidem in cordibus uestris, in charitate radicati atque fundati, ut ualeatis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit altitudo, latitudo, longitudo & profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. Quinque sententias in quinque articulis dixit, ut pote is qui dixerat: Volo quinque uerba mentem mea in Ecclesia loqui. Quinque ergo istæ sententiæ ad prædictæ arce mensuras pertinere hac ratione monstrantur. Quinarius enim numerus ex pari & impari constitutus, hæ-**

bet duo & tria. Tria à trinitate: duo à duobus præceptis, quæ coniuncta quinarium formant. Huic additur vnus, propter uiratem indiuiduam Trinitatis, & efficitur senarius perfectus, omni ex parte sibi uel respondens: In primam, tertiam ac dimidiam. De quo numero multi iam dixere maiores. Hi igitur quinarus & senarius coniuncti numeri, ac multiplicati in inuicem, extenduntur ad prædictæ arce mensuras quinaris. Propter quod quinta die, excepto homine, in ueruisa quæ creata sunt, fecerit Deus: atque in quinque libris Moyfi ueruisa legis mandata conscripta sunt: & quod perficiende legis causâ, quintâ feriâ ad paribulum traditus fuerit ipse Saluator & Dominus. Senarius uero numerus hoc continet, quod sexta die formatus est homo: & sexta a tate sicut ad redemptionem mundi hominem susceperit uerbum Dei. Et sexta feriâ suspensus in cruce, nostum omne pretium ex suo latere, tanquam per ostium arce, pretiosum sanguinem fuderit. Gen. 5. Ex quo columba Ecclesia tantum sanguine dotata processit. Propter quod & coram hæreticis exiens, humani cadaueris cupiditate naufragus, ad arcam Ecclesiam redire noluit. De quo intus posita manda animantia clamant: *Ex nobis exiit, sed non erat ex nobis: nauis si ex nobis esset, mansisset uique nobiscum*. Hi igitur duo, ut dixi, numeri quinarus & senarius, dum multiplicantur in inuicem, suppleunt tricenarium. Quinquies enim seni, & sexies quini ductus, numerus tricenarium formant. Et ipsi sunt triginta cubiti, qui in altitudine arce præcepti sunt constructi, ad sublimem partem pertinentis Spei, in qua caput eminus confixum est Crucifixi. Omnis enim spes in capite. Propter quod & ipsam caput nostrum triginta annorum dignatus est crucifigi. Rursum quinarus numerus in decalogo multiplicatus, propter decem præcepta legis. Decies enim quini & quinquies deni numerus ductus, quinquaginta efficiunt. Et hi in latitudine arce ponuntur, qui ad Charitatis spatia in decem signatur, in qua manus infixæ sunt Crucifixi. Decem enim præcepta digito Dei dicuntur esse conscripta, nosque ipsi manus nostras leuare in sancta iubemur. Item quinarus & senarius numeri in quinquagenario multiplicati, arce longitudinem suppleunt. Quinquages enim seni, & sexages quini trecentos efficiunt, qui nostræ arce longitudini Patientiæ adscribuntur, in qua corpus extensum est crucifixi: cui dicitur, *Christus pro uobis passus est, relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius. Quoniam uerus homo non sum illo affixus est cruci, patientesque esse iubemur usque in aduentum; & profundum uero crucis, diluuij magnitudinem significat, qua & illa, & nostra arca portatur. Quoniam sunt iudicia Dei (vt scriptum est) sicut abyssus multa. Quod uero dicitur est: *Tricameratam facies eam*: hæc fabricam prædictus architectus noster Paulus expressit. *Manet*, inquit, *fides, spes, charitas: tria hæc*. Nam cum in prima ac secunda habitatione, bestia, pecora, serpentes, auesque in fide & spe manserint: in tertia Noe cum suis in charitate manens (quæ maior horum omnium charitas) diluuium formidare non potuit. *Qui enim manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo permanet: quia Deus charitas est*. Fenestram uero arce melius accepimus respectum in salutem animarum, quæ sunt bitumine intrinsecus & extrinsecus sociatæ & colligatæ in uitate Spiritus sancti, & in uinculo pacis. In cubito dictum est consummari arcam, sic enim decuit significare Ecclesiæ uiratem. *Quoniam sensus legis Christus ad iustitiam omni credenti*. Vnde & ille dicitur in Euangelio diluuium huiusmodi formidans, ait ipsi Domino rerum, *Magister bone! quid faciens uicam æternam consequar?* Et Dominus, prædictæ arce illi mensuras ostendens. *Præcepta, inquit, nostri*. Cumque ei plurima dixisset ex numero, ille uelut quadratus arce cupiens sociari, *Omnis hæc mandata, inquit, feci: quid adhuc mihi superest?* Et Do-*

Ibidem.

Genes. 4.

1. Reg. 2.

Gene. 6.

1. Cor. 3. Ephes. 3.

1. Cor. 14.

Gen. 5.

1. Ioan. 2.

1. Pet. 2. Rom. 6.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 4.

Coloss. 3.

Rom. 10.

Matt. 19.

minus perfectionem arcæ nostræ designans in vno cubito consistere: *Si vis, inquit, perfectus esse, vende omnia quæ habes, da pauperibus, & veni sequere me.* Quod cum ille facere nequisset, quia omni ex parte quadratus non fuit, ad cubitum perfectionis arcæ non meruit pertingere. *Abiit enim, ut dictum est, conuersatus.* Quod verò quadraginta diebus & quadraginta noctibus diluuium factum est super terram, non tantum præterit in hoc numero, quantum etiam præsentis temporis animarum diluuium ostendit, quæ in scopulis seculi, atque in gurgite flagitiorum, diuersarumque voluptatù naufragis fluctibus submerguntur. Propter quod quadraginta diebus Helias, quadraginta diebus & ipse Saluator ieiunia consecrasset, hac tripartita ratione monstrantur, tanquam prædictis tribus temporibus necessaria, ante legem, sub lege, sub gratia. Finis igitur diluuij, sexcentesimo primo anno Noe terminatus, finem mundi significat post sex ut dictum, a tates seculi, & breue Antichristi spatium: tunc enim a tabulis etiam hominis longævi vita protenditur, donec ab infantia recurat in senium. Nunc vero Ecclesia aut arca, velut munda & immunda animalia, bonos malosque portare cognoscitur vsque in prædictum finem: de quo Dominus & Saluator noster in Euangelio testatur est, dicens sic futurum aduentum suum quemadmodum fuit in diebus Noe, subibit manducantibus ac bibentibus, ementibus & vendentibus. Credidit igitur Noe quæ prædicta vidit in arca; credidit quæ futura erat nobis præsentanda Ecclesiæ: nobiscum sperat, quæ erit vltimo iudicio declaranda.

PRÆDICTIO: *In tribus filiis Noe gentes, quæ ab Christo Dominus sparsas inuenit.*

Prædictæ gentes.

CAPVT VIII.

EX tribus igitur filiis Noe, Sem, Cam, Iaphet, totidemque nuribus eius, mortalium fecunditas dum adereundisset, radix peccati superbia, mundo perente diluui, ipsa perire non potuit. Turris superba à superbis extruitur, cuius caput caelum hæcens occuparet. Huius cæpta à vero artifice Deo per confusionem linguarum in irritum deducuntur: sic enim scriptum est. *Ecce labium vnum est omnis terra, & hæc coeperunt facere, & nunc non desinent ab eis omnia quæcumque aggressi sunt facere.* Et dixit Deus, *Venite, descendamus, & confundamus ibi linguas eorum.* Deus trinitas loquitur. Descendete verò Deum, est humanos actus inspicere, vel eorum sensibus propinquare, Quæ ut prædicta sunt, mox impleta sunt. Confusæ quippe linguæ non tantum dispersa suppleere nequierunt, quantum etiam dispersæ per orbem gentes quasque suo distinxere cloquio. Attamen Creatoris & iudicis impleta censura, per humilem Christi gratiam, charitas vno sub dogmate congregauit, quæ superba impietas disperferat. *Omnis ergo nunc in vnum lingua conuersatur, quod Dominus Iesus, qui est verus fortitudinis, in gloria est Dei Patris.* Quem inebriatum ut Noe ex vinea, nudatumque in Passione, Cam filius irridens in Canaan filio maledictum excipiens, gentibus propinauit. Quod abstulit Iesus Dominus qui pro nobis factus est maledictum.

PRÆDICTIO: *In Heber gens Hebræa quem primatum Christiano populo tradidit.*

Prædicta gens Hebræa, à quo exorta sit, primatum habens in omnibus linguis.

CAPVT IX.

Inter cæteros quos linguarum confusio per gentes diuisit, vnus Heber dictus est, in quo, ut fertur, Hebræa prima lingua resedit, vnde etiam Hebræa gens nomen accepit. Primam verò Hebræam esse linguam, mysticus ille titulus à Pilato conceptus ostendit. Erat

enim is tribus linguis in signitis, Hebræa, Græca, & Latina: quæ linguæ primatum ferè in omnibus retinentes linguis, eidem Creatori in titulo consignatæ sunt, eo ordine diuino, quo prædicta antequam fieret, Propheta David testatur est, dicens: *Tituli in inscriptione ne corrumpas.* Regem enim Iudæorum crucifixum ille scripserat iudex. Hunc sua lingua Hebraicè dum legerent, quæ primo in loco posita erat, postulantes mutandum, diuinitus actus Pilatus, *Quod scripsi, inquit, scripsi, vt & tituli inuoluita, sicut promissum est, maneret integritas, & lingua Hebræa sub testimonio in principalem locum, quem pòst amisit, meritò signaretur.* Ex isto igitur Heber currit progenies vsque ad Abraham, à quo, ut quidam dicunt, Abtræi, sicut ab Heber Hebræi appellati sunt. Primitiuum vero esse hunc populum, licet ipse Dominus attestetur dicens, *Primitiuus meus Israel:* in Deuteronomio libro plenius ostenditur: *Cum dispartiretur Alissimus (dictum) nationes, istius terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. Et ista est portio eius Iacob, series hereditatis eius Israel.* Sed hic Iacob, qui appellatus est Israel, ex quo tramite veniat per ordinem recurremus, vt Abraham, cuius hic nepos est, promissa suppleantur.

PROMISSIO: *In Abrahæ vocatione terra viuientium Christiano populo iurata.*

Promissio facta & figurata.

CAPVT X.

EX semine igitur Sem filij Noe, natus est Heber, cuius fuit filius Phaleg, sub quo diuisa sunt lingue. Phaleg genuit Ren: Ren genuit Seruch: Seruch genuit Nachor: Nachor genuit Thare: Thare genuit Abraham, cuius fuit nepos Iacob. Hunc Abraham apud Chaldaeos genuit Scriptura testatur. Ex qua gente vocatus, dum primus crederet, pater fidei, gratiæ vocantis, meruit appellari. Chaldaei astronomiæ dedit, dum callidè positiones siderum perferuntur, multum errantes circa cultum religionemque diuinam, Creatorem omnium rerum minime perquirentes, euauerunt, vt Paulus dicit, *in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientes eorum.* E quibus Abraham non callidæ creaturæ, sed calore diuini cultus accensus, ab stultis & insipientibus Domini munere segregatus est. *Exi, inquit ei Deus, de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quamcumque tibi ostendero.* Ad præceptum vocantis, prima sede cognatione relicta, per fidem credit, quæ non vidit: donec videre mereatur omne quod credit. Exiens igitur de terra Chaldaeorum habitauit Chartæ, in qua omnibus repletus est diuitiis. Terræ quoque ipsius, in spe sui feminis futuram suscepit hereditatem. Cum etiam ex anu & sterili coniuge, vergens quoque ipse in senium, per promissionem expectat heredem, hic nobis pater fidei ostendit, nec incolatus nostri longos exitus formidandos, & in Christo Dominum semper sperandum. Cuius per gratiam terra viuentium sempiterna potiemur hereditate. De qua David Propheta dicit: *Credo videre bona Domini in terra viuentium.*

PROMISSIO: *In Abrahæ semine multiplicari vt stellæ populum Christianum.*

Promissio multiplicandi feminis: In Genesi credita & visa.

CAPVT XI.

Factus est sermo Domini ad Abraham per visum dicens: *Noli timere Abraham! ego te protego, merces tua multa erit valde. Dixitque Abraham: Domine, quid dabis mihi? ego enim sum absque liberis, & filius propositus domui meæ, hic D. uisus est Eliezer. Dixitque Abraham: Quia non dedisti mihi semen, vernaculus meus mihi heres eris: Statimque sermo Domini ad eum;*

Gen. 10.

1. Reg. 19. Matt. 14.

Gen. 8.

Mali quocumque sunt in Ecclesia. Matt. 14.

Genes. 11.

Phil. 2.

Genes. 9.

Galat. 3.

Genes. 10.

Luc. 13. Ioan. 18.

Psal. 58.

Ioan. 19. Gen. 13.

Exod. 4. Deut. 32.

Gen. 10. Genes. 11.

Rom. 4.

Rom. 1.

Gen. 14.

Psal. 26.

Genes. 15.

Non eris hic heres tuus; sed qui egredietur de utero tuo, ipsam habebis heredem. Eduxitque eum foras, & ait illi: Suffice in cælum, & numera stellas, si poteris numerare eas. Et dixit: Sic eris semen tuum. Credidit autem Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. Hæc Paulus affirmat Apostolus dicens: *Igitur fides*, ait, *ex auditu; audisti autem per verbum Christi. Et Esaias ait: Nisi credideritis, non intelligetis.* Fundamentum omnis rei futurae, fides est: cuius culmen ædificij terras cœlumque obtinuit in Christo Iesu, qui est ex semine Abrahamæ.

Rom. 16. Eiaj.

tribus sæpe dictis expletis temporibus, in quartam, quam generationem Dominus appellat, declarata per resurrectionem veram, omnis nostra libertas exurgat impletis peccatis Amorthæorum, eorum scilicet qui non credunt Dei Evangelio. *Quoniam qui non credit, ut Dominus dicit, iam iudicatus est.*

Ioan. 5.

PROMISSIO: In nominis perfectione, quæ in fide pater gentium est Abraham.

In Genesi creditus & visa. Promissio figurata.

CAPVT XIII.

PROMISSIO: In sacerdotio Abrahamæ regale Ecclesiæ sacerdotium.

Promissio qua Abraham, poscente Deo sacrificium, sacerdos ostenditur.

CAPVT XII.

Genesi 15.

Secundo oraculo dixit Dominus ad Abraham: *Ego sum qui eduxi te de terra Chaldaeorum, & veni in terram istam, & possideres eam. At ille ait: Domine! unde scire possiam quod possessorus sum eam. Et Dominus: Summe, inquit, vaccam triennem, & capram triannam, & arietem trimum, turturam quoque & columbam: Qui tollens universa hæc, diuisit ea per medium, & utrasque partes contra inuicem posuit: aues autem non diuisit. Descenderuntque volucres super cadauera, diuisa, & abegit eas Abraham. Cùmque sol occumberet, sopor irruit super Abraham; & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Diciturque est ad eum: Sciens proscio, quod peregrinum eris semen tuum in terra non sua, & subiciet eos seruituti, & affligent annis quadringentis. Genem autem cui seruerint, iudicabo ego, dicit Dominus. Post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos nutritus in senectâ bona. Quarta autem generatione reuertetur hæc: necdum enim impleta sunt iniquitates Amorthæorum. In hac promissione, & in hoc sacrificio tripartito (quod in præsentia ita actum est, ut tamen alia futura signaret) tria tempora, quæ supersius dicta sunt, in tribus his animalibus, spiritualis Lector agnosce. Vaccam trimam, ante legen lasciuientem plebem sine iugo legis. Capram trimam, sub lege quam immolare debet plebs legem transgrediens, pro peccato. Arietem trimum, sub gratia perfectum sacrificium, quod figurat pro filio idem offerens Abraham, arietem nostrum Christum triennem, tribus temporibus prædicatum, pro peccato populi aia crucis excepit. *Quoniam pro iniquitate populi*, ait Esaias, *ductus est ad mortem, & dolore eius omnes sanati sumus.* Quod verò hæc animalia contrâ inuicem diuisa posita sunt, diuisiones & schismata, quæ sese inuicem impugnant, futura Apostolus Paulus ostendit dicens: *Oportet & hereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis. Nam & ante legen, ut hæreticorum, Cain repudiatum est sacrificium, & in lege, Chore, Dathan, & Abyron, dum hæresum, schismatumque auctores, viuos terra vorauit. Et sub gratia, multarum hæresum dogmata, & aues circa diuisa cadauera mortuorum degentes, abiguntur à Paulo, cum dicit: *Diuisus est Christus? nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Præceptum est autem Abraham in illo sacrificio, ut turturam castam, & simplicem columbam non diuideret, quoniam spiritalis filij casti, & simplices virginis, dum in charitate sacrificium illibate fidei offerunt, diuidi omnino non possunt. Peregrinum verò esse in hac vita semen eorum, qui Domino suo canunt, testatur David dicens: *Inquietus sum & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Ut vexati in Aegypto annis quadringentis, dum genuunt & dicunt: *Hæc me, quia peregrinatio mea elongata est.* Satis in promptu est. Quarta verò generatione ad libertatem reuerti ex hac Aegyp̃ta feruitute: nostra à peccato eruta libertas ostenditur, quæ***

Vide Aug. 16 de ciuit. Dei, cap. 24

Esaij 53.

1. Cor. 11.

Genesi 4. Num. 16.

1. Cor. 11.

Psal. 118.

Psal. 119.

Matth. 19.

Tertio oraculo promissio diuina, etiam in eius nomine firmatur. Abraham autè vocatus, Abram eum creator Dominus nuncupat, cuius nominis proprietates designatur: *Patrem*, inquit, *multarum gentium posuit te*: Vt hæc promissio, non ad solam progeniem carnis Abrahamæ, ex qua populus Iudaicus veniebat, crederetur pertinere. De qua gloriati in Evangelio dixerunt: *Nos patrem habemus Abraham*: Responsumque est ab eo, qui & vocabulum tale dederat & fidem: *Nolite*, inquit, *in hoc gloriari: potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamæ*: vt esse Abraham in Christo pater multarum gentium per fidem: cum vnus tantum gentis fuerit per generationem.

Genesi 17.

Matth. & Luc 3.

Rom. 4.

PREDICTIO: In Circumcisione qua corde circumciditur Christianus.

Prædictio figurata.

CAPVT XIV.

Hic Abraham iam vocato per fidem, pactum quoddam circumcissionis induitur, in signo veteris testamenti, quod ipse, sicut posteri seruatæ præcipiuntur: omnemque animam perituram de populo, quæ circumcissionem minime celebrasset. Quare ut fortasse, cur placuere Deo circumcidi omne duntaxat masculinum, eorum qui se ad obediendum Deo vouerant. Grandi autem sacramento res hæc acta est, quæ media & præterita tempora respiciat, ac futura. Nam primæ præuaticationis causâ à parte corporis, serpentis veneno homo petcussus, ardore libidinis ætians pudit ex his, quæ pudenda creata non erant: eaque * parere verecundiæ statuit, quæ fuerant inuerecundè nudata. Idcirco Creator & iudex Deus, in ea parte corporis signum circumcissionis indixit, temperans morbum malè conceptæ libidinis ex copula debitum, vt per continentia: bonum atque integritatis decus id repararet, quod fuerat vitiatum. Circumcisio quippe cordis, quæ in nouo fuit testamento, in illo signo figurata est: quia sunt spadones, qui se ipsos castrauerunt propter regnum Dei. Et filios Israël, incircumcisio corde, Deus increpat, & obiurgat.

Gen. 17.

Fortè. * Operire verecundè!

Matth. 19. Hier. 9.

PROMISSIO: In Isaac nato qui risus dicitur, quid ostendat in Christo.

Promissio figurata.

CAPVT XV.

Utrum eidem Abrahamæ ad illicem Mambrae in tribus viris diuina maiestas apparuit, proxime de filio suscipiendo ferens promissionem, ac suprascripta confirmans, à quo etiam Sara vxor eius inquiritur. Dixit enim Deus Abraham: *Vbi est Sara vxor tua? Qui dixit: In tabernaculo est. Dixitque illi Dominus: Reuertar ad te hoc tempore opportune, & habebis Sara filium? Audisti vero hæc Sara, cum esset in ostio tabernaculi post eum, risit intra seipsam dicens: Nondum factum mihi est vsque in hoc tempus, & dominus meus senior est, ait Dominus ad Abraham: Quare risit Sara intra seipsam dicens; Ergo ego verè pariam que fenui? nunquid nihil potest verbum Dei? Reversumque confirmat;*

Genesi 18.

Reuertat igitur ad se opportune, & habeat Sara filium. Timendo negat Sara risisse, quod riserit, conuincitur veritate. Quæ concipiens & pariens, appellatum est nomen eius Isaac, quod interpretatur risus. Ob quam rem & ipsa Sara, cum iam paruulum portaret in manibus. *Risum*, inquit, *mibi fecit Deus*. Omnis enim qui audierit senem & sterilem peperisse, congratulabitur mihi in risu. Proles risus excipitur, in quo benedictionem promissam omnium gentium suscepit Abraham. Gentes enim quæ Christo per illum senem in carne venienti nunc credunt, in risum à Iudeis suum Saluatorem confitentur, eumque glorificantem agnoscunt illius contumeliosam Passionem suam esse veram libertatem.

PRÆDICTIO; In Sodoma & Gomorra futuri iudicij diem.

In Genesi credita & visa. Prædictio facta & figurata.

CAPVT XVI.

Gen. 18. **I**mpiarum ciuitatum subuersionem prædictam Sodomorum & Gomorrhorum, eidem fidei famulo Abraham Dominus demonstrauit dicens; *Clamor Sodomorum & Gomorrhorum multiplicatus est, & peccata eorum valde iniusta*. Descendens, inquit, *videbo si clamorem, qui venit ad me, consummauerint: sine autem non, ut sciam*. Descendit, vt hic dictum est, Deus: quia famulo gratissimo non celauit suum iustum iudicium, ac per quandam passionem, quam supplex humilisque intercessor acceperat, Deum cognoscens iure prædictas velle perdere ciuitates, vt irascens tunc mitigaret, hoc modo. *Ne perdas*, inquit, *pariter iustum cum impiis*. Et erit iustus quomodo & iniustus? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes illos? Non remittes omnem locum causâ illorum quinquaginta iustorum? Cumque promississet Deus non se perditurum, si quinquaginta iustos in illis reperisset locis, ex eo loquendi sumpsit audaciam, pijs precantis adhibens voces, limum pulueremque sese confitens, Dei sententiam, pro quinquaginta iustis addens quadraginta quinque mira celeritate suspendit. Quorum exiguum numerum minime reperisse dicitur. Eruensque Loth cum vxore & duabus filiabus eius, de populis & ciuitatibus quas celestis igne consumpturus erat, eos, quos liberauit, admonuit non stare in tota regione illa, neve retrò respicerent. Quæ vxor Loth præcepta contemnens, retroque respiciens, statua falsi effecta suo exemplo fatuus condiuit in proposito sancto quò tendant proficientes, noxia curiositate retrò non debere respicere: nec posse euadere tales statuta supplicia, hæc femina demonstrauit, quæ quod euaserat, perdidit. Tales Dominus in Euangelio increpat dicens: *Remissus erit terra Sodomorum in die iudicij, quam vobis*. Quos verò Christi gratia liberat, admonet per Apostolum: *Exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus*. Item ipse: *Quæ retrò oblitus, in ea qua antè sunt extensus. Nemo in retro attendens, & exponens manum suam super ararium, apus est regno Dei*. Cum Dominus diceret: *Memento te, ait, vxoris Loth*. Securi igitur diem iudicij expectant, quibus in cruce Domini gloriantibus, mundus cis crucifixus est, & ipsi mundo. Tertius enim Dominus corda fidelium, dicens: *Et factum est in diebus Loth, ita futurum aduentum filij hominis, ne grauatus in crapulis & ebrietatibus eos subitaneus inueniat dies*. De quo dicit Apostolus: *Quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet*.

PRÆDICTIO; In Isaac immolando, Christi Passio. Prædictio figurata.

CAPVT XVII.

Genes. 22. **T**enuit Deus Abraham dicens. Abraham Abraham! Et dixit: Ecce ego. Et Dominus. Accipe filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram excelsum, & offer ibi eum holocaustum super vnum mon-

tium, quem tibi dixerò. Eum sibi iubet offerri holocaustum in quo semen Abraham vt stellæ cæli multiplicari, & in eo gentes benedicti, tot iam oraculis diuinitus ipse promiserat. Non tamen tunc tantum patet in filio implere quæ iussa sunt, sciens, vt Paulus dicit, quod etiam ex mortuis posset eum Dominus excitare. Sed eius qui tentatur in filio, non tantum collatæ fidei virtus demonstratur, quantum etiam nobis imitanda proponitur: & vt præcepti noui ex Euangelio maneret auctoritas. *Quis amat patrem aut matrem super me, non est me dignus, aut quis amat filium aut fratrem plus quam me, non est me dignus*. Nam cum eum nec dum proli sciret idoneum, Deo tamen iubenti ea intentione paruit Abraham, quia sciebat Deum nec immemorem promissionum suarum, & mysticum quoddam futuræ Passionis dominicæ geri sacramentum: illum scilicet respiciens diem nostræ redemptionis, de quo Dominus in Euangelio increpans Iudeos dicit: *Abraham pater vester concupiscit videre diem meum, & vidit, & gauisus est*. Diem scilicet Passionis Filij Dei in suo filio figuratum vidit Abraham: quod vnicuique Filio non peperit: quod velut ad aram crucis triduo cum infonsi victimæ conuolauit; quod patiens, ac sine voce, similis agno coram tonante de filius patri, vt percuteret, pia colla præbuit: quod se ligno quod portauerat ipse, suspendi Isaac non reluctatus est; quod aries cornibus in vepe detentus, spinis coronatum Christum offensens, quo Isaac immolandum apparuit; quod ideo Isaac immolatus non est, quia resurrectio Filio Dei seruata est. Hæc omnia credens Abraham vidit meruit per figuram, quæ nos per gratiam impleta esse cognoscimus.

PRÆDICTIO: In iuratione Dei, qua semen eius in Christo supra numerum extenditur.

Promissio figurata Abraham.

CAPVT XVIII.

Per me iurauit, dicit Dominus, propterea quod non percipisti filio tuo dilectissimo propter me, benedixam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellæ cæli, & velut arenam quæ est in litore maris. Et possidebit semen tuum ciuitates inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Multiplicatum quidem semen Abraham, atque ad grandem numerum peruenisse, liber Numerorum ostendit. Non tamen scimus esse in numerum, Promissio vero Dei vt stellæ cæli, & vt arenam maris, quæ numerari nequeunt, continet: quam in Christo per fidem gentium, quarum pater est Abraham, benedictionem esse suppletam, & ipse rerum ordo demonstrat: simul & oracula Prophetarum, quæ filios Abraham non tantum ex femine carnis; sed fide vocari ad infinitum numerum, per David, cæterosque testantur. *Benedicentur*, inquit, *in eo omnes tribus terræ*. Omnes gentes beatum dicent eum. Item; *Adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes seruient illi*. Et Isaïas: *Erit radix Jesse, & qui exsurget regnare in gentibus, in eo gentes sperabunt*. Apostolus quoque Paulus, factos ramos, Iudeos dicit per incredulitatem, atque in fide radicis Abraham gentes, vt oleastro, fuisse insertas. Item ipse: *Gentes autem super misericordiam glorificare Deum; misericordia, qua ablatus, vt promittit, corde lapideo, daret eis cor carneum*. Lapidem enim appellat, lapideos deos colentes, cum dicit. *Dico vobis, si hæc tacerint, lapides clamabunt*. Mirum in modum qui erant lapides, per gratiam facti filij clamant: *Pater noster qui es in cælis*: & qui erant filij effecti lapides dicunt; *Fac nobis deos, qui nos præcedam; quia delinquentes Deum viuum, seruiertur Baal, & idolis gentium*. Gentes è contrario, spretis idolis, secuti sunt Deum viuum. Quæ nos videmus impleri. Illa scilicet quæ promissa sunt in femine suo futuro per Christum, quæ & credidit Abraham.

PRÆDICTIO:

Matt. 10. & 11.
Heb. 13. & Efa. 52.
2. Cor. 6.
* Fortè: Et potens. Philipp. 3.
Luc. 9.
* Fortè: Quod eum Gala. 6.
1. The. 4. & 5.

Heb. 11.

Matth. 10. Luc. 14. Ioan. 8.

Genes. 22.

Psal. 71.

Esa. 11. Rom. 11.

Rom. 15. Ezech. 10. & 36. Luc. 19. Matth. 6. Exod. 32.

PRÆDICTIO: Ex fœmore Abrahamæ Christum hominem suscepurum.

In Genesi credita & visa, prædictam carnem Christi ex fœmore Abrahamæ venturam, sequens mystica actio ostendit.

CAPVT XIX.

Vocat Abraham præpositum domus suæ, & ait illi: Pone manum tuam sub fœmore meo, & iura per Deum cæli, quia non accipies uxorem filio meo à filiabus terre huius, cum quibus ego habito; sed de tribu mea accipies illi uxorem. In fœmore Abrahamæ Deum cæli fuisse, hic ordo ostendit, quod Abraham genuit Isaac; Isaac Iacob; Iacob duodecim Patriarchas; in quibus Iudas, ex cuius tribu David, de quo per seriem generationum virgo Maria, quæ peperit Christum, qui est Deus cæli, quia per ipsum facta sunt omnia.

Promissio in geminis Rebecca populos duos, Christianos & Iudæos.

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata.

CAPVT XX.

Cum idem Isaac Rebecca propter sibi accepisset uxorem, eam sentiens iniquam pro gignenda prole, Deum, qui multiplicem promiserat, deprecatus est: Statimque ut poposcit, accepit. Quum autem concepisset Rebecca, gemini gestebant in utero eius. At illa hæc referens; Sic mihi futurum erat, ait, ut quid mihi hoc? Abiit autem Isaac eum ea interrogare Dominum, atque huiusmodi responsum accepit: Duo, inquit, populi in utero tuo sunt: & dua plebes de ventre tuo prodibunt: & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Suscepit duos promissos filios Isaac, duosque populos fide tantum futuros agnosces, quos illa mystica actio nobis reuelatos exhibuit. Esau quippe, dum prior pilulos prodiret ex utero, minoris Iacob manus emissa post eum, plantam eius apprehendit, quod factum mirum magnumque visum præbuit. Idem igitur Iacob iunior lenis, in ipsa iam pueritia per cocturam rubrum lenticulæ maiorem fratrem supplantans, abutil eius primatus, nec vacuum esse potuit tanti mysterij Sacramentum. Lenis ille iunior Iacob, lenitate præditum; innocuum gentilis furor crediderat ab Esau. Hic igitur lenis populus per cocturam. Passionem scilicet Christi sanguine rubratam, edaci & sæuienti Iudaico populo, cuius figuram gestabat Esau, qui etiam Edom dictus est, petendi voluntate obtulit, ac primatus quos habuit ille, vendidit, iste suscepit. Iudæus quod nascendo habuit, per concupiscentiam perdidit. Christianus per gratiam, quod in natura non habuit, acquisiuit.

PROMISSIO: In eosdem qua geserunt per figuram.

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata.

CAPVT XXI.

Ea verò quæ in duobus istis geminis acta sunt, quam mira, quam grandia, quam iuxta promissiones sacramentis omnia plena fiunt, breuiter, ut iustum fuerit, explicare contendam. Cæcatus Isaac pater eorum exterioribus oculis, lumine verò interiore fulgente, permittit Esau primitiuo filio benedictionem, si desideratas escas ex sua venatione filius præpararet patri. Pergit ille implere quæ iussa sunt. Mater, quæ audierat benedictionem maiori promissam, diuinitus acta, vt minori Iacob proueniat, prophetica arte composita mysticam artem parat. Vestem accepit primogeniti sui, quæ erat apud illam in domo, hac iuniorum induit, ac super

brachia eius, & nudam ceruicem pelles hædorum imposituit; aptauitque eum qui erat, vt posset intueri quod non erat: Tanquam iam nobis illum figuratum ostenderet Christum, qui accepit non carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati. Legem quoque veteris testamenti, tanquam vestem primogeniti excipiens, non eam se soluere Dominus venisse dixit, sed implere. Sic compositus minor filius ille Iacob, qui fratri iam primatus abstulterat, vsurpat insuper benedictionem, offerens patri paratas à matre escas, & dicit: Pater. At ille: Quis es tu fili. Ego sum, inquit, primogenitus tuus Esau. Fecit sicut locutus es mihi. Cumque pater vocem filij minoris agnosceret, palpandum æstimans, habitu membra maioris inuenit. Turbatuque in filiis, factus est (vt ait quidam) gratus error parentibus: Accepit igitur epulis quas parauerat mater, filius offererebat: pater quas libenter accepit, huiusmodi benedictionem minori filio dedit. Ecce, inquit, odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixisti Dominus. Deo tibi, inquit, Deus à rore cæli, & à fertilitate terra multitudine frumenti, vini, & olei: & seruiant tibi gentes, & adorabunt te principes: & eris dominus fratri tui, & adorabunt te filij patris tui: & qui te benedixerit, erit benedictus; & qui te maledixerit, erit maledictus. Hæc omnia Christo Domino conueniunt, post eius odorem benedictæ concurrunt omnes gentes. Venit, præctis illis, & filius primogenitus Esau ex minoris gratia iam reprobus. Offerit & ipse escas patri, & dicit: Exurgat pater meus, & manducet de venatione filij sui, vt benedicat me anima tua. Ad hæc pauca factus pater: Et quis est, inquit, qui venatus est mihi? & intulit prorsquam tu introires; & benedixit illum, & benedictus est. Benedictus posterior populus Christianus, iam patri dicit: Deditis lætitiæ in corde meo, à fructu frumenti, vini, & olei suis multiplicati sunt. Maiori autem populo Iudæo pater dicit: Non accipiam de domo tua vinulos, neque de gregebus tuis bircos. Sacrificium enim Iudas gloriificabis me. Venit enim frater tuus cum dolo, & accepit benedictionem tuam. Quia igitur Iacob Deus dilexit, Esau autem odio habuit, propterea suppleto tempore, sacrificiis Iudæorum expolis; sacrificium mundum, vt prædictum est, offerri nomini eius omnis nunc populus Christianus agnoscit, qui per gratiam Iudæo & primatum & benedictionem abstulit. De isto enim dictum est. Eris dominus fratri tui. Cæterum in illis geminis non prouenit, minor enim munera maiori obtulit, & famulum se esse professus, eum humilis adorauit: vt res, quæ tunc signata est per litteram, nobis nunc manifestaretur in gratia.

Promissio in Esau, ex cuius semine Iob, & Christus in gentibus per fidem.

In Genesi credita & visa. Promissio præmia virtuti & patientiæ.

CAPVT XXII.

EX semine Esau Idumæa gens, in qua inter cæteros duces, Iob ille fortissimus athleta Dei enituit, in exemplum omnis patientiæ productus vt agonostico certamine principem totius militia diaboli superaret fultus auxilio Dei. Vir namque cum esset iustus, ac sine querela Deo, eumque in confusione diaboli qualis esset, Deus ostendere dignauerat; Animaduertisti, inquit Deus diabo, ad puerum meum Iob? non enim est similis illi quisquam in terris. Et diabolus: N unquid Iob, ait, gratis colit Deum, nonne tu benedixisti domum tuam, & pecora eius multiplicasti? Sed misit manum tuam, & tange omnia quæ habet, & scies an in facie benedicas tibi. Ecce, inquit Deus, omnia quæ habet, in tuas manus do, sed ipsum caue ne tangas. Fit grande certamen. Perfidus apostaticusque angelus, fidelem Dei famulum inflectatur, atque vt illi est plena à seipso procreata

Rom. 8.

Marth. 7.

Gen. 14.

Gen. 1.

Gen. 5.

Psal. 4.

Psal. 49.

Malac. r. Rom. 9.

Genes. 33.

Genes. 36. Tob. 2.

Iob. 2.

malitia, vastat, fugat, disperditque omnia innocentis bona, & cum omni hereditate omnem simul consumpsit heredem. Tot tamen iaculis emissis, illa salus manet Iob; cuius, vt militis Dei, vno ictu percussit diabolus. *Nudus exiit, inquit, de utero matris meae: nudus reuertar in terram, Dominus dedit, & Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.* Hoc superatus certamine, aliud maius inimicus indicit. *Mitte, inquit Deo, manum tuam, & tanges carnes illius, & ossa, & scies an infascias benedicas tibi.* Mitte manum tuam, nihil est aliud, quam da poroflatem:

Matth. 8.

Hanc enim nec in porcis habuit diabolus, nisi ille dedisset, qui sub hac autoritate & Iob ei tradidit, vt precepti non excederet modum. *Eccc, inquit Deus, trado tibi illum; tam hinc animam illius custodi.* Quem percussum graui vulnere, putrefacta totius corporis compagine, omnibus artibus solutus, sanie profuente, ebullientibus verbibus, dum in corrupto corpore integer animus consisteret, sentiretque diabolus intrinsecus fortem, quem forinsecus debilem aestimabat: mulierem viro suo illo articulo, quam sibi necessariam dimiserat, armat, atque per vxorem fortissimum virum quo pulsata ex latere. Cum & mulier venenata iacula, que ab inimico sumpserat, infunderet, ait inter cetera: *Dic aliquid verbum in Dominum, & morere.* Statimque ille ruinam primi hominis recordatus, Euan no-uam, atque in illa illum inimicum qui preliabatur expugnans, ait: *Tanquam vnus ex insipientibus mulieribus locutus es. Si bona accepimus de manu Domini, mala quare non toleramus?* His diuini iaculis prostratus est inimicus, superatusque per gratiam, per hominem peruersus angelus, & humilis patientie pietas omnem molestiam superbie debellauit. Iam enim per iustum virum potentem transactura Christi vestigia in gentes signabatur. De quibus Dauid ex persona eius dicit: *In Iduma extendam calcamentum meum.* Iacobus quoque

Psal. 107.

Iacob. 5.

Matth. 19.

Marco. 10.

* Valentiano.

Apostolus ad exemplum patientie credentium corda confirmans ait, *Patientiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quia misericors Dominus & miserator est.* Dupla enim premia Iob victor accepit. Pugnantius vero suis, & sua gratia iuuante vincentiibus, centupla hic se futurum Dominus pollicetur, & vitam aeternam in futuro seculo largiturum. Quod in Valentiano * Valentis fratre videmus impletum: qui dum pro Christo militiam tribunatus spreuit, huius mundi regnum adeptus est, & verus Christi Confessor vitam acquisiuit aeternam.

PROMISSIO: In Iacob, cui per visum Christus, lapis angularis ostensus est.

In Genesi credita & visa. Promissio figurata.

CAPVT XXIII.

Gen. 18.

Iacob quoque filius Isaac, nepos Abrahæ, per quadam res secum mirabiliter gestas accepit promissionem. Fugiens enim fratris insidias, locum ei mansionis prebuit solis vergentis excurfus. Illic lapidem capiti suppositum, talia sibi reuelata in somnio narrat. Scalam mixæ granditatis, cuius caput cælum hæcenus occuparet, ostensam: per quam Angeli Dei ascendentes & descendentes erant, Domini quoque incumbere in ipsam, sibi que dixisse: *Terram in qua dormis, tibi dabo eam & semini tuo post te.* Qui euigilans, in Sacramento lapidem quem ad caput habuit, eminus erigens, eumque liniens oleo, Christum nobis lapidem angularem consecrauit, de quo Propheta dicit: *Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.* Et Esaias; *Eccc, inquit, pono in Sion lapidem angularem, electum, preciosum: & qui crediderit in illum, non confundetur.* Hic lapis angularis Christus Nathanael venienti ad se, somnium quod Iacob viderat, exposuit; *Videntibus, inquit, cælos apertos, & angelos Dei descendentes*

Psal. 117.

Esa. 28.

Ioan. 1.

Ioan. 12.

& descendentes ad filium hominis. Qui enim descendit, Ephes. 4. Christus ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, vt Marth. 7. adimplet omnia. Scalam vero angustam viam ponens, que ducit ad vitam.

PROMISSIO: In ipsius Iacob claudicatione, non crediuerunt omnes Iudeos.

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata.

CAPVT XXIV.

Ipsi quoque Iacob reuertenti de Mesopotamia cum Gen. 30. vxoribus, filiis, famulisque suis angelus in via occurrit; qui cum eo sacratam luctam gerens & angelus ab homine superari se passus est, victorque à victo exegit benedictionem; *Non te, inquit, dimittam nisi benedixeris me. Dixitque ei angelus; Quod tibi nomen est? At ille ait, Iacob. Iam, inquit, non vocaberis Iacob, sed eris Israel nomen tuum; quia præualuisti cum Deo, & cum hominibus potens eris. Tetigique angelus laici sudorem fenoris eius, claudisque effectus est Iacob per omnes dies.* Claudicatio ista que ex femore eius facta est, & populum ipsum Hebræum significat claudicantem. Quibus ait Helias Propheeta; *Quid claudicatis ambobus inguinibus? si Deus est, iste post illum.* Et Dauid dicit: *Filij alieni intrauerunt, & claudicauerunt à semitibus suis.* Quod recto itinere ex illo populo, vnam Christum sequi non voluit, claudicans per errores variis semitis aberrauit; quem videns Deum (quod Israhel appellat) per gratiam Christianum populus apprehendit.

3. Reg. 10. Psal. 17.

Genes. 30.

PROMISSIO: In filiis Iacob, & in Ioseph, qui gessit figuram Christi.

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata.

CAPVT XXV.

Do decem filios, quos duodecim Patriarchas Scriptura testatur, ex suis feminis suscepit Iacob; Non quod liceret sanctos viros plurimas habere mulieres, concupiscentie scilicet cauro, sed quod gratiâ multiplicandæ prolis daret Deus licentiam, qui & vnam permisit, & postea aliquando prohibuit: Nam cum in lege dixerit: *Adulterius homo qui non suscipuerit semen in Israël;* per Salomonem autem prophetam habet licentia terminum dedit. *Tempus, ait, mittendi lapides, & tempus colligendi lapides.* Tempus amplectendi, & tempus continendi ab amplexu. In his igitur duodecim Patriarchis Iudas dictus est, ex quo Iudei Ioseph & Benjamin germani, ex patre Iacob, & ex matre Rachel: quorum actio omnis Christum sonat, & Ecclesiam. Dictum est enim, *Iacob diligebat Ioseph.* Dicit & Deus de Filio; *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui. Fecit, inquit, Iacob Ioseph tunicam variam.* Dicitur & huic nostro Ioseph Christo: *Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta veritate. Somnauit Ioseph somnium, narrauitque fratribus suis. Putabam nos, ait, ligare gremia in campo. Surrexit gremium meum & erectum est. Conuersa autem gremia vestra adorauerunt gremium meum.* Hoc in Christo futurum, idem Iacob ostendit in benedictione, quam à patre accepit Iudas, dicente: *Adorabunt te filij patris tui:* Hi enim dicunt; *Venite adoremus & prosternamur ei,* qui iam dicunt: *Pater noster qui es in cælis.* Et ipse in Euangelio. *Cum exaltatus fuero à terra, traham omnia, ait, ad me ipsum.* Rursum alia sacramenta vidit in somnio, & hæc suis fratribus indicauit. *Quasi sol, inquit, & luna & undecim stelle adorabant me.* Dicitur & de nostro Ioseph Christo Domino per prophetam. *Laudate eum sol & luna, laudate omnes stelle & lumen.* Et, *Cæli enarrant gloriam Dei.* Et Abacuc: *Elevatus est, inquit, sol, & luna stetit in ordine suo.* Luna ex decedentibus ac succedentibus mortalibus constans Ecclesia, postquam sol Christus exaltatus est, resurgens

Genes. 35.

Deut. 35.

Eccle. 3.

Genes. 37.

Matth. 3.

Psal. 44.

Gen. 17.

Gen. 27.

Psal. 49.

Matth. 6.

Ioan. 12.

Genes. 37.

Psal. vit.

Psal. 141.

resurgens ordine integro: hæc stetit in fide fulgentibus
stollis ei qui numerat eas. Discipulis enim suis, quorum nullus est numerus, ait: *Luceant opera vestra sicut luminaria in mundo.*

P O M I S S I O: *In eodem, qui de Christum Dominum missus est ad visis antas us.*

In Genesi credita & visa. Præfigurata promissio.

C A P V T XXVI.

MItitur Ioseph à patre ad visitandos fratres suos, & oues. Dicit & noster Ioseph Christus Dominus, *Non sum missus nisi ad oues qua perire domus Israël.* Dicitur est: *Oderunt Ioseph fratres eius propter somnia eius.* Clamat & hic noster Ioseph Christus de Iudeis fratribus, *Quoniam odio habuerunt me gratis.* Viso Ioseph, fratres eius dixerunt: *Ecce somninator iste venit: venite occidamus illum, & videamus qua erunt somnia ipsius.* Et apud Salomonem de nostro Ioseph impios dixisse referunt: *Venite occidamus inustum, quoniam in suavis est nobis.* Et sequitur: *Promissis scientiam Dei se habere, & filium Dei se nominat. Videamus si sermone illius veri sunt, & contememus an succidat qua ventura sunt illi.* Hæc quoque in Evangelio ipse confirmat de filio qui ad cultores vineæ missus est, quo modo dixerunt: *Hic est heres: venite occidamus illum, & nostra erit hereditas.* Accipientes Ioseph fratres eius expoliaverunt tunicam illam variam, & misere illum in lacum. Hoc & noster Ioseph de sua Passione per Prophetam dicit: *Proice re me, inquit, in lacum exteriozem, in tenebris & umbra mortis.* Tunicam vero expoliatam desuper contextam Euangelica autoritas narrat: quam etiam milites dividere noluerunt, vnitatem Ecclesiæ firmantes, à cuius forte excluduntur hæretici, quoniam forte prociunt, vt eam vnus, id est, vnitas possideret. *Accipientes, inquit, hædum de capris fratres Ioseph, in quibus numerunt tunicam eius sanguine, quam patri sub falsa testatione proferunt, quod bestia nequam comedisset illum.* Tria illa genera sacrificiorum, qua Abraham obtulit mutato ordine, omne suum tempus obseruat. Pro Isaac aries: pro Ioseph, hædus ex capris: pro filio perditio redeunte ad patrem, ex iuueneco vitulus faginatus occiditur. *Venite, inquit vnus ex fratribus, venundemus Ioseph, & non occidamus illum.* Hoc & Iudæi de Christo, quem venditum tradiderunt Pilato ad necem, dixerunt: *Nobis non licet in te facere quemquam. Et vendiderunt Ioseph fratres eius in annellitis negotiatoribus euntibus in Ægyptum viginti aureis.* Venditum autem nostrum Ioseph Christum, Zacharias & Hieremias Prophetæ testantur. *Dederunt, inquit, premium ad pretiati triginta aureos.* Quod etiam Iudam à Iudeis accepisse Evangelia narrant, ea ratione, quod distractus Christus à Iudeis transfret ad gentes: Iudæ enim simul cum pretio & vitam perdidit. Iudæi & pretium & Christum quem comparauerant, amiserunt. Gentes vero luctum gratia possitendo possesse sunt.

P R A E D I C T I O, *In eodem, quo castitas patienti donatur.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata qua afflictus non deseruit Ioseph.

C A P V T XXVII.

Ismælitæ vendiderunt Ioseph in Ægypto cuidam præposito cocorum Pharaonis. Nec hoc quidem vacat, quod dictum est, præposito cocorum. Cocco enim illa rubra vestis Passiois Christi signatur, qua posterior populus Christianus, vt sepe dictum est, primatum auferat populo qui semper vendere, nec nouit Christum gratia comparare. Fuit dictum: *Dominus est cum Ioseph.* Et noster dicit: *Non sum solus, quia mecum est qui misit me Pater. Immissus uxor Domini eius*

oculos in Ioseph, & ait illi: Dormi mecum. Cuius ille resistere, gratiam quam ad spud suum dominum inueniret narras, & sancto timore Dei, quo plenus est, metuens offendere, aliud opportunum tempus mulier aufcultans, attraxit illum à vestimentis, dicens: *veni, dormi mecum.* At ille relinquens vestimenta sua in manibus eius, fugit & exiit foras. Cûnque eius dominus, suus maritus, aduenisset (notum quid faciens femina pessimi mentita est iniquitas sibi, falsa pro veris affirmat, violentiam se dicit perpassam fuisse quam fecerat. O impudica mulier! ardet ardens, vultus alit venis, & cæco carpitur igni? Amat & persequitur: Concupiscit & seuit. Et quia ei ad stuprum non consentit, trucidandum eum statuit, quartique perire quem diligit. Hanc impudicam mulierem Ægyptiam impia idololatricæ merito comparauerim. Inmisit enim & hæc oculos in Iosephum nostrum, vidit speciosum forma præ filiis hominum, eumque ad illicitum consensum à vestimentis suis attraxit. Quæ sunt vestimenta nostri Ioseph Christi, nisi sancti Martyres: de quibus per Esaiam Prophetam suo corpori Ecclesiæ dicit: *Vino ego, dicit Dominus, quia omnibus illis vestieris. Et in Canticis canticorum: Quam iulicunda sunt ius vestimenta? Et laboc benedictione prophetica: Lualis, inquit, in vino stolansuam, & vestem suam in sanguine vni.* Cum igitur attraherent Christiani, vt sacrificantes idoli in anima fornicentur, quid aliud quam in suis vestimentis Christus attrahitur? Teneantur Christiani, dicit impia, impudicæ doctrina, aut consentiant, aut eis crederes, exilia, gladj, ignes, bestia, cateraque supplicia preparatur. In his noster Ioseph Christus à vestimentis attrahitur. Cum vero suus dicit: *Non est timere eos qui corpus occidunt, etique respondent: Propter te morie fficiamur tota die, reliquit vestimenta sua in manibus eius.* Quod verò dictum est: *Fugit & exiit foras, relinquens vestimenta sua,* animam liberatam ostendit, que clamat per David: *Anima nostra sicut passus erepta est de laqueo venantium.*

P R O M I S S I O: *In eodem Ioseph qua Christi passio figuratur.*

In Genesi credita & visa. Promissio Christi Passio per figuras.

C A P V T XXVIII.

TRaditur Ioseph in carcere. Noster Ioseph Christus, vt Esaias dicit, inter iniquos deputatus est: Inter fontes infontem Dei sapientia quod gubernat, quæ descendit cum illo, vt scriptum est, in foueam, in vinculis non detrahit illum. Exclamat hic noster Ioseph Christus: *Factus sum sicut sine adiutorio inter mortuos liber.* Quod verò sequitur gratiam, qua plenus erat, inuenisse apud præpositum carceris, vniuertualque clauus, totamque custodiam traditam fuisse manibus Ioseph: illud intelligendum fuit, vt cui ceclum in sole, stellis, ac luna, & in manipulis terra, inferna quoque carceris subdarentur: vt nostro Ioseph Christo omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Neque illud à Sacramento Dominicæ Passiois esse estimo alienum, quod Pharaonis spadones, cum eo in illa Passione detrusi sunt, vt trium Crucifixorum quodammodo numerus suppleretur. E quibus noster Ioseph Christus reuelando mysteria, vnum puniret per debitum supplicium, alterum per indebitam gratiam liberaret. Hæ sacratæ actiones tunc in rebus actæ sunt figuratis, vt nobis reuelanda omnia seruentur.

P R O M I S S I O: *In eodem Ioseph Christi resurrectionis est figurata.*

In Genesi credita & visa. Promissio resurrectionis figurata.

C A P V T XXXI.

Post duos annos dierum, tertio incipiente, de carcere educitur Ioseph. Et noster Ioseph Christus Dominus

Alludit ad verba Virgilij lib. Æneid. lib. 44.

Esa 49. Cant 1. Genes 49.

Matth 10. Pal. 4. Rom. 8.

Pal. 123.

Genes 39.

Esa 53.

Pal. 83.

Phila.

Gen. 49.

Gen 47.

Domini die tertio à mortuis resurrexit. Praesentatur Pharaoni: mundo resurrecto declarat. Exponit Ioseph Pharaoni somnia, ac futurae famis attendæ gratiâ ex abundantia annorum septem per sapientem virum condi debere frumenta, & impleri horrea salubri consilio instruit. Et noster Ioseph Christus Dominus mundo per septenarium numerum currenti in finem tale consilium dedit: *Nissenim, ait, granum iusticiæ cadens in terram mortuum fuerit, ipsam solum sanat. Si autem mortuum fuerit, multum fructum offert. Quia qui seminatur in lachrymis, in gaudio metetur.* Data est Ioseph à Pharaone in tota Ægypto potestas. Et noster Ioseph Christus Dominus post resurrectionem dicit: *Data est vobis omnis potestas in celo & in terra.* Misit Ioseph suos per totam Ægyptum, & collegit frumentum multum quasi arenam maris. Et noster Ioseph Christus Dominus misit suos per mundum, dicens: *ite, baptizate gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* Et collectus est credentium numerus sine numero, quasi arena maris. Constituit Ioseph horrea per vniuersam Ægyptum, & per totum mundum Christus Dominus consecrauit ecclesias, de quo Ioannes dicit: *Frumenta recordis in horreo* Aperuit Ioseph horrea totumque fomis, & ministrabat populis. Hoc & de nostro dictum est: *Oculi Domini super iustos.* Et sequitur: *Vi erat in morte animas eorum, & passus eos in fame.* Famem verò animæ Amos Propheta ostendit: *Dabo eis, ait Dominus, famem, non panis & aqua, sed fameo, audiens verbum Dei.* Et in Evangelio ipse Dominus: *Quia abundauit iniusticiis, & refrigerasset charitas multorum.* In hac fame positus, noster Ioseph Christus Dominus ex horreis suis nobis diuinam sui corporis annonam administruit, quam gustantes, videmus quàm suauis est Dominus. Dicitum est, quod acquireret Ioseph Pharaoni totam Ægyptum. Et de nostro dicitur: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.*

PROMISSIO: *In eodem, qui vs Christus Dominus suos dilexit inimicos.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata.

CAPVT XXXI.

Visit Ioseph fratrum suorum saccos impleri frumento, & reddi unicuique pretium quod aculerant, vi gratia nostri Christi non esset ex operibus; alioqui gratia iam non esset gratia. Secundo fratres Ioseph cum Benjamin veniunt, vt promiserant, & iudæis tria millia veniunt ad Christum, sublequente minime Apostolorum Paulo. Vidit Ioseph Benjamin fratrem suum ex vna matre, & lachrymans est: vidit Iesus Paulum fœuientem in Ecclesiam matrem, & miseratus est. Idem enim Paulus tanquam abortiuo sibi dicit apparuisse Iesum. Benjamin autem ex eo exito natus est, & vt matrem præcipitaret in mortem. Vnde filius doloris dicitur est. Dicit & Benjamin Paulus noster: *Non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.* Dixit Ioseph præposito domus suæ de fratribus suis, *Introduce istos in domum: mecum enim manducabunt panem.* Dicit & noster per Prophetam fratribus suis, *Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod misui vobis.* Munera dedit Ioseph fratribus suis. Et noster Ioseph Christus dedit dona hominibus, cum sanctum Spiritum dedit hominibus suis: Benjamin autem minori fratri ampliora Ioseph dedit, quàm fratribus munera. Hoc prædicat & Benjamin Paulus noster, *Plus, inquit, omnibus illis laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Rursum iubet Ioseph saccos fratrum suorum impleri frumentis, & reddi pretia. Hoc & fratres nostri Ioseph clamant, accepisse gratiam pro gratia. Poculum suum Ioseph in sacco Benjamin clam iussit immittere, quod requisitum, cum fratres perturbaret suos, inuentum est poculum in sacco Benjamin. Calix Passionis Christi dicitur occultè per gratiam in corpore Pauli cognoscitur, quem prædicans, cum omnem synagagum perturbaret in dictis, inuentum etiam in suo sacco ipse fœtetur, cum dicit: *Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.* Cum autem iam velle cognosceret Ioseph à fratribus suis, emisit vocem, dicens: *Ego sum Ioseph frater vester. Alibi pater meus viuit? Et noster Ioseph Christus, vt se ostenderet fratribus suis, dixit in Psalmis: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, quos docuit dicere: Pater noster qui es in celis.* Dixit Ioseph fratribus suis. *Noli te metueri, non vos huc me misisti, sed Deus: dicit de nostro Ioannes Apostolus: Ad hoc enim misit Deus Filium suum in mundum, vt viuamus per eum.* Et ipse in Evangelio: *Sic scriptum est, ait, & sic oportebat pati Christum, & introire in gloriam suam.*

PROMISSIO: *Descensionis Iacob in Ægyptum & Christi domini in mundum.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta, & figurata.

CAPVT XXX.

Venerunt in Ægyptum fame compulsi fratres Ioseph, ab eo quem venderant, sub pretio comparare frumenta. Venerunt ad nostrum Ioseph Christum Dominum, qui cum crucifixus, vt eius refecti cibario, famem, qua eorum animæ vexabantur, auferret, Adorant illi: adorant itiq. Videns Ioseph fratres suos, agnouit eos, ipsi verò non cognouerunt illum. Hoc & in nostro impletum est, quod sui fratres non cognouerunt illum: *Si enim eum cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Alienatus est Ioseph à fratribus suis, eisque per interpretem dixit: *Exploratores estis, considerate vestigia in huius terra venistis.* Hoc & noster Ioseph Christus Dominus per interpretem Petrum ait persecutoribus: *Vos sanctum & iustum negastis, & principem vitæ æternæ interemistis. Pœnitent fratres Ioseph ex his que gesserunt. Dicitur his: Pœnitentini.* Dicunt illi: *In peccato sumus defecare nostro.* Et Ruben illis: *Nen dixi vobis, nolite vexare puerum? & non me audistis.* Ecce sanguis eius exquiritur. Et Iudæi qui Pilato dixerant: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros,* id dicunt Apostolus: *Quid faciemus, viri fratres monstrate nobis.* Vt exploratores non esse crederetur fratres Ioseph duodecim, sed filios vnus patris esse: testantur vnum non esse, cum ipse esset cui ista narrabat. Alium minorem apud patrem esse confirmant. Audiens Ioseph germani sui factam mentionem, eius desiderio inardescens: *In hoc, inquit, probabo exploratores vos non esse, si frater vester iunior venerit vobiscum.* Accipiensque Simonem ab eis, vinctis coram ipsis, tradiditque in custo-

PROMISSIO: *In eodem Ioseph figuratæ gratia.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta, & figurata.

CAPVT XXXII.

Vbetur Iacob visitatus in Luza descendere in Ægyptum: apparuit illi Deus, dicens: *Ne timeas descendere in Ægyptum: in gentem enim magnam constituan te illic, & filius tuus Ioseph ponet digitos suos super oculos tuos. Descendat autem Iacob in Ægyptum cum*

diann. Si nostrum Benjamin iuniorum fratrem, quem requirit Ioseph noster Christus, aduertat: ipse est ille Paulus ex Saulo, ex tribu, vt ipse dicit, Benjamin, qui se asserit minimum Apostolorum. Simonem ligatum tribus vinculis negationis, quem timor ligauit, & amor soluit, possemus accipere Petrum. Sed melius per ipsum ligari & solui peccata cognoscimus, cui dicitum est: *Quicumque ligaueris super terram, ligatus erunt & in celo: & qua solueris super terram, soluta erunt & in celo.*

PROMISSIO: *In eodem Ioseph figuratæ gratia.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata.

CAPVT XXXI.

Visit Ioseph fratrum suorum saccos impleri frumento, & reddi unicuique pretium quod aculerant, vi gratia nostri Christi non esset ex operibus; alioqui gratia iam non esset gratia. Secundo fratres Ioseph cum Benjamin veniunt, vt promiserant, & iudæis tria millia veniunt ad Christum, sublequente minime Apostolorum Paulo. Vidit Ioseph Benjamin fratrem suum ex vna matre, & lachrymans est: vidit Iesus Paulum fœuientem in Ecclesiam matrem, & miseratus est. Idem enim Paulus tanquam abortiuo sibi dicit apparuisse Iesum. Benjamin autem ex eo exito natus est, & vt matrem præcipitaret in mortem. Vnde filius doloris dicitur est. Dicit & Benjamin Paulus noster: *Non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.* Dixit Ioseph præposito domus suæ de fratribus suis, *Introduce istos in domum: mecum enim manducabunt panem.* Dicit & noster per Prophetam fratribus suis, *Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod misui vobis.* Munera dedit Ioseph fratribus suis. Et noster Ioseph Christus dedit dona hominibus, cum sanctum Spiritum dedit hominibus suis: Benjamin autem minori fratri ampliora Ioseph dedit, quàm fratribus munera. Hoc prædicat & Benjamin Paulus noster, *Plus, inquit, omnibus illis laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Rursum iubet Ioseph saccos fratrum suorum impleri frumentis, & reddi pretia. Hoc & fratres nostri Ioseph clamant, accepisse gratiam pro gratia. Poculum suum Ioseph in sacco Benjamin clam iussit immittere, quod requisitum, cum fratres perturbaret suos, inuentum est poculum in sacco Benjamin. Calix Passionis Christi dicitur occultè per gratiam in corpore Pauli cognoscitur, quem prædicans, cum omnem synagagum perturbaret in dictis, inuentum etiam in suo sacco ipse fœtetur, cum dicit: *Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.* Cum autem iam velle cognosceret Ioseph à fratribus suis, emisit vocem, dicens: *Ego sum Ioseph frater vester. Alibi pater meus viuit? Et noster Ioseph Christus, vt se ostenderet fratribus suis, dixit in Psalmis: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, quos docuit dicere: Pater noster qui es in celis.* Dixit Ioseph fratribus suis. *Noli te metueri, non vos huc me misisti, sed Deus: dicit de nostro Ioannes Apostolus: Ad hoc enim misit Deus Filium suum in mundum, vt viuamus per eum.* Et ipse in Evangelio: *Sic scriptum est, ait, & sic oportebat pati Christum, & introire in gloriam suam.*

PROMISSIO: *Descensionis Iacob in Ægyptum & Christi domini in mundum.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta, & figurata.

CAPVT XXXII.

Vbetur Iacob visitatus in Luza descendere in Ægyptum: apparuit illi Deus, dicens: *Ne timeas descendere in Ægyptum: in gentem enim magnam constituan te illic, & filius tuus Ioseph ponet digitos suos super oculos tuos. Descendat autem Iacob in Ægyptum cum*

PROMISSIO: *In eodem Ioseph figuratæ gratia.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta, & figurata.

CAPVT XXXII.

Vbetur Iacob visitatus in Luza descendere in Ægyptum: apparuit illi Deus, dicens: *Ne timeas descendere in Ægyptum: in gentem enim magnam constituan te illic, & filius tuus Ioseph ponet digitos suos super oculos tuos. Descendat autem Iacob in Ægyptum cum*

Ioan. 12.
Psal. 125.
Matt. 28.
Luc. 1.
Psal. 33.
Amos 8.
Matth. 24.
Psal. 33.
2. Cor. 15.
Gen. 42.
1. Cor. 15.
Gen. 44.
Ioan. 1.
Gen. 45.
Gal. 6.
Psal. 21.
Matth. 9.
Ioan. 3.
Luc. 24.

Phil. 3.
Act. 11.
1. Cor. 15.
Matth. 16.
Gen. 42.
Rom. 11.
Gen. 43.
Act. 2.
1. Cor. 15.
1. Cor. 15.
Prou. 9.
Psal. 67.
Gen. 45.
1. Cor. 15.
Gen. 44.
Ioan. 1.
Gen. 45.
Gal. 6.
Psal. 21.
Matth. 9.
Ioan. 3.
Luc. 24.

Agitur
dicitur
Stepha-
num
Eque de
12 iuvenes
græcam
dignitati-
nem apud
Aug. de ci-
uit. Dei lib.
17. c. 40.
Luc. 4.
Palm. 75.
Eod. 1.
Gen. 22.
Matth. 2.

cum animabus * septuaginta quinque, occurritque illi Ioseph filius suus, quem cum vidisset: Video te filii! amodo liberentur morari. Quiddam subtile in nostro Ioseph reperitur. Cum enim venerabilis ille senex Simeon pater ætate, non generatione, vidisset Christum, cuius ex causa in hac luce, velut in Ægyptio, decrepuit tenebatur; Nunc, inquit, dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia videtur oculis meis salutare tuum. In animarum numero septuaginta quinque descendit. Dauidicus etiam Psalmus exclamat: Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. Quia igitur Israël, videns Deum, interpretatur, omnis illuminatus gratiâ Iudæus & Græcus, necesse est vt ex hac Ægyptia seruitute liberetur, tamen si duro iugo diaboli deprimitur Pharaonis. Creuit, dicit liber Exodi, plebs, & multiplicata est in Ægypto. Hoc fit per fidem feminis Abrahæ, vt in Christo multiplicetur, sicut promissum est, tanquam arena maris. Licet Pharaô diabolus seuiens penas exquirat quibus interficiat innocentes, necandos in fluuiio, quod multiplicari videt, minuendos arbitrans, ne populus augetur: Augetur Dei iussu moriendo populus, frustrata potentia seuiens, quod etiam nostris prouenit Martyribus, & maxime paruulis, qui pro Christo ab Herode occisi, pretiosa grana dum sata sunt, fidei seges multa surrexit Ecclesie.

PROMISSIO: In Moyse, qui personam habuit Mediatoris Christi Domini.

In Exodo credita & visa. Promissio facta & figurata Mediatoris.

CAPVT XXXIII.

Exod. 2.
Matth. 15.
Ioan. 18.
Matth. 28.
Palm. 24.
Act. 9.
Exod. 14.
Matth. 8.
& o.
Exod. 1.
Matth. 1.

In illo tempore natus est Moyse, & erat acceptus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. Et tres menses tribus septem diebus temporibus respondens. Cumque cum amplius clare non possent, accepit mater eius captam, linitique de foris bitumine, & misit infantem in eam, proiecitque in flumen. Figuræ succedunt figuris, dum tamen omnes actiones Christum Ecclesiamque significant. Tria quædam etiam in isto Moyse acta nostro Mediatori comparanda reperiuntur, futurum scilicet in carne sacerdotem, aquam fluminis in baptismo, lignum etiam quod pendit in cruce. Descendens filia Pharaonis lauari in flumine, cuius noster Moyse per lignum consecratur aquas, agnouit quod de infantibus Hebræorum esset. Eumque suscipiens educauit vt filium. Dum descendere ad Christum doctrina huius mundi, abluta spiritali vniuersa depositis superbiam, suscipiensque quasi grandis paruorum per humilem gratiam Ecclesie sociata personæ, que filia Christi efficitur mater. Propter quod scriptum est. Pro patribus tuis natus sum tibi fili. Sic dum erudiendum suscepit, eruditur. Stultæ enim mundi elegit Deus, per quas sapientiam mundi euacuet. Omnis enim philosophia Christianæ cessit doctrinæ, quam vtiliter expugnans, inimicorum iaculis destruxit inimicos. Sicut Moyse ab Ægyptiis eruditus, illic expugnauit Ægyptios, vt in rubro mari tanquam in baptismo, omnis superbia mergeretur. Per Moysem filij Israël ab Ægyptiis, & per Christum à spiritibus immundis animæ liberantur. Adultus factus Moyse vidit quandam Ægyptium iniuriam facientem cuidam ex gente sua, quem vindicauit; ac defensionem dedit, mactando Ægyptium, eumque obruit in arena. Hoc agit & Moyse noster mediator Christus, eruens animas de potestate tenebrarum in illa multitudine spiritalis feminis Abrahæ, que creuit vt arena maris. Obruit Ægyptum, dum clamant dæmonia expulsa: Quid nobis & tibi Iesu fili Dauid! venisti ante tempus perdere nos?

PRÆDICTIO: In eodem Moyse, qui vt Christus pacem intulit iurgantibus.

Prædictio facta & figurata, qua cum his, qui oderunt pacem, iubemur esse pacifici.

CAPVT XXXIV.

Vidit Moyse alia die secum Hebræos altercantes, capite eos componere ad pacem, dicens: Viri fratres! vt quid altererim notis? Dixique ille qui alteri iniuriam faciebat: Quis statuit iudicem, vel principem nobis? Nunquid & me vis occidere, quem admodum occidisti inesse? na die Ægyptium! Et noster Moyse mediator Christus clamat per Dauid: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Et alibi: Retribuebat mihi mala pro bonis. Fugit Moyse in illo sermone, & factus est traî sfug in terra Madian. Dicit & noster: Ecce elongauit filij nri, & mansi in arena. Accepit Moyse vxorem sicut Iethro sacerdotis Madian, vt nostrum Mediatorem ex alienigenis sumpsisse coniugem signaret Ecclesiam. Pascibat, dictum est, Moyse oues Iethro, sceleris sui in eremo. Et noster Mediator Christus pascens oues dicit: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Terribili visione motus Moyse perguit videre, cum ignis in montem descenderat, rubum minime concrenaret. Noster Moyse testatur ignem se venisse mittere in terram, quæ vtiliter vult amplius inflammarî. Ipse enim dicit: Ego sum ignis, vitia, non homines consumens. Vocatus Moyse dum perguit in montem conscendere, dicitur ei: Solue calceamenta de pedibus tuis, vt sint liberi & speciosi pedes Mediatoris annuntians bona. Iubetur Moyse pergere ad filios Israël, & ad Pharaonem Regem Ægypti, vt populum Dei (quorum clamor duræ seruitutis ascenderat) dimitteret ex terra sua, mediationemque futuram susciperet. Per Matthæum dicit noster Mediator: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël: Excusat Moyse, quod sit impeditus lingua & gracili voce. Dicit & noster Iudæis: Sermo meus non capit in vobis. Rursum instanti Deo vt pergeret, omni ex parte excusat Moyse dicens, Domine! prouide alium quem mittas: vt vox Mediatoris nostri, infirmitatis humanæ susceptæ signaretur dicentis: Pater! si fieri potest, transiet de me calix iste. Dicitur Moyse, vt sibi societ Aaron fratrem suum, iisque ad Deum agenda suscipit, ille ad populum. Et quæ signa & prodigia in manu & in virga traduntur. Dicitur & nostro Mediatori: Dabo tibi gentes hereditatem; & possessionem tuam fines terræ: reges eos in virga ferrea. Paulum verò electum qui loqueretur ad populum, per Aaron significatum postulum intelligere, de quo Mediator noster in Deum, ipse ostendit Ananice dicens: Vas est michi electionis homo iste, vt ferat nomen meum coram gentibus & Regibus, & filiis Israël. Sic enim Moyse & Aaron Hebræo populo prædicantes, missos se à Deo, vt eos ex Ægypto eruerent, firmauerunt: quos audiens populus incredulus ingenuclans adorauit: quibus & signa facientibus credidit. Prædicante verò Paulo gentibus ac Iudæis salutem animatum per Christum fudicialiter promittente signa dum faceret ad agnitionem Dei populum mita celeritate conuertit, ipsosque Reges ex futuro Dei iudicio eruit.

PROMISSIO: In eodem, Moyse, qui vt Christus Dominus diabolum interfecit.

In Exodo credita & visa. Prædictio facta & figurata, qua diabolus à Dei ministris expugnatus.

CAPVT XXXV.

Ingredisti itaque Moyse & Aaron ad Pharaonem, non tantum iustione diuina verba quæ audierunt, narrauerunt, quantum signa quæ data fuerant exhibentes.

Virga

Exod.7.

Virga quam manu Moyses portabat, coram Pharaone protecta, effecta est serpens. Magi quoque Pharaonis vt diuina potentia superarentur talia signa facere permitti, proicientes virga suas etiam ipsi serpentum species ostenderunt, vorauitque serpens Moyfi Magorum serpentes, vt nostri dicit Christi virga doctinae omnium paganorum haereticorumque dogmata, diuina virtute consumpsit. Non tantum vt hac actione figurata signarentur, quantum etiam Prophetae David praeconia resonarent dicens: *Virgam virtutis tuae emisset Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.*

Psal. 109. Exod.4.

Aliud signum Moyses coram populo ostendit, in sinum suum manum mittens, eaque producta *leprosa sicut nix* effecta est, rursum reducta productaque, resituta est in colore suo. In sinu signatur oratio pro peccato, dicitur David: *Oratio mea in sinum meum conuertebatur.* Quod vero manu de sinu producta niuem demonstrauit, significauit Mediatoris Christi domini fusa oratione pro nobis, nostra etiam peccata purgari. Sic per Esaiam ipse ostendit: *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, vt niuem dealbabo.* Et quae cantat Ecclesia: *Lauabis me, & super niuem dealbabo.* Adnotatum enim habemus apud Patrem, *Iesum Christum Dominum, & ipse est exoratio pro delictis nostris.*

Psal. 34.

Oratio mea in sinum meum conuertebatur. Quod vero manu de sinu producta niuem demonstrauit, significauit Mediatoris Christi domini fusa oratione pro nobis, nostra etiam peccata purgari. Sic per Esaiam ipse ostendit: *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, vt niuem dealbabo.* Et quae cantat Ecclesia: *Lauabis me, & super niuem dealbabo.* Adnotatum enim habemus apud Patrem, *Iesum Christum Dominum, & ipse est exoratio pro delictis nostris.*

Psal. 50. 1. Ioan. 2.

PRÆDICTIO, In eodem cum flagris, vt Pharaeo, caditur diabolus.

Iam praedictae plagae indurato Pharaoni, eiusque populo praesentatur, quibus indicatur.

C A P V T X X X V L

Genes. 15.

Sicut promissum est Abrahae, filios Israel, quos captiuos diu tenerant, inuiti tandem aliquando dimittunt: mox quoque ipse Pharaeo digno exitio cum suis supplicioque periturus dimisit. Decem sane plagas illatas Aegypto, comparandas decem praecipis quae accipit populus in deserto, hac ratione Domino adiuuante, suscepimus demonstrare, quae sibi merito respondentia comprobantur. Prima plaga Aegyptiorum, per Moysen aquas fuisse in sanguinem conuersas: & primum praecipitum continet: *Audi Israel. Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de terra Aegypti: Non erunt tibi dii praeter me. Non facies tibi ullam similitudinem.* Qui igitur relicto vno vero Deo, dijs falsis seruauit, in carne & sanguine volutantur: & caro & sanguis, regnum Dei non hereditabunt. Corrupti enim mores elementum aquae corruptum habere merentur. Ideo aquae in sanguinem mutantur, quia sacrificantes filios & filias suas daemonijs, effuderant sanguinem innocentem, puri liquoris fontem verum Deum Christum repudiantes, cuius gratia ex fluxu sanguinis mulier sanata, animam ab idololatriae fluxu erutam demonstrauit. Secunda plaga Aegyptiorum est, scaturiens ranarum multitudo, fetido squalore omnem contaminans Aegyptum. Secundum quoque mandatum in lege est: *Non accipies nomen Domini tui in vanum. Non enim mundabit Dominus nomen tuum.* Omnis itaque haereticus, periturus, sacrilegusque, dum aliud sonat lingua, quam nomen Domini, factore dispersionis suae ranarum in similitudinem clamit contra Deum. *Labia dolosa in corde & corde loquuntur mala.* Nec immerito his animantibus comparantur, qui in lacunar reprobatorum confectas fordes non abluunt, sed potius cumulant delicta. Tertia plaga Aegyptiorum est, cynifes toto aere vibrantes, morsu quoque pestifero medijs artibus in festantes Aegyptios: in qua plaga omnis magorum doctrina defecit. Professique sunt digitem Dei esse in illa: ipsi quoque vexatis, vacua inanisque eorum remansit astutia. Et tertium praecipitum in lege est: Vacatio sabbati nisi fuerit obseruata, perituram animam de populo suo. Quam vacationem Prophetae David, ex persona Domini annuntiat dicens: *Vacate & videte quoniam ego*

Deut. 6. Exod. 20.

1. Cor. 15. Psal. 105.

Exod. 8.

Exod. 10.

Psal. 111.

sum Deum. Hi igitur qui votum vouentes sese offerunt Deo, eiusque verbo vacantes spirituale sabbatum obseruant: vt Maria quem meliorem partem elegit. A quo declinantes in strangulatione dum mundanis curis innodantur, morsu pestifero praedictae plagae leduntur in animam, redimenda per Duce[m] Iesum, qui Dominus est sabbati. Quarta plaga Aegyptiorum, cynomyia, caninae scilicet mulsae, secretis etiam membris pœnas moribus infligentes. Et quartum mandatum in lege est: honorandos esse parentes. Quod primum ad homines refertur mandatum, quoniam superiora diuinitati videntur ascripta. Hi vero qui non ea honestate venerantur parentes, qua mandatum est, canibus similes tabiem suae fœditatis exercentes, longe in terra esse non possunt. Neque talibus sanctum dandum Dominum in Euangelio dicit. A quorum consortio Chanaanæ fide munda dumilio pioque latratu, & sibi quodam & filiae salutem nullas praecedentibus meritis, impetrauit. Quinta plaga Aegyptiorum est, omnium pecorum iumentorumque repentinus interitus. Et quintum mandatum legis est: *Non occides.* Non igitur qui gladio tantum, verum etiam qui odio sciant, homicidae sunt. Dicit enim Iohannes Apostolus: *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Tales veluti Aegyptia animalia repentino impetu corruunt. Quia omnis homicida non habet in se vitam manentem. Sexta plaga Aegyptiorum est, vesicae ebullientes, vlceraque manantia. Et sextum mandatum legis est: *Non mactaberis.* Quid enim mœchi in anima patientur, compacta plaga demonstrat. Nisi enim vlcera pessimi amoris, ebullientis libido rationem animi perturbarent, adulter venus non esset: neque vt scriptum est, per inopiam sensus perditionem animae suae acquireret. Et licet huiusmodi puniantur etiam hic legibus humanis, fornicatores etiam & adulteros, vt Paulus noster dicit, *iudicabit Deus.* Septima plaga Aegyptiorum est, grandae cum igno permixta, non tantum omne animal, quantum etiam arbuta ipsa virgultaque subuertens. Septimumque mandatum est: *Non furaberis.* Comparatio haec est: fur parietibus domibusque insert alienis quod sciuens grandae agit in campis: obnoxiosus est legi generalis qua dicitur est, *Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris.* Octaua plaga Aegyptiorum est, locustarum multitudo vexans omnia, radicibusque exterminans. Et mandatum octauum in lege est: *Falsum testimonium noli dicere aduersus proximum tuum.* Falsarius enim multa variaeque confingens, rodit vt locusta famam, vitam, actusque alienos, donec totum aduersus quem falsa configit, radicibus exterminet. Sed falsus testis non erit impunitus. Nona plaga Aegyptiorum est, tenebrae densissimae plene imaginibus terroribusque feralibus. Et nonum mandatum legis est: *Non concupisces uxorem proximi tui.* Quid deterius est concupiscentia mala, quae ita totam excecata mentem, vt non tantum timorem Dei, quantum etiam ipsas pœnas legum infamemque mortem obliuioni dans, nihil in mœcho remanet luminis, quod non totum occupent ferale tenebrae? Quos vero ex his gratia liberat, admonet & per Apostolum dicens: *Existis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino: sicut filij lucis ambulat.* Decima plaga Aegyptiorum est: Omnium primogenitorum mors. Et decimum mandatum est in lege: *Non concupisces ullam rem proximi tui.* Primitiuam vero esse concupiscentiam malam, Pharaoni diabolus per illud ostendit, quod & ipse concupiuit esse quod non erat; & Adam, qui cupiditate praecipitauit in mortem. Vitia vero angelorum eius per quem mors introiuit in orbem terrarum, in primitiua Aegyptiorum in hoc mundo tanquam in Aegypto, dux nosster interfecit: dum nos docet renuinciare diabolo, pompis, & angelis eius: vt vbi abundauit peccatum, superabundet gratia.

Psal. 47.

Luc. 10.

Matth. 12.

Matth. 7.

Matth. 15.

Exod. 19.

1. Ioan. 3.

Prou. 6.

Hebr. 13.

Tob. 4. Exod. 10.

Ephes. 4. Exod. 11.

Esa. 15. Genes. 3.

PROMISSIO: Pascha figurata, & transitus Christi ad Patrem.

In Exodo credita & visa. Prædictio facta & figurata.

CAPVT XXXVII.

Exod. 12.

Pascha quod est transitus, in quo omnis actio fidei nostræ Passionisque dominicæ agitur factamētum; iubet Deus Moysi sic fieri, vt ab Ægyptiis Hebræi vasa aurea, & argentea & vestem polerent: quibus sublati expoliatur Ægyptios commodantes, vigente necessitate primæ amillæ sobolis. Sibi quoque dum metuunt ocyus Hebræos, cum vniuersis quæ dederint, pepulerunt vt redderetur iustus, ait Propheta, merces laborum illorum: Duas enim Ægyptij constituxerunt ciuitates, pro quibus spolia illa non sunt furto ablata, sed merces est reddita. Transitus verò ipse mysticus hic fuit, agnam sine macula anniculum offusione diuina per tabernacula occidentum, ac de eius sanguine pottes domus linendos, non comminudum ex eo illo, cum picridibus & azymis, succinctis lumbis in omni festinatione comedendum, nihil ex eo relinquendum in mane. Quæ omnia figurata dum fuerint, quomodo fuit impleta, Euangelica auctoritas narrat, quæ nobis carnes Agni vsque in mane quod vesperum non habebit, id est, vsque in resurrectionem, comedendas præcepit: Non in sermone veteri, sed in azymis sinceritatis. Signatis sanè sanguine postibus, quorum in frontibus ctux eius elucet. Cum picridibus dictum est, amarum vitam lugendo agentibus. Sed beati, quia ipsi consolabatur. Sanc expoliatus Ægyptios à nostris, hæc ratione colligimus, quod omnis mundialis scientia, qua inflati super ea superbiebant, moralisque sapientia transit ad Christum, vt ea humilis recta fide possideat, populusque iure superbus amittat. Expulsi Hebræi per cretum ducti rant, quia omni Christiano renuncianti mundo, arcta illi angustaque necessaria est via, quæ ducit ad vitam. Huic populo columna nubis in die, & columna ignis per noctem iter ostendit: quoniam Christiani hominis gressus à Domino dirigitur, & vias eius volet. Vbi verò populum eternus ac rubri maris litens excepit, induratus Pharaò vt totus cum suis periret, curribus equitibusque coniuuatis, securus est fugientes. Hoc agit sætientes diabolos cum virtus angelique suis, dum nostros à se fugientes insequitur. Omnis enim qui his renuntiat, ad baptismum tanquam ad rubrum mare festinans hostem fugit, vt Saluator eum inueniat.

Phil. 77. & 104. Sp. 10. Exod. 12.

1. Cor. 5.

Matth. 5.

Matth. 7. Phil. 18. Hebr. 12.

PROMISSIO: In baptismo, vi in mari rubro.

In Exodo credita & visa. Promissio facta & figurata in baptismo.

CAPVT XXXVIII.

Exod. 14.

Dixit Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? dic filiis Israël & iungant se, & in iuca virgam tuam super mare, & diuisa illud, & intrent filij Israël per medium mare, per siccam. Ego enim indurabo cor Pharaonis & Ægyptiorum omnium, vt insequantur eos: & magnificaber in Pharaone & in omni exercitu eius. Cumque id fieret, mare exequendo iudicium sui Creatoris & Regis sententiæ diuina iussa compleuit. Dein puniendo rebelles innocuis vitam, recessis vndis suspensoque gurgite, sicco puluere gradientibus præbuit: redundaque in sese vnda hostes in ima demersit. Et vindex aqua sacra verba, rubrata sanguine, ligno crucis in mysterio virgæ percussa, salutem ad Saluatorem venientim ministravit, peccata verò cum autore diabolo, vt Ægyptios cum suo Rege, in profundo detulit. Hic est Deus noster de quo Micheas dicit Propheta: Ipse conuertetur, & miserabitur nostris: & demerget in profundum maris omnia peccata nostra. Post dura exilia, post labores cretemi ac rubri maris transitum, Dei populam victrix palma

Exod. 17.

1. Cor. 10.

Mich. 7.

suscipit: quamuis marath aqua amara fatigauerit sitientem: quæ ligno in eam misso, dulcis effect ostendit, sitientem Christianum statim vt amarum l'assionis pocolum bibent, ligni & Crucis dulcedine, omni amaritudine libetandum. Vnde & Paulus dicit: Mihi ab his gloriarì, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Idem enim locus qui illi populo requiem præbuit in duodecim fontibus quarum ex septuaginta palmarum arboribus nostris in mysteris f'ratu fuit. Namque post baptismum duodecim Apostolorum fontium f'iscentia pura doct næ exubertat fatiandis peccatoribus, quibus facer psalmus insonat: In Ecclesijs benedicite Dominum Deum de fontibus Israël. In septuaginta verò arboribus palmarum, omnis numerus sanctorum Martyrum in millibus consignatur, qui pro veritate vsque ad mortem certantes, palmam superæ vocacionis accipiunt. Hæc etiam Apocalypsis Ioannis Apostoli designat dicens: Vidi turbam multam, quam dinumerare nullus hominum poterat ex omni tribu, populo, & lingua. Et indui erant alba veste, & palma fuerunt in manibus eorum, quæ vincentibus illa palma sapientia dedit, quæ exaltata est in Cades.

Gal. 6.

Psal. 67.

Phil. 7. Apoc. 7. Eccl. 14.

PROMISSIO: Panis celestis in manna, quod est Christus.

Promissio mannae de celo.

CAPVT XXXIX.

Consumptis panibus quos fecum attulerat ex Ægypto, panem à Moyle murmurando popofico, carnes etiam desiderans Ægypti. Verum Mediator ille Moyses pater eius & catnem ocyus à Domino impetrauit. Iubetur populus manè panem, in vesperum carnes accipere. Sed hæc figurata fuerunt: Panem enim illum sanctum qui de celo descendit, suscepit primò populus manducandum, postea carnem Christi in Passione consecrat. De qua ipse Dominus dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Sanè huc certa diuina mensura, manna sanctus populus vescebat: Quam si quis excederet verbibus corruptum, putrefactum proiecebat; auaritiæ atque intemperantiæ suæ cupiditate frustratus. Tales doctor gentium Paulus exprobrat; dicens: Vitium & segmentum habentes, his contenti sumus. Nam qui volumus diuites fieri, incidunt in desideria multa stulta & noxia, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Hæc est putredo & hi vermes eorum, qui peteunte mundo quorundam luas augeri diuitias, nec sunt ditando pane contenti. Sed idem populus in defectu potandæ aquæ causâ, aduersus Moysen rursus murmurauit. Petenti Moysi à Domino dictum est: Præcedam te, inquit, in * Corab: & stabo super terram, & tu venient percuties petram, & exibit aqua, & bibet populus meus. Hoc factum est. Et David restatur: Disrupti in deserto petram & potauit eos, sicut in abyssis multa. Quæ sit verò hæc petra, Paulus exponit Apostelus, omne quod tunc actum est in mysterio, Christo Domino assignans: Petres, inquit, nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moysè baptizati: in nube & in mari. Et omnes eam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibentes enim de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus. Hæc petra etiam nos fatians dicit: Qui biberit ex aqua quam ego dederò, non sitiet unquam: sed fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam. Hæc petra percussa in cruce, sanguinem produxit & aquam, quibus sobriè inebriamur.

Exod. 16.

Ioan. 6.

1. Tim. 6.

Exod. 17. * secundum 70. Interpretes. Psal. 77. 1. Cor. 10.

Ioan. 4.

PROMISSIO: *In signo Crucis expugnare inimicos.*

In Exodo credita & visa. Promissio figurata, qua omnes nostros aduersarios signo Crucis expugnare præcipitur.

CAPVT XL.

Exod. 17.


Hic populo, in quo omnis nostra figurata actio est, Amalech & omnis cum suo ducis gens aduersa occurrit bellum rudi plebi indicens, quam à se credebatur facile superandam. Conserta pugna aduersarij dum plurimum prævalerent, extendens Moyses manus ad Deum, crucifixi insitit expressit. Quo signo cadentes hostes dum manus Moysi inclinarentur, aduersarij fortior vincebat. Vt autem manus Moysis stabiles fierent, Aaron & Vr sustentantibus manus eius, & quadam stabilitate firmantibus, cadens fugiensque Amalech omnis extinctus est. Si nostri Mediatoris hic respiciamus signum, cum per David canentem recordemur: *Elenatio manuum mearum sacrificium vespertinum*: cuius in Passione sol & luna habitum cuiusque mutauit: quis spiritus aduersarij, quæ ue inimica

Psal. 40.
Matth. 27.

potestas huic signo poterit obuiare, ac non potius auferat: si tamen ipse pugnantis ex manibus Crucifixi pendeat, per quam quotidie eumur de potestate tenentur? Nunc iam recurrentes omnes figuratas actiones temporis ante legem, cum omnia quæ gesta sunt, ita ille populus promissa suscepit, vt ipse quocumque fide multo longius prospiciens sibi credenda Posteris videnda reliquerit. Quia igitur ad montem Sina per certas prædictiones promissionesque perductus est populus, in quo Moyses legem à Domino percipiens, regendis tribubus iura ecclesiastica panderet (vnde æstimo quod idè nuncupentur Iudæi, tanquam poitantes vel sequentes ius Dei) huc vsque tempus ante legem concluduntur. Lector! agnosce: tanquam vnum diem quatuor ex cardinibus mundi surgentem, Patriarchatum scilicet procerum, Abraham, Isaac, & Iacob, Orientis radio fulgente Melchisedech Rege & Sacerdote, in duodenarium horarum numero. Qui ex illis progeniti, nostri quoque Patriarchæ nuncupantur. Vt in vesperum concludunt alii tempus huius legis, velut alius dies per cæteros numeros inchoatus exurgat.

Coloss. 1.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



INCIPIT PARS SECVNDA LEGIS TEMPORE QVO PER Moysen Legillatorem annis XL. gubernatus in eremo est populus Dei, & deinceps vsque in aduentum Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Quæ pars promissa prædictaque continens, connexis capitulis subsequitur.

CAPITA SECVNDÆ PARTIS.

1. PRÆDICTIO: *In monte leges data, & Christi Domini mandata in monte.*
2. PROMISSIO: *Facta & figurata domus Dei in Ecclesia sancta.*
3. PROM. *In Aaron sacerdotium figuratum in Christo.*
4. PRÆD. *In populi vindicta, qui prævaricati, & qui mandata Christi non seruauerint.*
5. PROM. *In sacrificiis omnibus Christum Dominum figuratum.*
6. PRÆD. *In lepra inspectione hæreticos varios simulasse.*
7. PRÆD. *In eis mundis & inmundis, elemosynis munda omnia fieri.*
8. PRÆD. *In eis desideratis Aegypti, Christum manna renuisse.*
9. PRÆD. *In Moysse Christo Domino & Ecclesia fratres detraxisse.*
10. PRÆD. *In virga Aaron germinante confirmatio sacerdotij Christi Domini.*
11. PRÆD. *In auo serpente, Christum Dominum à morsu diaboli liberantem.*
12. PROM. *In eis, qui pro Christo parentes contempserint, venire benedictionem.*
13. PRÆD. *In Moysse transiente, Iesum signasse Dominum rectorem.*
14. PROM. *In Iesu Nave, Iesu Domini figuram ostendit, terrenam expugnantem ciuitatem.*
15. PROM. *Per Iesum Dominum anima à prostitutione idolorum liberantur.*
16. PROM. *Per Iesum Dominum omnia vitia expugnanda.*
17. PRÆD. *In figura Ecclesie Delbora hostem superauit.*
18. PROM. *In figura Gedeon gratiam Domini Christi commendat.*
19. PRÆD. *In Abimelech concubina filium, hæreticos signat.*
20. PROM. *In Iephthe, figurata carnis Christi immolatio virginis.*
21. PROM. *In Samson Nazareus Dominus Christus fortis in capite.*
22. PRÆD. *In eodem, quod ligatus Christus Dominus à Iudæis vincula omnia dirupit.*
23. PRÆD. *In Ruth Ecclesia ex gentibus Iudæis illudens.*
24. PROM. *In Samuele Christum Dominum dux, sacerdos & Prophetas sacerdotes arguens.*
25. PROM. *In Dauid Christum pastorem cytharizantem.*
26. PROM. *In eodem inimicos diligentem, lapos reparantem.*
27. PRÆD. *In Abisac animas Christi gratia calore feruentes.*
28. PRÆD. *In Roboam scissuram hæreseos, è quibus Christus suas colligit oves.*
29. PROM. *In Helia Christum, & in vidua misericordia principatum.*
30. PROM. *In Helisao discipulos Christi duplum accipientes spiritum.*
31. PROM. *In eodem cum mortuum figuratum Christum Dominum gratia suscitauit.*
32. PRÆD. *In Ezechia, qui suos Christus docet in bono non debere efferri.*
33. PRÆD. *In Regibus peccantibus qui secum populum in captiuitatem ducunt.*
34. PRÆD. *In Daniele, qui Christum Dominum suis visionibus enarrauit.*
35. PRÆD. *In eodem, dum eum de lacu leonum eruit, ut Christum Dominum à Iudæis.*
36. PROM. *In Ezechiellem manifesta resurrectione per Christum Dominum.*
37. PRÆD. *In Esara dominus Dei, id est, per Christum Dominum restauratio.*
38. PRÆD. *In eodem enim in figura Ecclesie parabolam pandit.*
39. PRÆD. *In Tobia ex pisce Christo & danonia fugari, & illuminari cecis.*
40. PRÆD. *In Machabæis, qui & martyria, & ipsum Christum Regem natum suscepimus.*



D. PROSPERI AQUITANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS De Promissionibus, & Prædictionibus Dei.

PARS SECVNDA.

PRÆDICTIO : *In monte leges datae & Christi Domini mandata in monte.*

Prædictio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

CAPVT PRIMVM.

Exod. 13.
11. & 34.



Math. 5.

1. Cor. 3.

Exod. 22.

Exod. 21.

Exod. 24.

Exod. 24.
Heb. 9.

Math. 5.

Math. 17.

1. Cor. 13.

Ioan. 19.

Gal. 3.

1. Tim. 1.

1. Cor. 13.

Phil. 4.

Ephes. 4.

Gal. 4.

VOCANS Deus Moysen in Monte Sina, legem in tabulis lapideis conscriptam, vt populo traderet, dedit; quam rite seruans, tertiam promissionem acciperet. Noster verò Mediator Iesus Dominus (cuius figuram gestabat etiam Moyses) ascendens montem cum discipulis suis, quibus modis beati hominis ferent, legem non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus Dei spiritui scripsit; qua non terra, sed cælo atque vita potiantur æterna, qui eius mandata seruauerunt. Sed eadem cætero populo, peccatis decem præceptis, per Moysen cælestia iura traduntur. De successione heredum: De cessante herede: fidelem amicum & domesticum loco heredis debere succedere; De furto in quadruplum restituendo; De depositis seu commodatis casu vel vi aliqua sublati; De pueniendis adulteris; De virgine vitata in agro vel in ciuitate; De muliere prægnante percussa. Oculum pro oculo; Dentem pro dente, & cætera quæ in his iuris diuini tenent autoritas. Populus sub lege ea reificatione suscipit à Moysese, qua spondit omnia esse facturum. Mædians itaque Moyses in sacrificio vitulum, sanguinem ipsius in testimonium accipiens cum hyssopo & lana coccinea populum ipsumque librum aspergit, dicens: *Hic sanguis testamenti quod vobis mandauit Deus.* Ad hæc Mediator noster Christus Dominus, legem non vacuans, sed adimplens, non tantum liberis & potentibus, quantum etiam ignobilibus feruicque facientibus præcepta sua, testamentum nouum suo sanguine consecrauit, non sine hyssopo quod mixtum aceto in Passione bibit: in quo testamento discretio nulla est personarum. Ait enim Apostolus Paulus: *Non est Iudæus, neque Græcus, non est Ieruus, neque liber, non est masculus, neque foemina. Omnes enim vos estis vnus in Christo Iesu, qui est fidelem indiusa sempiternaque hereditas.* Fidem seruandam proximo commodanti, vel deponenti, per eundem Apostolum mandat. *Bonum, inquit, è Timore: et depositum custodi.* Et iterum: *Non que sua sunt quisque intenciones, sed & que aliorum.* Et per Prophetam Salomonem: *Fidelis homini totus mundus diuitiarum est: infidelis autem, nec obolus.* Item Paulus: *Qui furabatur, iam non furetur.* Ipse quoque virgini castæ timet serpentinam diaboli corruptionem, cum se pio affectu concipiens, spiritu prægnantem esse confirmat, di-

gens: *Filii mei! quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Hos omni ex parte illæos edere cupit, cum dicit: *In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui.* Addidit quoque noster Mediator nouæ legis mandata, veteris testamenti temperans vindictam. Nam cum illic adulteros pueniendos statuit, hic ad alteram ea pietate liberat, qua legem non destruit, dicens: *Vide, & nolis amplius peccare.* Non solum non mæchandum, sed nec oculis consentiendum ad concupiscentiam. Homicidium non tantum perpetrandum non esse, quantum qui odit fratrem, homicidam esse. Oculum pro oculo nullatenus expetendum, verum insuper malum pro malo reddendum non esse. Qui abstulerit tunicam, dimitrendum illi & pallium. Qui percusserit in maxillam, præbendam illi & alteram. Qui angariauerit, duplum cum illo eundem. Benefaciendum inimici. Orandum pro persequentibus; & cætera quæ ab ipso cælesti iuris conditore mandantur in Euangelio. Non esse contraria legi hinc ostenditur; quod ibi mandatum fuerit animal in via si ceciderit inimici, erigendum esse, nec prætereundum: Dolose non loquendum cum proximo: neque pignus pauperis retinendum vsque in vesperum. Septimo anno sata frumenta non metenda; Fructusque omnes eiusdem anni, profelyris, viduis, & orphanis relinquendos: Eodemque anno dandam Hebræis seruis libertatem. Decimas omnium fructuum primitiales in domum Domini inferendas; debitum, septimo suppleto anno non repetendum; relaxatis etiam pignoribus. Quinquagesimo vero anno reddenda omnia prædia quæ cautionis nexu obstrinxerant, pecunia non recepta. Et omnia, quæ vt dixi noui ac veteris mandata continent, discussa, nulla ex parte sibimet repugnantia inueniuntur: Cum & in nouo testamento non parua terribilisque exempla vindictæ processerint. Dum spiritui immundo superbus traditur vt discat non blasphemare. Dum adulteri traduntur Sathanæ in æterna interim carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu. Dum fraudatæ mendacesque A nania & Saphira subita morte plectuntur. Dum manibus pedibusque ligatis in tenebras exteriores mittitur, qui vestem non habuerit nuptialem: quæ est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Et quæcunque alia ex veteribus signis in nouo suppleta non sunt, sacro, vt dictum est, sanguine Mediatoris simul cum ipso populo consecrata sunt.

1. Cor. 4.

Ioan. 8.
Matt. 5.

1. Ioan. 3.

Math. 5.

Exod. 23.

1. Tim. 1.
1. Cor. 5.
Act. 5.

Math. 10.

1. Tim. 1.

PROMISSIO: *Domus Dei in Ecclesia sancta.*

Promissio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

CAPVT II.

Exod. 25. **E**dem Moyſi dicitur. *Vide ut facias tabernaculum quemadmodum tibi monstratum eſt in ſancto monte; & ex quibus rebus oblati illud tabernaculum ſurgat indicitur. Dabunt, inquit D. us, in oblatione filij Iſrael lanam hyacinthinam, byſſum tortum, purpuram, coccum bis tinctum.* E quibus opere vario tenoria tabernaculi, ſimulque & veſtis ſacerdotalis confecta, myſtica omnia in tempore future Eccleſie reuelantur. In operitoria ſane tabernaculi pelles hyacinthinæ, aliaſque rubratas, & vndecim vela ex pilis caprarum conficienda, diuina authoritas mandata. Quæ omnia ſigna fuiſſe, ipſius legis reſonant teſtimonia. In hyacinthino colore pallor quidam eſt cum ſplendore concordans, iciniis elemoſyniſque conueniens. V. de & ſanctus Raphael Archangelus ad Tobiam: *Bona eſt, inquit, oratio cum icinijs & elemoſy a.* In icinijs pallor, in elemoſyniſ ſplendor refulget, qui hyacinthi figuram ſp. ndit. *Byſſus vero mundum, vt Apocalypſis dicit, Iuſtitia ſanctorum ſunt.* Quod dictum eſt tortum: *per multas tribulationes oportet inſtos in rore inuergnum Dei.* Purpura veſtis eſt regia, qua ipſe Rex poſt: Chriſtus Dominus, in ſua Paſſione indutus eſt. In cocco bis tincto martyria aucta reſident: quæ ſemel baptiſmo Chriſti in ſanguine tinguntur, atque ſuo effuſionis cruore denud ſunt retinchi. Sic enim & ipſe tinctus eſt Dominus ſemel in Iordane, iterum in Paſſione, de qua dicit diſcipulis ſuis: *Baptiſma habeo baptizari quod vos ignoratis.* Hoc pelles rubratæ hyacinthine que teſtantur. Centum per centum cubitos duo latera tabernaculi protenduntur: aliaque duo frontalia, quinquaginta per quinquaginta, tanquam miſericordia & veritas occurrentes ſibi, iuſtitia & pax obſcultant inimici. Quatuor ex partibus coniunctis angulis dignum tabernaculum demonſtrarent: futurum templum Dei Eccleſiam, quæ in centenario & quinquagenario numero Palſmorum miſericordiam & iudicium ſuo Domino cantat. Neque ſine myſterio vndecim velis cilicinis tabernaculum deſuper operitur, quorum eſt offendant totum mundum Deo, ac ſub penitentiæ degere. Ipſius enim numerus Palſmi habet principium, *Saluum me fac, Deus, quoniam deſeciſti Sanctus.* Et cur deſecent narrat: *Quoniam dimittenda ſunt, ait, veritates à filiis hominum:* pro quibus ſaluanda veritas ipſa de celo deſcendit, quæ digna eſt habitare cum hominibus in terra. Interiora verò tabernaculi, hiſ ex rebus ornantur, bis denæ in parte columnæ ex lignis in putribilibus, non tam ſanctos Apoſtolos, quam Doctores quoque Eccleſiarum præſignant, quos etiam Paulus offendit, dicens: *Petrus & Ioannes qui videbantur columnæ eſſe, dextræ dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis.* Barnabæ enim in Apoſtolum eſt ſuſcepſus in ordine, Domino præcipiente & dicente: *Separate mihi Barnabam & Paulum in opus, in quod pronocauis eos.* In quo opere ipſa Sapientia fabricas ſibi domum, ſubditur columnas ſeptem, Quas, tertia cum deſluxiſſet peccatis inſtantibus columnas eius ipſa confirmauit. Harum igitur columnarum numerus in duabus partibus tabernaculi vndecim ſunt, quadrageſimum diem Aſcenſionis Domini demonſtrantes, in qua ſuis ait diſcipulis: *Vos ſedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto:* Ternis ſeris connectuntur columnæ: quoniam fidei, ſpei & charitatis, trinitatis vinculo doctores Eccleſiarum ſalubriter aſtinguntur ex vaſis argenteis, capitibusque aureis, tanquam in operibus miſericordie, vt ſanctitate virginali columnarum omne decus exurgat. Sancta Sanctorum in interioribus ſunt tabernaculi, habentia arcam teſtamenti reſertam myſterijs. In quam ingrediuntur ſacerdotes in anno ſemel

cum ſanguine alieno: ex qua accipiens reſponſum diuinum illud verbum reſonat: Quod verbum carnem ſulciens noſtram ob redemptionem conſecrauit arcam non veteris, ſed noui teſtamenti: *In qua ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi.* Ad quam cum ſuo latargine verus ipſe princeps ſacerdotum introit ſemel in ſancta, quoniam ſemel Chriſtus oblatus eſt, vt multoties peccata portaret. Cui dicit Propheta: *Exurge, Domine! in requiem tuam, tu & arca ſanctitatis tua.* Menſam quoque poſitam & arcam, quæ carnem ſacram ſacrificantis exciperet: quid aliud in hiſ quam Cuceum intelligimus, in qua noſter Agnus immolatus eſt? Ipſe Sacerdos & victima panem ſanctificatum, ſuum ſacratum corpus in ſua menſa confirmans. Cui lucerna ſepulchri ſpiritu accenſa toti luce tabernaculo. Quoniam fulgur illius, vt lumen: atia verò huius ſpiritus ſancti tabernaculi, corda piorum ſcilicet conſcientium & laudantium Deum. De quibus Propheta dicit Dauid: *Aria eius in bynno, corſtituimini ei.*

Coloſſ. 1.

Heb. 9. Pſal. 31.

Pſal. 99.

PROMISSIO: *In Aaron ſacerdotium figuratum in Chriſto.*

Promissio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

CAPVT III.

Recepit Dominus Moyſi, vt Aaron fratrem ſuum ex oleo ſanctificauit vinctum, ſacerdoti conſecraret: vt vinctum noſtrum præ participibus ſuis Chriſtum Dominum nomen ipſum vinctiois offenderet. Ipſus quoque Aaron veſtis, myſtica taxatione deſcribitur: *Induit, inquit, cum tunica talare ex lana hyacinthina, ſcapulisque eius ſuper humerale impones.* Duos lapides ſmaragdos ſculptos ſingulos ſingulis nominibus filiorum Iſrael, e quibus catenule ex auro puriſſimo percurrentes vmbones vltimos humeralis apportent. Quadratum quoque ex diuerſis coloribus pretioſiſque duodecim lapidibus, ſiſbulam rationale ſacerdotis in pectore collocandum, quæ duas principales partes ſuper humeralis aſtingat. Cingulum quoque lumbis eius dandum, atque in ora talaris tunicæ quinquaginta tintinnabula aurea, totidemque mala granata in medio tintinnabulorum poni iubentur: vt omnis veſtis ex ſuſceptis ſpeciebus vno opere confecta fulgeret. Capiti quoque ipſius hæc imponenda præcepta ſunt. Cidarim ex byſſo mundo, mitram quoque, ex qua lamina ſcripta in titulum pendens, caput frontæque ſacerdotis conſecraret. Quæ ſingula noſtro Chriſto Domino ſacerdoti conueniunt. Nā cidaris ex byſſo in capite eius, iuſtitia, vt diximus, Sanctorum ſunt. Quoniam *omnis viri capus, Chriſtus eſt, à quo eſt omnis iuſtitia.* Quod mitram regalem, indicat ſacerdotium ſpirituale conubium. Quod titulus ſcriptus, in Paſſione ſacerdoti noſtro Pilatus impoſuit. Tunica talaris viſceta ſunt miſericordie Dei noſtri. De quibus Apoſtolus dicit: *Induite vos ſicut electos Dei viſcera miſericordie.* Superhumerali veſt, principatum eius offendit, de quo dicit Eſaias: *Datus eſt vobis filius, & factus eſt principatus ſuper humeros eius.* Duo lapides in humeris, duo præcepta ſunt dilectionis Dei & proximi, quibus duodecim tribuum ſculpta nomina continentur, duodecim diſcipulos in hoc numero iam deſignates, quos noſter ſacerdos in humeris perfecta dilectione portauit: *Cum enim dilexiſſet, ait Euangelista Ioannes, diſcipulos ſuos, vtque in ſinem dilexit eos.* Ex hiſ catenulæ portantes vmbones, fructus ſunt ſpiritus: charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manuſucto, continentia. Rationalis in pectore, ex pretioſis moribus omnis eſt doctri-næ pontificis, vt ſit, ſicut Apoſtolus dicit, habens rationale obſequium. Præcinctum ſane noſtrum Sacerdote non ageſimus ſecundus Palſmus offedit. *Induit, inquit, Dominus forſitudinem & præcinctus eſt.* In quinquaginta verò tintinnabulis, totidemque malis granatis, linguæ ſunt

Exod. 29.

Pſal. 44.

Exod. 22.

* Secundum 70. Interpretes.

Apoç. 19.

1. Cor. 11. Ioan. 19.

Coloſſ. 1. Eſa. 8.

Ioan. 13.

Gal. 5.

Rom 13.

Pſal. 92.

Tob. 21. Apoc. 19. Act. 14.

Luc. 12. Exod. 26.

Pſal. 84.

Exod. 26.

Pſal. 124.

Galat. 1.

Act. 13.

Prou. 9. Pſal. 74. Luc. 24.

sunt Ecclesiarum quæ per Sanctum Spiritum die Pentecostes in specie ignis diuise discipulis infuderunt. Vt etiam numerus ipse ostendit, ex quo mala granata omnis Ecclesia per mundam, conuocis vt grana intrinsecus continent populos in vinculo pacis, & gratiæ vnum eos tegmen operiat caritatis. Resonantibus enim in tintinnabulis Apostolis, mala granata statim mora sunt in actibus Apostolorum dicentia: *Nonne hi qui loquuntur, natione sunt Galilæi? & quomodo agnoscimus in illis sermonem in quo nati sumus? Et sequitur: Variis enim linguis magnificabant Deum.* Sed hæc omnia gressibus liberi sacerdotis mouentur, dum ingreditur in Sancta Sanctorum, quo pro nobis noster iam Mediator ascendit apparere ante faciem Dei.

PRÆDICTIO: *In populis vindicta, qui præuaricati, & qui mandata Christi non seruauerunt.*

Prædictio facta & figurata. In Ex do credita & visa.

CAPVT IV.

DUm hæc quæ supra diximus, in monte Sina Moyfi facienda mandantur, populus præuaricatus à Deo idololatriæ crimen incurrit. Fingitur per Aaron vitulus ex auro, eique in contumeliam Dei veri victimæ sacrificiique obulit, dicens: *Hi dixi tui, Israël! qui te eduixerunt de terra Ægypti. Et oblitus sunt Deum qui liberauit eos, qui fecit magna in Ægypto, mirabilia in terra Cham, & terribilia in mari rubro.* Per nostrum quoque sacerdotem huiusmodi Apostaticæ animæ in Euangelio inceperunt. Sic enim ait: *Nisi fecerim in eis signa que nemo alius fecit, peccatum non habebunt: num autem excusationem non habent de peccato suo.* Sequiturque ex graui culpa vindicta. *Dixit autem Dominus ad Moysem, ascende celeriter, præuaricatus est enim populus tuus quos eduixisti ex Ægypto. Fecerunt sibi deos aureos, & eisque dixerunt: Hi dixi tui, Israël! qui te eduixerunt de terra Ægypti. Et nunc sine me, deleam eos, & faciam te in gentem magnam, amplioris enim quam hæc est.* Pius Dominus dat intercedendi terapus, cum dixit: *Sine me.* Non enim Deus ex hominis, sed homo ex Dei voluntate pendebat. Cumque multis modis precaretur Dominum Moyfes, seipsum pro peccato populi offertens, nostrum Mediatorem sub figura expressit, qui animam suam pro impiis posuit. *Corussum enim, vt Apostolus dicit, pro impiis mortuus est.* Nec tamen illud tam grande peccatum careret vindicta: quoniam peccatum impunitum esse non potest. Descendens enim de monte Moyfes, disfluentem populum dum videret, stans in medio castrorum, ait: *Si quis est Domini, veniat ad me.* Cumque vna tantum ex duodecim tribubus ad eum transiret, præceptum ei tale dedit: *Hec dicit Dominus: Accipiat vnusquisque vestrum gladium in manu sua, & pertransseat à castris vsque in castra, & percutiat vnusquisque patrem, fratrem, filium. Quod cum inuenianter fecissent: Impleuisti, ait Moyfes, manus vestras hodie Domino vnusquisque in filio & in fratre, vt daretur super vos benedictio.* Tales in his discipulos nostrum Mediatoris ostendit, quibus ait Iesus: *Si quis veniat ad me, & non odio habet patrem, matrem, fratrem, filios insuper & animam suam, non potest meus discipulus esse.* Et ite un scriptum est: *Qui dicit patri suo & matri sua. Nescio vos, & fratribus suis; Ignoro illos: & filios suos oderunt, hi testamentum tuum seruabunt.* Quod sancti fecere Martyres vocati per gratiam, felicitate perpetua munerati.

PROMISSIO: *In sacrificiis omnibus Christum Dominum figuratum.*

Promissio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

CAPVT V.

RVisum Moyfes secundò montem iubetur ascendere: Eique mandat, quæ in sacrificiis ex animalibus a vobisque populus offerat, sub certa mensura similitaginis conspiciat ex oleo pro peccato, pro solennibus, pro votiuus, vel certis Neomeniis, diebusque festiuis. Vitulum, dictum est, sine macula referens ad Christum veritatem, quæ signa sunt rerum. *Placebit, dictum est, Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.* Agnum anniculum sine maculaque est *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.* Quem ex grege, id est ipse de quo Esaias: *Sicut ouis ad immolandum ductus est.* Arietem ex grege, idem ipse est Christus Dominus, qui dicit per Prophetam: *Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.* Et Abacuc: *Cornua, inquit, in manibus ipsius sunt.* Hærdum ex gregeque est Christus Dominus, qui non proprie, sed aliena peccata portans, pelles è quibus cilicia collatæ penitentiæ texuntur, suo intulit tabernaculo: qui & per David dicit: *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.* In turtur verò & columba Ecclesiam agnoscimus. Quoniam turtur inuicem sibi nidum vbi ponat pullos suos. Vnamque dicit esse suam columbam sponfam electam suam. Cuius pullos in sacrificio offerri iubet, dum dicit Dominus Iesus, *Sinite paruulos venire ad me.* Quoniam & paruuli dum eius baptismo conuerantur, simul cum illo sepeliuntur in morte, vt etiam in eis euacuetur corpus peccati. Illa verò distinctio peccatorum ignorantæ & scientiæ, pro quibus sacrificium contrici cordis, vt simlago frixa ex oleo, offeritur: etiam in nostro coniungitur sacrificio, cum dicit anima: *Delitiosa inuentus & ignorantia mea ne memineris.* Quæ beatus Petrus minus cautus incurrit dum prædicenti Domino passionem suam, ignorans eam per legem atque Prophetas promissam fuisse. *Abisit à te, ait, Domine, propitijs tibi esto, non fiet istud.* Et Dominus, *Vade retrò Sabana; & non enim scis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Quod peccatum ignorantæ & scientiæ negationis simul & iuuentus (de qua præsumens dixerat Domino, *Animam pro te ponam*) respectus atque compunctus omnia flendo deleuit. Docuitque in his peccatorum præsumptum credere & auertisse, *faciem tuam, & factus tu conturbatus.* *Sara animam meam, quia peccasti tibi.* Pro votiuus verò & solemnibus quæ Christo Domino offerat populus Paulus, Apostolus ostendit; *Offeramus, inquit, sacrificium laudis semper Deo, id est, fructum labiorum consentitum nominis eius.* Beneficentia autem & communionis nolite obliuisci; talibus enim sacrificiis placatur Deus.

PRÆDICTIO: *In lepra inspectione hereticos varios simulasse.*

Prædictio facta & figurata. In Leuitico credita & visa.

CAPVT VI.

Iubet Deus Moyfi, vt lepræ inspectio atque purgatio, huiusmodi sacrificiis expietur. Par gallinarum offerendum sacerdoti, ex quibus vnam offerat, aliamque relinquat. Similiter quæ exhiçricis, cæterisque pecudibus. Sed hæc mysteria noster sacerdos Iesus Dominus euidenter ostendit in Euangelio dicens: *Duo erunt in agro, vnus assumetur, alius relinquetur: & duo in molendino, vna assumetur, alia relinquetur.* Quantum autem interit inter assumi & relinqui, columba cornuque dimissi ex arca ostendunt. Columbam enim Noë ad se recipientem in arca seruandam sacrificio custodiuit, cornum vagantem errantemque relinqueus. *Sara autem hæc discerni,*

Colo. 3.

Act. 2.

Heb. 9.

Exod. 30.

Psal. 107.

Ioan. 15.

1 Cor. 15.
Rom. 6.

Exod. 32.

Luc. 14.

Exod. 34.

Psal. 68.
Esa. 53.

Psal. 91.
Abac. 3.

Psal. 74.
Cant. 2.

Psal. 83.
Cant. 2.

Matth. 18.
Ioan. 6.
Leu. 2. 2. 4.

Psal. 24.

Matth. 16.
Marc. 8.

Ioan. 13.

Psal. 29.
Psal. 40.

Heb. 13.

Leu. 13.
& 14.

Genes. 8.

Matth. 27.

discerni, sic virgines sapientes à stultis voluit segregari, animas scilicet per gratiam: quas digna oblatione purificans sacrificio contriti cordis (quod similago fixa ex oleo signavit) secum in ærenam Hierusalem, cuius spiritalis sponfus est, introducit in patriam, repulsis hæreticis: quia leprosi foras extra castra mittuntur. Nec prætereundum existimo, ipsam distinctionem lepræ, vt datum fuerit, aliqua ex parte discutere. Nam lepra in capite Manichæos, Priscillianos, compliceque eorum demonstrat. Etenim cum viti caput Christus sit, caput verò Christi Deus: Deo ipsi capiti dum aduersarium nescio quem principem tenebrarum disputantes opponunt, ipsi in capite sui erroris aspersi lepra foris extra castra prilli meruerunt. Lepra in barba, Arianos, Fotinianos, Nestorianosque designat: Qui nostrum Pontificem Christum, dum minore in diuinitate, aut solū hominem, non Deum & hominem prædicant, aliterque de Christo sentiunt, quam tenet, tradiditque fides Catholica, leprosi in barba eum laceffunt, quem in similitudinem Aaron, David propheta introducit; verum principè sacerdotum Christum Dominum, dicens: *Ecce quam bonum & quam iucundū habere fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Hi igitur qui vnitatem Catholicam relinquentes, vnguentum quod in nostri Pontificis barbā descendit erroris sui dogmate fœdandam existimant: vt leprosi in barba inuēti, etiam ipsi extra castra pulsi sunt. Lepra in corpore, Donatistæ, Maximianistæ, Luciferianæ, cæteri que similibus erroribus obuoluit, dum per totum mundum Christi corpus, Domini Ecclesiam humanam calūniis infestantur, in lepra corporis sui eieci, nisi à vero sacerdote Christo charitate mundati fuerint, castra eos populi Dei non suscipiunt. Pelagianis vero omni ex parte lepræ macula tarpantur, dum capiti & corpori nebulas suas peruerse doctrinæ infundere contendunt. Capiti, quòd Deus ante peccatum, mortalem hominem fecerit: qui mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum: creauit enim, vt essent, omnia. Corpori, quòd gratia Dei necessaria non sit, quòd Christus gratis mortuus sit, quòd vnum baptismum in minoribus maioribusque diuinum sit, cum vnum consecratū sit in remissionem omnium peccatorū. Sic in toto lepræ macula vitiatū, è castris dominicis etiam ipsi pulsi sunt. Cū vero hæc nosser Sacerdos inspicit, variisque diuini plagas, vtrum sit terra in Manichæis, an rubra in Ariarianis, an in Pelagianis alba, vel varia; *Quoniam oportet, ait Paulus, & hæreses esse, vt probati manifesti fiant in vobis.* Quamdiu in his variis erroribus mundat in lepræ maculis animæ detinentur, castra eos, vt dictum est, dominica non admittunt. Ex quibus omnibus hæresibus compuncti Dei gratiā dum mundandi redeunt, in illis quodammodo decem leprosis nostro se offerunt sacerdoti. Eoque iuxta legis præceptum dum ad sacerdotem Iudæorum mitrit, euntes in via, id est, in hac vita, potentia Verbi mundauit. Pro quorum mundatione sacrificium seipsum obtulit gallina iuxta prelofa quæ dicit: *Quoties volui (Hierusalem) colligere filios tuos, sicut gallina colligit pullos suos sub alas, & noluisisti?* Colligit sane etiam illa nolentes, quos ad vnitatis suæ membra pertinere cognoscit; *quoniam nouit Dominus qui sunt eius.* Vnus enim ex decem mundatis reuersus gratias egit nostro pontifici: quia vnitatis cognoscit, non in se, sed in Domino gloriandū, quæ spem noluit habere in homine, quæ intellexit bonam voluntatem à Domino præparari, quæ vere libera esse voluit, quoniam cognouit quod etiam Filius liberauit. Hi verò qui mandati ingrati, vel in erroris sui lepræ maculis persistunt, in castris dominicis suscipi omnino non poterunt. Contra quos exclusos claudens ostium dicitur est nosser Pontifex; *Non noui vos;* vt à longè illi dimissi foris remaneant, canes mali. & omnes homines qui operantur & faciunt mendaciam. Multa

hic dicere non oportuit, cum Origenes singula discutens, quæ recta fide sensit, Domino consignauerit Christo.

PRÆDICTIO: *In escis mundis, & immundis, elemosynis munda omnia fieri.*

Prædictio facta & figurata. In Leuitico credita & visa.

CAPVT VII.

Inter omnia mandata quæ ad erudiendum Dei populum, Moyse in monte Sina à Deo tradebantur, expleto ordine sacrificiorum, animalia munda ab immundis quæ populus in escam lumeret, ista sunt distinctione signata: Ruminantia quæque fisa vngulâ, habenda munda esse, & in escam sumenda. Quæ animas signant ruminantes verbum Dei ex fisa vngulâ, duorum scilicet præceptorum. De auiibus quoque vel piscibus nominatim mandata sunt, quæ contingere, quæ ve abnuere populus debuisset. Quam legem in tabulis lapideis iuxta duritiam cordis Iudæorum datam Dominus in Euangelio restatus est. Verum cum de singulis priores nostri partes, quibus reuelatur esset, allegorice omnes disputationes longo volumine splendide stylo conscripserint, quid opus fuit cuncta persequi? cum de compendio nosser Mediator Iesus Dominus, in quo ista omnia personabant, recordes Iudæos, qui legem littera, non spiritu sequebantur, increpauerit, dicens: *Vt vobis Scriba & Pharisaï hypocrisæ! quia decimatis mentiam, cymicum & omne olus, mundantes carynum & calicem, cum intus pleni sitis rapina & iniquitate.* Eisque singulariter ipse transiens, singulare sacrificium ostendit, dicens: *Verumtamen dico vobis, date elemosynam, & ecce vobis munda sunt omnia.* Quam breue compendiosumque sacrificium! quod intrinsecus atque extrinsecus totumque hominem mundat. *Elemosyna à morte liberat & ipsa purgat peccata.* Elemosyna munus bonum est omnibus faciētibus eam, coram summo Deo. Hæc est quæ perpetuos ignes extinguit: hæc est quæ resistit peccatis: hæc est quæ Christum pacificum esurientem in paupere: hæc vestit nudum: hæc visitatum infirmum: hæc peregrinum hospitio accipit: hæc que omnem angustiam carceris tollit: hæc omnem inopiam finit: hæc diuitibus confert remedia: hæc vitam æternā comparat: hæc fœnerat Deum: hæc continet regnum celorum: hæc est quæ discernit agnos ab hædis: hæc est quæ ad dexteram collocat Iudicis: hæc angelis sociat: hæc ex seruis filios Dei fieri præstat. Concurrunt omni ex genere peccatores, concurrunt omnesque vitis erroribus que leprosi: concurrunt omnes quolibet flagitio maculati atque immundi, penitentes vouentque: concurrunt ad tam magnum, compendiosum, vtile que sacrificium, cum omni latitia offerentes. *Hilarem enim datorē diligit Deus.* Prout quisque quod offerat habuerit, hoc offerat munus. Quod ita nosser pater neeps sacerdotū insinuit, acceptumque præ omnibus esse mandauit, vt vsque ad duo minuta calicemque aquæ frigidæ mensuras huius perduxerit sacrificij: pacem promittens; & si hæc defuit, hominibus bonæ volūtatis. Ista sunt posteriora Dei quæ faciem eius dum videre non possent Moyses, spiritu sunt ei reuelata prophætico in Christo Iesu Domino & homine, qui est æternus princeps omnium sacerdotum. Hæc in Leuitico suppleta noscuntur.

PRÆDICTIO: *In escis desideratis Ægypti, Christum manna renouisse.*

Prædictio facta & figurata. In libro Numerorum credita & visa.

CAPVT VIII.

IN Numerorum libro populus, principibus sibimet à Moyse constituit, cetera sub descriptione quantum sit designatur. Immemor quoque factus libertatis & gratiæ

1. Cor. 11.

Psal. 132.

Sap. 1. Gal. 2.

1. Cor. 11.

Luc. 17.

Matth. 23. 2. Tim. 2. Luc. 17. 1. Cor. 1. Hier. 17. Proh. 16. Ioan. 8.

Luc. 13. Super Leuiticum.

Lec. 11.

Matth. 19.

Matth. 23.

Luc. 9.

Tob. 4.

Matth. 15.

Matth. 15.

2. Cor. 9.

Marc. 12. Matth. 10. Luc. 2. Exod. 33.

Num. 26.

gratiæ

gratiæ Egyptiæ, idem escas desiderans, aduersum Deum & Moysem murmurasse comperitus est. *Quis nos*, inquit, *cibabit carne? Rememorati enim sumus piscium quos manducabamus in Aegypto gratis, cucumeres, porros, allium, & cepas. Nunc autem, aliud, arida fœcula est anima nostra, nihilque aliud nisi manna in oculis nostris.* Repudiatur dulcia, & desiderant amata. Hoc periculosa grauique animæ ingerit ægrotudo, vt noxia lumere velit, & quæ vitia sunt ac saluti proficiunt, spernat ac renuat. Sic repudiatur manna Christum, dicentes: *Nos scimus, quia cum Moyse locutus est Deus, hic verò nescimus unde sit.* Eosque increpans dicit: *Sic crederetis. Moyses, crederetis & mihi: de me enim ille sermo sit. Ego enim sum panis viuus, qui de celo descendi.* Nonne manna sanctum repudiauerunt, quando Pilato volenti Iesum dimittere, dixerunt: *Noli ipsum dimittere, sed Barrabam.* Barrabas autem fuit insignis latro, quem sibi dimitti poscentes, velut porcos, cepas, allium, asperas lachrymas, absque Aegyptiis escis ex latronis sceleribus didicisse profissi sunt. Sane murmurantibus, carnes diuina maiestas exhibuit, non quæ fecerent, sed quæ vexarent potius comedentes. Quoniam igitur animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei, & in concupiscentia est omnis sensus, recte, quæ spiritualis petit auferri à se ventris concupiscentias, ostensum est, impium esse ea desiderare vel peti à Deo quæ sunt animæ perniciosa; & maxime quod cum murmure postulatur. Fugiat anima tali desiderio Deum offendere, si terram promissionis cupit intrare.

PRÆDICTIO: In Moyse, Christo Domino & Ecclesiæ fratres detrahisse.

Prædictio sexta.

C A P V T I X.

ERAT, dicit Scriptura, *Moyse misit præ omnibus hominibus, qui sunt super terram.* In hac mansuetudine noster resonat Mediator, cui dicit Dauid: *Tu Domine, suauis ac mitis es.* Eripit in Euangelio; *Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Detraherunt Aaron & Maria Moyli germano suo, quod Æthiopiissam accepisset uxorem. Detraherant & nostro Domino sui fratres, quod cum publicanis & peccatoribus vesceretur. Quibus cum dixisset, *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus; Non veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam,* ostendit illam Æthiopiissam se accepisse ex gentibus, quæ dicit: *Fusca sum, & decora, filie Hierusalem!* Maria quæ detraherat, illic ex vindicta pœnam lepræ suscepit, quam metere animæ debent, quæ Christo detraherant & Ecclesiæ. Dicit enim de talibus per Prophetam: *Pro eo ut diligenter me, detrahebant mihi, ego autem orabam.* Oratione enim Moyli, Maria mundatæ indulgentiæ meruit, vt talis anima tantæ exorante Pontifice, omni ex culpa sanetur. Iussu tamen diuino Moyse, duodecim electos de plebe viros explorandam Chananzorum terram misit, quibus in mandatis dedit, non tantum civitates homineque prospicere, quantum etiam secum ex terræ fructibus asportare. Pergentes dum agunt quæ iussa sunt, vallis eos quædam excepit: ex qua botrum abscondentes pro magnitudine phylangæ imposuimus, simul cum malis granatis fuscisque portantes ad castra redeunt, fructus ostendunt, ea narrantes quæ viderant. In tribus his fructibus, mysteria Christi Domini resonant Ecclesiæ. Botrus in Christo, vox Ecclesiæ in Canticis Canticorum. *Botrus Cypri, fractusque uetus.* Quod ligno portatur, crucifixum significat. Agnosce quod in medio duorum exploratorum. Abacuc Prophetæ: *In medio, inquit, duorum animalium cognosceris.* Item Ecclesiæ de scipula in eodem Cantico: *Florus, inquit, vitis, florus-*

runt mala granata. Ficus vero, cuius ex foliis transgressores primi homines sibi succinctoria fecerunt, ostendunt originale peccatum, quod per mala granata Ecclesiæ bottique sanguinem absoluitur, qui fufus est in remissionem omnium peccatorum. Hi autem qui cum exploratoribus ascenderant, his dictis populum teruerunt: Terræ illius promissæ audaces esse homines, magnosque viros, ciuitatesque munitas. Gigantes se quoque illic vidisse confirmant, quorum in conspectu ipsi vt locusta fuerint super terram. Horum metu perclusus populus, rursus aduersum Moysem murmurauit, sibi que statuit elgere eum, qui eos reduceret in Aegyptum. Hoc malum eorum dicit, qui liberati per baptismum metu demonum, non antè, sed retrò respiciunt, Dei beneficia cuiusque mira facta obliui, & deprecans erga se impleri promissa dei. Eligunt ad eum reuerti, cui iam renunciauerant: illum cui crediderant spernentes, eiusque potentiam abnegantes. Hos increpans dicit: *Vertentur ad me dorsum suum, & non facies suas.* Et Petrus Apostolus: *Melius illis erat non cogoscere viam salutis, quam cognoscentes retrò respicere à iudicio sibi sancto mandato.* Contingit illis res vtri Prouerbi: *Canis reuersus ad vomitum, & sus lora in volutus abroluit.* Iesus verò filius Naue, & Caleph Iephonæ qui terram inspexerant, simul cum Moyse & Aaron sacerdotibus prostrati, agunt pietatis officia, ab intentione desperatæ voluntatis populum reuocant, dicentes: *Nolite metere populum terræ, quoniam deuoratio nobis sunt. Discessit enim tempus ab illis, Dominus autem in nobis est: nolite timere eos.* Quæ omnia subuersionem idolorum etiam populo resonant Christiano, ne sint homines apostatæ à Deo, qui homines metunt, à quibus iam per Dei gratiam liberati sunt. Quorum pompam inanem describens Hieremias, ait: *Inter cætera ingressi in Babyloniam, uidebitis ibi Deos aureos & argenteos portari in humeris. Ipsi autem sunt manufacta & inania; sed neque præstare, neque nocere possunt, ideo quod nihil sint: ne ergo timeatis eos. Dominum autem sanctificat in cordibus uestris, & ipse erit uobis timor, sicut Belsaias ait.* De demonum autem cultoribus Hieremias scribens ait: *Ibi fuerunt Gigantes nominati scientes prauum. Non hos elegit Dominus, nec viam scientiæ dedit eis.* Et perierunt, propter quod consilium non habuerunt. Et Salomon ab initio ait: *Cum perirent superbi Gigantes.* Contra quorum superbiam humilis Christi populus uictor exurgit. Sed cum Hebræus populus, indignatus vel lapidate precantes pro se, honor Domini apparuit in tabernaculo. Sic enim semper audacia malorum comprimitur præsentia diuinæ virtutis. Cumque exacerbantes se Dominum perdere uoluissent, mitis ille præ omnibus Moyse, gratiæ intercessionis uerba quæ proferret, inuenit: *Audient, inquit, Aegypti, cum contriueris hunc populum, & dicent: Quoniam non potuit illos introducere in terram quam iurauit illis, posttrauit illos in deserto. Ec nunc exaltet manus tua, Domine, sicut dixisti: Ego sum Deus patiens & multum misericors & uerax.* Quibus precibus propitiatus Deus, ita temperat iram suam, vt tamen peccantes sequeretur digna uindicta. Non ipsos intraturos in requiem promissæ terræ, testificando prædixit: excepto Iesu filio Naue, & Caleph filio Iephonæ, omnesque de funâ in eremo: Filij eorum obedientes susceperunt hereditatem, cum illi amiserant contumaces. Sic noster Mediator Iesus Dominus, rebelli aduersum se eodem populo, & cum Herode de sua nece conferente; spretis atque in hac uita mortuis etiam in anima ludæis, filiis eorum sempiternam hereditatem dedit, quos pro coimpnis Herodes occidit.

Num. 11.
Ioan. 9.
Ioan. 5.
Ioan. 18.
Matth. 7.
Psal. 77.
1. Cor. 2.
Eccles. 13.
Num. 12.
Psal. 35.
Matth. 11.
Num. 12.
Luc. 15.
Matth. 9.
Cant. 1.
Psal. 108.
Abac. vit.
Cant. 1.
Cant. 6.
Genes. 3.

Num. 19.
Philip. 3.
2. Par. 14.
1. Petr. 2.
Prou. 26.
Num. 14.
* Secundum 70. interpretes. Bar. 6.
Bar. 5.
Sap. 14.
Num. 14.
Matth. 4.

PRÆDICTIO: *In virga Aaron germinante, confirmatio sacerdotij Christi Domini.*

Prædictio facta & figurata. In libro Numerorum credita & visa.

CAPVT X.

Num. 16.

Contemptores præceptorum suorum, officiumque sacerdotale vsurpare volentes Chore, Dathan & Abiron, præsens Dei iudicium dum puniret, condemnans in illis omnes hæreticos (vt iam supra posuimus) signum quoddam indicit Moyfi, quòd à se electum confirmet principem sacerdotem. *Dixit Dominus Moyfi: Sic dices filiis Israel, ut dent omnes principes illorum singuli in tribu virgas suas. Duodecim igitur virgas accipiens Moyfes, & virgam Aaron inter virgas illorum, posuit eas coram Domino, intulitque in tabernaculo testimonij. Et factum est, in crastinum introit Moyfes & Aaron in tabernaculum. Et ecce germinans virga Aaron ex dono Leui, & produxit germen, florem genuit & nuce. Quo profecto signo quietum populum esse iubet, dicens: *Desinat murmuratio eorum à me & non morientur sic omnes. Hæretici pereunt contra Dominum sacerdotem legitimum murmurantes. Quod verò florescens virga Aaron produxit nuce, nostrum hæc**

Parte 1. c. 12.

Num 17.

Christum Dominum indicant sacerdotem. De quo dicit Eliaias: *Exiit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit. In nuce verò mundum, Ecclesiamque in mundo ostendi, qui piè quærit, intelligit. Ex duabus quippe patribus coniunctis, tanquam intra cameram cæli, & spatia terræ velut quatuor partes orbis, intrinsecus cum populo continentur. Tenuc quoddam corium habens in medio sui, vt maria diffusa per partes. Ecclesie quoque mysteria hæc in ea sunt, duorum veteris & noui testamentorum opera fecerit, quatuor cornua crucis, quibus orbis redimitur, & aquam baptismi in medio sui habens, qua virens semper fructificans florescit. Huius pomi arbor celsa petens, opacis ramis aspersa, per tenues molleque furculos aut singulas in vitrate, aut binas in duobus præceptis, aut ternas in Trinitatis numero, quatuorve connexas in quatuor Euangelij gemmarum in modum producens, sui artificis pulchritudinem, operaque mira declarat. Harum expressus succus ex tegmine, quedam in tincta alba colorat, ac medendi gratia exasperatus faucibus adhibetur. Hæc virentium nemorum fronde vestita tegmina, sicut æstantes in requiem suorum scilicet soliorum, temperantque statu suo ægotiantis incendia. Nec immerito Hieremias Propheta iubet Dominum baculum sibi necum facere debere, in quo omnis Ecclesia in mundo, & mundus in ea Christi sustentetur auxilio, cuiusque gratia suffatur, quæ canit in Psalmis, & dicit: *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.**

Esaie 11.

Psal. 121.

PRÆDICTIO: *In aëre serpente, Christum Dominum à morsu diaboli liberantem.*

Prædictio facta & figurata. In Numerorum libro credita & visa.

CAPVT XI.

Num. 10. Exod. 17.

Stiens rursum in alia eremi parte populus, aduersus Moysem & aduersus Dominum murmurauit. E petraque, vt prius aderat, Moyfes produci posse aquam distidit, is qui talia vel ampliora signa iam fecerat, ex hoc offensam incurrens, quòd non glorificauerit Deum coram filiis Israël, non ipsum introducitur populum in terram promissionis, vindex sententia diuina confirmat. Ibi Aaron in Or monte defunctus Eleazarum filium sacerdotemque dimisit. Moyfes paululum referuatur, cuius in locum Iesus Naue filius transit, qui populum in terram promissionis induxit.

Rectè huic nomini etiam terrena hereditas distribuentia seruata est. Quoniam non esse aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo nos oporteat saluari, Apollinæ est sententiæ prænitum, quæ nostrum docem Christum Iesum Dominum ostendit, & suis hereditatem perpetuam scipsum distribuentem, & qui eum percipientes, dicunt: *Hereditas ista præclara est mihi.* Deum verò idem populus pergit per certas gentes, quas ei Dominus mandauerat extirpandas, quarum scilicet ex culpa idololatriæ, suppleris peccatis iam finis aduenerat, fatigatis itinere aduersum Dominum murmurans serpentum morsibus vexatus in eremo est, ænienisque Moysem supplicem pro se Domino ferre precibus exorat. Verum ille semper pius & misericors Deus, qui paribus iudicans dat locum penitentiæ, remedium exaltari serpentis in ligno contra mortiferos serpentum morsus dedit. Iubetur enim Moyles æneum formare serpentem, eumque alto ligno confixum populo præcipere, vt si quis que vulneratum cuiuslibet serpentis morsu sentiret, statim æneum respiceret serpentem, cuius aspectu continuè sanaretur. Hic etiam sic ille illudatur serpens diabolus, de quo per David dicitur: *Dracunculæ quem finxisti, ad illudendum ei. Dum enim in huius vitæ eremo diuersis ex vitis, iam consecratis in baptismo tanquam in mari turbato, pestiferus morsus infixit diabolus, statim exaltatum in ligno crucis Iesum Dominum respiciat, id est, à cælesti medico non recedat, vt omnis qui viderit & crediderit in eum (sicut ipse in Euangelio dicit) non pereat, sed habeat vitam æternam.*

A. G. 4. Phil. 11.

Psal. 15.

Num. 11.

Sap. 12.

Psal. 103.

Ioan. 3.

PROMISSIO: *In eis, qui pro Christo parentes contempserint, venire benedictionem.*

Promissio facta & figurata. In Numeris credita & visa.

CAPVT XII.

Benedictum à Deo populum, Balaac Rex Moab inducens Balaam Prophetam ex gentibus (licet vnus veri Dei vatem) vt malediceret inuitauit: quem maledictum existimabat se facile superaturum. Sed Propheta à Domino requirit, vt iam pergat an raneat. Prohibeturque à Domino ne veniat, ac Regi mandat sibi interdictum. Aliis nuntius Rex ampliora munera promittens, Propheta hortatur vt veniat. Rursus ille ab eo qui iam prohibuerat, corde peruerso querit tentans, vt locus daturus eundi. Huic rectè resonat Scriptura: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Datur igitur iam mente faucio pergendi potestas, ita vt si quid Dominus in os eius dedisset, hoc ipse profertet. Dum vadit auaritie suæ iam corde capripus, obuius ei angelus, iumento ipsius quo vehabatur se potius manifestare voluit, quam illi: quia homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & non similis, sed peior factus est illis. Subiugale enim (vt Petrus Apostolus dicit in epistola sua) humana voce respondens venit Propheta dementiam. Tunc coram Regi: conductus ille Propheta, dum cogitat maledicere, benedixit: Illorum deputatus ex numero, quos Propheta David designat, dicens: *Maledicere illi, & in benedice. Erat illi: Ore suo benedicebant.* Hoc exitus posterior docuit. Supplementum enim benedictionem propheticam, qua etiam per talem aduentum vnici Filij sui ex illo populo Deus gentibus promittebat. Quo varicino actus dixit inter cetera: *O ietur stella ex Iacob, & exiit homo ex Israël, & confringet omnia regna terræ.* Quæ de Christo Domino dicta, Euangelia diuina arstantur. Is igitur qui maledicere voluit, consilium nequissimi serpentis exquiritum Regi dedit. Speciosas quasque feminas, quarum forma ornatusque ferum virtutemque molliet, electas à suo populo ad concitandam libidinem

Num. 22.

Deut. 6. Math. 4.

Psal. 118.

1 Pet. 2.

Psal. 108.

Psal. 61.

Num. 24. Math. 2.

Num. 24. & 25.

Hebraico

Apoc. 1. Hebraïco populo dimittendas : Harum ex concupiscentia persuasi , facrificentes idolis ac sacrificata vescentes , offenso Deo , totum penè Israël in mortem duxere captivum. Diuina quippe manu percussis , dum plurima multitudo caderet in deserto , tota penè synagoga perisisset , nisi Phinees sacerdos , adulteros mente & corpore ferro transfodiens , iram Dei hoc modo placasset. Admonetur Ioannes Apostolus in Apocalypsi , scribere angelo , id est , rectori Ecclesiæ Pergami , quod in plebe eius essent tenentes doctrinam Balaam , qui docuit Balaac mittere scandalum sub oculis filiorum Israël , edere de sacrificio , & fornicari : Esse etiam nunc tales ostendens , quos aut vindex ira consumit , aut obiurgatos sub penitentiâ , indulta gratia liberat sacerdotis.

ratores terræ illius excepit Rahab meretrix , quæ eos abscondens , à suis persequentibus liberavit. Et quos Dominus Iesus misit , suscepit anima fornicaria , quæ nominis Iesu expectans salutem à prostitutione idololatricæ , per concinnum signum eius sacri sanguinis liberata est. Has animas ex hac fornicatione vehementer etiam Thamar illa nurus Iudæ in suis geminis signat , dum minor eius filius manum prior ex vero cepit mittere , & accepto pingui cocchio , posterior natus est : Gentium in se populum ostentans , qui vagus , dum prior manum misisset in factis idolorum , posterior ad Christum per signum eius sanguinis baptismo renatus aduenit. Sub hinc illa Rahab exploratores abscondit. Sub hinc & nostri Iesu Domini exploratores fuisse absconitos Esaias Propheta testatur , dicens : *Arundinem quassatum non comminuet , & linoam sumigantem non extinguet* : Gentem ipsam Iudæam signans , quæ vt linoam sumigantem in sacrificiis , omnem vsque ad Christum rectam celauit prophetiam , ipsosque præcursores nostri Christi Iesu. A quo non extincta nunc vsque seruat : vt quæ in ea adhuc tecta latent futura , in tempore reuelentur. Metu enim Iesu ducis suos terrores ciues mulier illa explorantibus prodidit , vt etiam illud impleteretur , quod de nostro Iesu Domino dictum est : *A facie tua gentes turbabuntur , cum feceris mirabilia*. Reuersi exploratores ad Iesum , cum omnia quæ egerant , retulissent , iussu diuino duodecim tribuum Israël iubet castra moueri , simulque omnes transire Iordanem , ac à præcunte : quæ iam figura , vt dictum est , nostri Iesu ducis Sacramenta portaret. Hæc dum in medio fluminis motaretur , diuina in partes inferior vada dum iret , superiorque immota subsisteret , solum secundum ipse alueus præbuit transfentibus. Statimque præcepto Domini duodecim lapides à singulis tribubus de medio fluminis iussu auferri : quibus , in sacro numero duodecim Apostoli nostri Iesu signarentur. Transfente autem populo , famulatum , quem vnda Dei iussu præbuerat , suppleto , rursum recurrens in sese fluius latos per se reddidit transfentes Baptistam & hic instat expressum , vt hi qui in eremo nati rubri maris Sacramenta non nouerant , Iordanis in transitu abluti , circumcissionem ex cultellis suscipere petitis. Omnis enim hinc nostro Iesu consecratus in baptismo , ex petra corde circumciditur : quia omnis virtus eius in petra firmatur. Quam petram Christum effusum supra ostenditur.

Genes. 38

Interpretes 70. Esaias 42.

PRÆDICTIO : In Moysse transfente , Iesum signasse dominum rectorem.

Prædictio facta & figurata. In Deuteronomio credita & visa.

CAPVT XIII.

Deut. 31. & 32. Moyses vicinum se dum cognosceret sepulturæ , populo omnem recapitulans legem , benedictionibus maledictionibusque atque terribili illo Deuteronomij cantico totam synagoga astrinxit , testem inducens cælum & terram , nihil se ex mandatis Domini celasse , omnique vigili cura egisse , ne quid existeret , quod læderet populum , monetque à præceptis Domini non descendendum , neque ab eo aliquid declinandum , metuendum esse prosperis , ne sequantur aduersa. Addit quoque propheticum spiritui eius futura designans , post suum obitum relicturo Deo post gentium eos vana & noxia concursuros : quorum ex cultu peccatorum ponderibus grauati in ima mergentur : eosque dimitti à Deo , si ipsi dimiserint Deum. Quibus dictis , omnes tribus mystica benedictione consignans , Iesu filio Naue tradita gubernanda plebe , ipse iam prouectus ætate , ad Dominum ex hac vitâ migratur. Commendauit quoque nosse Mediator Iesus Dominus fideam ac pacem suam discipulis suis transfens de hoc mundo ad Patrem , eosque , vt Ioannes Euangelista dicit , vsque in finem diligens , erudit. Illud quoque Propheticum , futurum discipulis per suum Paulum Apostolum mandans , quod per eius obitum introirent gaures lupi non parentes gregi , & ex ipsis discipulis exurgerent Pseudoprophete loquentes peruersa. De quibus in epistola tua dicit : *videte canes , videre malos operarios , videte concisionem*. Commendansque Deo & verbo gratiæ , eius vltimus non visuros faciem suam Paulus affirmat , eosque Domino Iesu tradidit gubernandos , qui est cum suis vsque in consummationem seculi.

Psal. 64. Iosue 3.

Iosue 4.

1. Cor. 10.

PROMISSIO : Per Iesum Dominum anima à prostitutione idolorum liberantur.

Prædictio facta & figurata. In Iesu Naue credita & visa.

CAPVT XV.

Hericontra Dei populus cum Iesu dice veniens , Iosue 6. eamque munitam omni ambitu prospiciens ciuitatem , obsidione vallauit. Mirabilis autem in diuinis præceptis illic videtur virtus fuisse. Constat enim , actumque quodammodo certamen spirituale , septem tubarum clangoribus septies in die septimana tota recurrente die vitimo contrepantibus , iubilantibus cunctis , omnis illa superba murorum constructio , non humana , sed diuina manu concussa intercedit. Subuersa ciuitas , contremataque cum opulis incendio , sola ex eo Rahab , cum suis per signum sanguinis poruit liberati. His tubis , hoc stremitu iubilantium præcepto Iesu Domini etiam nosse pugnat exercitus. Nam sept formi spiritui , sapientiæ & intellectus , consilij & fortitudinis , sententiæ & pietatis ac timoris Dei , dum resonant qui canunt in tubis ductilibus , & voce tubæ cornæ , iubilatque populus in conspectu Regis Domini , septies in die , dum laudes dicunt super iudicia iustitiæ eius , omnis Herico ciuitatis terreneæ superbia debellatur : Contrematur incendio ab eo de quo dicitur :

Esai 27. Psal. 99. Psal. 109.

PROMISSIO : In Iesu naue , Iesu Domini figuram ostendit terrenam expugnanciam ciuitatem.

Promissio facta & figurata.

CAPVT XIV.

Deut. 31. Iesus Naue filius , iubente Deo , manu Moysi consecratus , dux effectus est populi. Neque enim , quod sæpe dicendum , decebat Dei populum in terram promissionis alium introducere , nisi illum qui & nominis & rei sacramenta saluremque portaret. Hic exploratores duos in Hericho mittit , quæ prima in ciuitatibus promissa terræ esse videbatur. Misit & nosset Iesu Dominus exploratores duos , qui sui primi aduentus terram predicando conciterent , Zachariam scilicet sacerdotem & eiusque conitum Ioannem. De quo idem pater facer dosque eadem suo filio dicit : *Tu puer Propheta Alisijmi vocaberis , præbis enim ante faciem Domini præpare vias eius*. Item de ipso Ioanne angelus : *Prædet , inquit , ante eum in spiritu & virtute Helia*. Explo-

Iosue 1.

Luci 1.

Iosue 5.
Psal. 148.

Ignis ante eum procedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. In qua spes salutis datur fornicariæ animæ penitenti, dum signo sanguinis Iesu Domini liberata dicitur elatis & tumidis: *Meretrices & publicani præcedent vos in regnum Dei.* Tales quippe ai imas inuenit Iesus Dominus noster, siue in Iudeis, siue in gentibus.

Osee 1.

Quarum exemplo vt à sua prostitutione transtiter ad legitimum virum, iubetur Osee Propheta mulierem accipere fornicariam, atque ex ea procreare filios, vt sit iam vxor, quæ paulò antè fuerat meretrix, habeatque filios, quæ studebat filios non habere, nec iam libidini, sed iuscipiendæ seruiat proli. Evidentius hoc per Hieremiam Prophetam exponitur, cum tota arguitur Iudæa: *Si contaminata fuerit mulier, ait Dominus, nunquid reuertetur ad eum vir suus? Et in fornicata es in passoribus multis, & sic reuertere ad me, dicit Dominus: Et per Oseam: Vocabo non plebem meam plebem meam: & non dilectam, dilectam.* Apostolus quoque Paulus huiusmodi animas salubriter obiurgat, dicens: *Audiat in vobis fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes.* Sed tales etiam sua gratia Iesus noster Dominus dum suscipit ad salutem, diuinitate illa potentia suæ fornicariam virginem facit. Quam pronubus in se Paulus casto spiritualique connubio componit, dicens: *Aptauit enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* De qua filios non carne, sed spiritu excipiens, facit Ecclesiam virginem, matrem filiorum sanctitudo letantem. Quos secum admonet Ioannes Ap-
tostolus dicens: *Charissimi! filij Dei sumus, & necdum apparuit quid erimus.* Coniungit & Paulus: *Si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.*

Hier. 3.

Ose. 1. & 2.

1. Cor. 5.

2. Cor. 11.

1. Iosue 3.
Rom. 8.

PRÆDICTIO: *Per Iesum Dominum omnia vicia expugnanda.*

Promissio facta & figurata. In Iesu Naue credita & visa.

CAPVT XVI.

Iosue 12.

Expugnat Iesus Naue filius Chananeum, & Cetheum, Pheresem, cæteraque gentes, quarum terras populo suo Dominus in hereditatem promiserat. Expugnat & noster Iesus Dominus idololatriam, superbiam, inuidiam, luxuriam, cæteraque vicia, vt suis seipsum præparet æternam hereditatem. In funiculo Iesus Naue filius, victori populo terram diuixit. Dicit & noster triumphans in Christo Iesu populus, *Funes occiderant mihi in preclaris: Nann & hereditas mea preclara est mihi.* Iubet Dominus filiis Salphar, quia virum heredem non reliquit, paternam suscipere hereditatem, vt in his animæ auxilio destitutæ signarentur. Quas dum respicit Deus, dicunt: *Dominus portio hereditatis mea & calicis mei, sicut qui restituit mihi hereditatem meam.* Terminos positos quæque tribus inuolata fide custodit. Dicitur & nostri populo: *Non transgredieris terminos æternos, quos posuerunt patres tui.*

Iosue 13.

E mundo migraturus Iesus, vltima contestationis suæ verba, sicut Moyses hæc populo tradidit: A mandatis Dominum non discendum, si vellent semper esse liberi, & ab inimicorum insidiis alieni. Nihilque se ab eis accepisse, vel eos in aliquo lassisse confirmat. Et suos Iesus noster dominus transiens, hæc pactioe constringit: *Si feceritis, inquit, qua mando vobis, verè mei discipuli estis; & cognoscetis veritatem, veritas liberabit vos.* Quibus cum dedisset exercendorum miraculorum potestatem, ne quid ab aliquo sperarent, quod ipsi non dederant, dixit, *Gratis date.* Post abscessum Iesu populus ille non Ducem, sed Iudices regendos accepit. Et cum noster Iesus Dominus transiret de hoc mundo ad Patrem, Rectores Ecclesiæ suæ per vniuersum instruit mundum.

Iosue 8.

Psal. 117.
Num. 16.
Iosue 17.
Psal. 15.
PRÆDICTIO: *In figura Ecclesiæ Delbora hostem superauit.*

Prædictio facta & figurata. In Iudicum libro credita & visa.

CAPVT XVII.

Primus Iudas inter cæteros iudices fuit qui iudicauit Israël. De cuius tribu, vt sæpe diximus, Dominus Christus huic mundo in carne iudex omnium animarum presentatum est. Relicto vero Deo, populus Israël oblitus mandatorum Moysi & Iesu famulorum Dei seruiuit idolis gentium, & cosque sequens vindictæ, per confines inimicos vexauit. Hoc & nunc agitur, dum renati per baptesimum filij Dei, vanis superstitionibus curisque huius seculi implicatur, vinculiculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur. *Clamauerunt filij Israël ad Dominum, cum pressuram paterentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.* Dicit etiam noster Dominus per Prophetas: *Eri cum clamauerit ad me, & dixeris, Pater exaudiam te vsque populum sanctum.* Cuius in manifestatione clamantem ad patrem filium perditum, cum magna miseratione pius pater in Evangelio penitentem suscipit redeuntem. Subsequens in iudicibus Delbora propheta, mater surrexit in Israël, quæ iudicauit populum annis quadraginta. Huius in tempore Sizatam Regem Iabin aduersus plebem Domini rebellantem, diuina virtus in manu femine conclusit illum. Illum scilicet terribilem curibus, equitibus, populisque metuentum. Nec cum ferros, sed femina virum ligno confixit, palo ac malleo tempora illius transfodiens: quæ nostræ matris Ecclesiæ similitudinem getens, voce resonaret in Psalmis: *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Ipsi obligati sunt pedes & occiderunt, nos vero surreximus & erecti sumus.* Hæc & alia cantat Ecclesia expugnans idololatriamque cultores, nec non & vicinos hostes suos hæreticos. Qui dum aduersus eam castra constituunt, non timere cor suum dicit, & *Si exurgat, ait, in me bellum, in illud ego sperabo.* Et in alio Psalmo: *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non poterunt mihi. Quia Dominus iustus, per crucis lignum contriuit ceruices peccatorum.*

PROMISSIO: *In figura Gedeon gratiam Domini Christi commendat.*

Promissio facta & figurata. In Iudicum libro credita & visa.

CAPVT XVIII.

Vrsum pro peccato idololatriæ affigitur populus, Reum deprimente Madian. Missus angelus Domini ob redemptionem eorum Gedeon filium loas vnus ex Hebræis ad iudicandum præliandumque pro eo mittens, hoc dicto instruit: *Dominus tecum potens in virtute.* Et Gedeon: *Si Dominus nobiscum est, ait, quare nos inuenerunt mala hæc? Et angelus: Vade, ait, in manu enim tua liberabis Israël de manu Madian.* Cumque Gedeon in minima tribu se esse in Israël coram Domino fateretur, ab eo qui exaltat humilem, eumque sedere facit cum Principibus populi sui, roboratus, statim aram Baal, quam filij Israël construxerant, subuertit. Hanc populus pro hoc facto insectatus, in domum patris sui fugientem obfedit. Cumque impetum populi declinasset, pater eius loas furentem plebè his misergauit verbis: *Nunquid vos, ait, iudicatis Baal: aut saluum fecistis eum? qui in eum iniurias ingessit, morietur in mane. Si Deus est, ipse se vindicabit.* Verum cum populus placatus abscederet, spiritus Domini induit Gedeon, eumque virtute suffulsum ad præliandum mittit, signum victoriæ voluntati eius assignans, duo tamen ipse popoficit quæ in magno mysterio vsque in tempus velata noscuntur.

cerentur. *Volo, inquit, Domine, ut vellus quod est in area, impleatur aqua, & area siccata sit:* factum est. Siccata area, ros descendit in vellus: quod expressum peluim replevit aqua, vellus repletum in area siccata, agnoscimus synagogam, Ecclesia tunc siccata in fide gentium qua cum nullo imbte supernæ doctrinæ rigaretur, synagoga, ut vellus, repleta erat diuinis oraculis sacræque mysticis. Quod vera virtus Iesus Dominus est vsque expressit in peluim, vt propinquante Passione, pedes in calauans, suis discipulis omnem synagogæ gloriam vacuans, tanquam vellus expressum inanem relinqueret: Gentibus gratiam Noui testamenti ministrans, quam in secundo signo euidenter ostendit, *Volo Domine, inquit Gedeon, ut vellus siccum sit, & area omni compluatur.* Vtrumque factum futurumque in Christo & per Christum, Dauid propheta confirmat dicens in Psalmo septuagesimo primo: *Descendet sicut pluuia in vellus* (quod pertinet ad synagogam): *& sicut gutta distillantes super terram* (quod pertinet ad Ecclesiam.) Et in Deuteronomio: *Exprecipiat, inquit, sicut pluuia pronuntiatio mea, & descendant velut ros, verba mea.* In vellere ros, tunc refertur: synagogam, & pluuia in area, nunc repletam Ecclesiam gratia ostendit. Dicit & Elais: *Sicut ros aut pluuia descendens non discedit, quousque inebriet terram & germinet, & det panem ad edendum his qui eam colunt:* ita & verbum quodcumque exiit ex ore meo, non reuertetur, quousque periciat quæ volui. Perfectis igitur vniuersis sacramentis, quæ aliis condita tegebantur in vellere: Iudeorum scilicet synagogam inanem remansisse, omnis iam mundus agnoscat: Aream verò Ecclesiam per omnes gentes gratiâ repletam, fecunditate credentium populorum. Sed eidem Gedeon præceptum est, congregato agmine egredi ad præliandum contra inimicos populi Dei. Veruntamen quia sacramentis omnia tegebantur, idena qui ductabatur exercitus, adquam probandum accessit: Dixit enim Dominus ad Gedeon: *Deduc populum ad aquam, adhuc enim multi sum tecum: eritque, qui lambens lingua vt canis biberet, statues eos seorsum, ceteros dimittes te cæstris.* Repetique sunt trecenti viri. *Hos, inquit Dominus, adduces tecum, ne dicas Israël: Quoniam manus mea solum me fecerunt.* Sic enim agit diuina providentia gratiam commendans, vt non in se quiescam, sed in Domino gloriemur. *Quoniam non in multis iudine exercitus potentia est bellicæ, sed de celo est fortitudo Dei.* Præliantur autem milites Domini hoc modo, succincti lumbis, hydrydique portantes in manibus, faces quoque succensas. Igniti mente & corpore, in hoc victoriæ signo, gladius Domini & Gedeon. Explorans igitur Gedeon per noctem castra patris aduersæ, sentiensque quibus somosis Dominus eorum teruerit aduersarios, diluculo suos ad milites redit, eosque vt certa victoria potos, alloquitur: *tubetque Dei milites hydryas eius manibus in terram proticere, ac protinus in aduersarios omni cum fiducia possit. Ira etiam sub nostro iudice Iesu Domino, noster vicit & vincit exercitus.* Cui præcipitur: *Sint lumbi vestri accincti, & lucerna ardetes portantes gladium vsque acutum, verbum Dei.* Quorum fortium corpora martyrum in terra illa, velut hydryæ, dum concrepant, eorum scilicet qui pro veritate certant vsque ad mortem, suo grandi fonitu omnes fugantur inimicos. Horum triumphus fonitū canum resonat dicentium: *Habemus thesaurum istum in vasculis siccilibus,* vt eminentia virtutis sit Dei, & non ex nobis. *Gratias agentes Deo, qui dedit eis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum.* Transierunt enim & nostri probandi per ignem & aquam, lambentes lingua vt canes Domini: quos Dauid memorat, dicens: *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Hi enim pro eo nunc latrant, qui eum aliquando adorant, quorum latratu omnis Christi fugatur aduersarius.

P R Æ D I C T I O : In Abimelech concubina filium, hæreticos signat.

Prædictio facta & figurata.

C A P V T XIX.

A Bimelech filius ex concubina, post obitum patris sui Gedeon, interfectus à se septuaginta legitimis eius filiis, sollicito populo iudex effectus in Israël. Vnus è septuaginta dum euassisset absconditus, transeuntem, sub quadam parabola totum increpat Israël, quod infuæuosa ligna siluestria vitem & ficum, dum sibi peterent Regem, respondisse fructuosa infuæuosis, non se posse relinquere fructus pinguedinis suæ, & regnare in lignis. Hæc figura præsumptum audaciam hæreticorum ostendit, qui cum sint non filij liberæ, sed ancillæ, vt siluestria siluestribus, id est, infuæuosis animabus, ea intentione, delictorum spinis obruti, notentantur, vt filios veri Regis & iudicis in anima baptizandis interficiant. Hunc tamen Abimelech audacem principem mulier è muro, misso fragmento, quassato capite occidit. Sic enim decet perire hæreticos, qui caput nostrum Christum Dominum, contumeliosa disputatione expugnare nituntur. *Quoniam heredes esse non poterunt ancilla filij, sed libera.* Ecclesia vt mulier ex gentibus, molam aninam eorum collo assignans, eos mergit in profundum.

P R O M I S S I O : In Iephthe, immolata carnis Christi, immolatio virginis.

Promissio facta & figurata.

C A P V T XX.

Iephthe quoque ordine subsequente, Dei populum per annos sex iudicauit. Hic dum bellum gerit aduersus filios Ammon, viditque sibi aduersarios præuolare, temeraria præsumptione votum vouit, quod si inimicos vincere contigisset, quidquid ei primitiis ex suo domo obuiau fieret, offerret in sacrificium. Cuius audacia hoc modo correpta est, vt non animal cuiusque pecoris existimatum, sed vnica filia virgo, triumphantis more occurrentes affligeret grauius de promissione victorem. *Quam respiciens: Heu mihi! ait filia: offensio facta es in oculis meis.* Voui enim super te votum Deo, & non poterit auerti. Dixitque ei filia: *Si in me aperuisti os tuum, pater! ad Dominum, fac ita vt promissio: propter quod fecit Dominus vindictam de inimicis suis.* Induciasque peti à patre, quibus in monte cum sodalibus suis fletet virginatatem suam. Quæ consummatore tempore reuerfa, iij sacrificij ex ea Iephthe vota compleuit. Et hæc, vt dictum est, non nouerat vitum. Quæritur fortasse, cur non ei præceperit Deus parere debere vnice filia, sicut Abraham vnico iussit vt parceret filio? Nasciturque famosa illa & ad soluendum difficile quæstio, quam reuelante Domino, hoc modo perfoluam. Primum quod Deus non poposcerat à Iephthe, tentando eum, sicut ab Abraham. Sed hic sponte vouit, non, vt dixi, tentatus à Deo, sed ipse quodammodo tentans Deum. Secundò, dignum quod non taxata victima, canem vel subingale, aut quolibet aliud dignum pecus sibi primitiis occurrentes, vt promiserat, immolaret. *Quia ergo non tentatus tentare voluit Deum, hoc ei occurrat, quod probaret virtutem, votum, & animum promitentis.* Sed hunc Iephthe Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos, inter cæteros fide plenos, ex hoc ipso operatum dicit fuisse iustitiam: commemorans Barach, Samson, Samuëlem, cæterosque heroes nostros, ne sola terrena ciuitas plausu vanitatis suos extolleret ciues, si pro ea filium Torquæus occidit, si Murus dextram porrexit in flammam, si Curtius fe præcipitem dando voragini, pro eius feruitio, vita priuauit: cum longè celsiora nostri & multæ ac multiplicia

Deut. 32.

Eccl. 55.

Iud. 7.

1 Cor. 1. Reg. 14.

Luc. 11.

1 Cor. 4. 1 Cor. 15.

Psal. 67.

Iud. 9.

Gal. 4.

Genes. 4. Calat. 1. Matt. 18.

Heb. 11.

multiplicia fecerint ciues Hierusalem caelestis ciuitatis magnæ. Huius tamen Iephthe operatio iustitiæ ad-monet nos inquirere mysteria actionis dominicæ, velut datum fuerit tanæ rei explicare secretum. Hæc itaque figurata mysteria ad Iudicem ducentem nos Iesum Dominum iura referunt, vt cogitamus eum pro nostra redemptione de inimicis nostris vindictam volentem suscipere, vt nam virginem carnem suam, eamque filium immolasse. De à seipso quippe formatus in vtero dicitur per Dauid Prophetam: *Mater Sion! dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam Altrissimus.* Hæc occurrit in hora Passionis, cum Creator eius, principatus & potestates æris suis * exemplaret, fiducialiter triumphans eum in semetipso. Occurrit, inquam, in hora de qua in Euangelio dicit: *Pater! quid dicam? Transat hac hora:* Sed posterea veni in hac horam, vt is, qui cum crearetur, immolaretur. Quod vero illa petit iudicis vt fletet in monte virginem suam cum sodalibus suis: Ascendit in montem Iesum cum sodalibus, propinquante Passione, illic orans, vt Euangelista testatur, sudans: pro lachrymis guttæ sanguinis stillare videbantur in terram. Admonuitque sodales suos vigilare & orare, ne intrarent in tentationem: adiciens, titilem esse animam suam vique ad mortem. Descendens verò de monte, hanc quam pro nobis susceperat carnem, sine corruptione virginem, quæ non nouerat vitium, obtulit sacrificium Deo Patri. Quoniam & hæc aperuit os suum super carnem suam, dicens per Prophetam: *Qua procedunt de labiis meis, non reprobo.* Et ipse in Euangelio: *In hoc me, ait, diligit Pater meus, quoniam animam meam pono pro ouibus meis.* Et iterum: *Mortem hac charitatem nemo habet, quam ve animam suam ponat quis pro amicis suis.* Næ que enim vel in morte caro illa corrupta est. De qua dicit in Psalmo: *Caro mea requiescit in spe. Quoniam non derelinques animam meam apud inferos, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Vivit itaque Deus, qui vitam istam finit propter Deum. *Mihi enim viuere,* ait Apostolus, *Christus est, & mori lucrum.*

PROMISSIO: *In Samson Nazareus Dominus Christus sortis in capite.*

Promissio facta & figurata. In Iuda credita & vita. C A P V T X X I.

MAnue dictus est in tempore illo, quo iudices Dei populum gubernabant, cuius vxor sterilis fuit. Hic angelus Domini adstitit promittens filium talem futurum. *Ferum,* inquit, *non ascendet super caput eius, & vinum & siceram non bibet: quoniam Nazareus erit à die natiuitatis usque in finem mortis.* Iam Nazareus virtus sonat in capite, quoniam viti caput Christum. Natus est igitur Samson ille fortissimus, plenus, vt dictum est, virtute ex coma capitis sui, qui iudicauit Isaac annos viginti. Huius omnis actio in figura Christum Dominum resonat. Cuius gestorum ordinem aduersus Dei gratia ita percurram: *Descendit,* dicit Scriptura, *Samson in Taimatha, & dilexit illic mulierem alienigenam, susque parentes petiit vt eon forsitiret vxorem.* Descendit & noster de celo fortissimus, de quo dicit Angelus ad Mariam: *Quoniam Nazareus vocabitur:* vt sibi dilectas ex gentibus animas sociaret, & fide coniungeret. Dum pergit Samson videre desponsatam sibi, catulos leonis et obuiam factus est, quem repletus spiritu dispersit, eumque misit per partes. Rursum rediens declinansque viam, dum cadauer inspiciet animantis, fauam mellis in ore leonis suspiciens abitulit. Idque comedens suis ex eo parentibus dedit, neque illis factum sui operis intimauit. Hoc & noster Nazareus Iesus Dominus egit. Discerpit populum Iudæorum & catulum leonis, misitque per par-

tes. De quo Balaam Propheta gentilis ait: *Catulus leonis Iuda fortissimus Israël.* Huius particulas per orbem sparsas Propheta David testatur, dicens ipsi forti nostro Domino: *Disperge illos in virtute tua.* Quod factum non credimus, sed videmus. Fauam vero mellis, quem in ore leonis huius inuenit, legem spiritalem populi eius auditor intelligit, quod apes Patriarchæ atque Prophetæ constituentes, in eum mella infuderit diuini eloqui hoc ex ore leonis mortui abstulit; qui re-pulsis Iudæis legem ipsam etiam gentibus ministravit. Idque comedit corpus fortissimi nostri iudicis Christi Domini, vt dicit: *Quam dulcia faucibus meis verba tua super mellis & fauos ori meo.* Et Salomon ait: *Fauis mellis, sermones boni.* Dedit ex eo, dictum vt est parentibus suis, siue discipulis, cum aperuit sensum eorum, vt intelligerent scripturas, siue his qui ex Iudæis transierunt ad fidem Christi, vt etiam ipsi gultantes viderent, quam suavis est Dominus. Huius actiois enigma Samson in conuiuio nuptiarum protulit sub certa sponse triginta sindonum, rotidæque stolarum vitris qui aderant, si propolita nauauissent. *Ex dormante,* inquit, *estis, & ex forti dulcis.* Quam propinquante solutionis die cum intelligere nequissent, eius mulierem nimis terroribus coactam explorare faciunt sensus viri, ac per ipsam propositionis solutione comperta, parabolas pandunt, dicentes: *Quid dulcius melle, & fortius leone? Quibus ille ait: Si non dormasset vinculam meam, nunquam intelligeritis parabolas meam.* Magnum igitur illud pietatis dominicæ sacramentum, quod in lege fuit velatum, fuitque absconditum à seculis in Deo, reuelatum per Christum, manifestatum est in gentibus. Sanè à se prolatos exuens spoliis, promissa Samson omni celeritate persoluit, vt de nostro quod dictum fuerat, etiam signaretur. *Fortium diuidit spolia.* Sublatur enim noster suos occidit inimicos, dum peccato peccatum occidit in carne redens spoliatorum promissiones, non merita meritis, sed pro malis bona conferens miseris. Pergens verò Samson ad diem festum Hebræi populi, vt cum suis agere potuisset, mulierem eius viro alij parentes tradiderunt. Hoc faciunt leues vileque anime, quæ confortium vicij sponsi Christi casto fidelique corde minimè retinentes, cuiuslibet se hereticæ tradunt sociatque doctrinæ. Admonetque Apostolus animas vnus sponsi Christi, pudico amore cubile seruantes: *Videat ne quis vos seducat vilo modo.* Reuersus igitur Samson, cum cognosceret vxorem suam alteri viro fuisse coniunctam, insidius illam gentem pro dolore confecit. Trecentis itaque vulpibus apprehensis, earum in vnicum caudas innectens, faces his ardentes posuit, compendii succendit. Dicit quidem & noster fortis Dominus (hæreticos signans:) *Capite nobis vulpes pusillus exterminantes vineas;* quibus lunt faces incendij potius erroris quam diuini amoris. Nec fuit in capite, sed in cauda; ardent enim rudis peruersusque doctrinis, quibus imperitos vel potius peritos vaporis sui aspersione afflantes, omnes eos, quasi ignis agreste fecerunt, consumunt. Quoniam in conspectu nostri iudicis Christi Domini ignis ardebit, et tuncque, vt dicit Propheta, omnes alienigenas, stipula: & succendit eos adueniens dies, dicit Dominus. Illa vero mulier, qua relicto tanto viro, alij se credidit sociandam, incendio cum suis parentibus à suis ciuibus dignoscitur esse consumpta: Vt omnis anima hæretica cum suis parentibus, id est, doctoribus, igni inextinguibili, peccatis traducendo exuratur. Quoniam traducendo illos ex aduerso iniquitates illorum, cum eis dixerit Dominus: *Descendite à me in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.*

Psal. 86.
Coloff. 2.
* Id est, pa-lam tradu-deret: ac ostentij ludibrio-que habe-ret, id enim signifi-ficat.
Luc. 12.
Matt. 16.
Psal. 88.
Psal. 15.
Phil. 1.

Num. 3.
Psal. 55.
Psal. 118.
Prou. 16.
Ioa. 6. vlt.
Iud. 14.
Coloff. 1.
Esa. 53.
Rom. 8.
Iud. 19.
Coloff. 1.
Iud. 15.
Psal. 66.
Mal. 4.
Sap. 4.
Matt. 25.

PRÆDICTIO: In eodem Samson, quod ligatus Christus Dominus à Iudæis vincula omnia disrupit.

Prædictio facta & figurata.

CAPITV XXI.

Idem Samson in illo populo aliam dixit mulierem, quam dum pergit accipere, transeunti viam inimicorum insidiæ irerunt. Cui virtus diuina statim adfuit. Apprehensâ etenim aîni maxillâ, mille viros ex ea prostrauit, cæteroque vertit in fugam. Qui cum siti præliando deficeret, inuocato Deo ex rima eius maxillæ aqua profluens præcæ virtuti reddidit satiatum, eumque aduersariis superatis fecit esse victorem. Si nostrum fortem Dominum respicias hoc animali vectarum, tantundem atque amphioiem numerum ab eo prostratum inuenies inimicorum: Cùm ei dicit Dauid Propheta, *Cadent à lacere tuo mille, & decem milia à dextris tuis: tibi autem non appropriabunt.* Quoniam sicuti corpori eius, ex latere tanquam ex rima, sanguis & aqua manauit, qua satiatâ omnis anima Christiana dicit: *Super aquas refectiõnis educauit me: animum meam conuertit.* Post illud mirabile prælium Samson locutus sibi aliam quam dilexit mulierem, nomine Dalila. Duas istas mulieres (vt ipsa actio mystica multipliciter discussa reuelat) duas illas existimo ciuitates quæ Ezechiel Propheta his vocabulis consignauit. Oolla & Ooliba, Samaritam scilicet & Hierusalem. Samaritam, quæ scissuram regni in vndecim particulis suscepit, tanquam illa prima mulier, quæ relicto legitimo viro, se hæreticis tradidit. Hierusalem verò, vt hæc Dalila, quæ mysteria Passionis Christi Domini, ordinata omni actiõne conclusit. Quæ res gestæ ita sequuntur. Dixerit Allophyli ad Dalilam: Seduc virum tuum, & indicet tibi in quo sit virtus eius, & dabimus tibi singuli mille centum argenteos. Ecce est illa triplex venditio. Venditur Christus in Ioseph ante legem, venditur in Samson sub lege, venditur à Iuda Iudæis sub gratia. Seducit Dalila mulier virum illis suadentibus, & dicit: *Indica mihi in quo infirmari possit virtus tua.* A percuti quodammodo os suum Samson in parabolis, & dixit: *Si ligatus fuero neruis humidiis, id est, recensibus, infirmabor, & ero sicut omnes homines.* Sinit se fortis his vinculis colligari, insidiantibusque aduersariis, ac dicente illi vxore: *Philistiim, super te Samson:* ita illa vincula virtute dissoluit, tanquam stupa cum tetigerit ignem, aduersosque omnes vertit in fugam. Noster etiam Dominus fortitudinis, apud Hierusalem velut his vinculis se ligari permisit. Adducit enim ad eum foris mulierem in adulterio deprehensam, & dicit tentantes, *Magister! modo hæc deprehendimus, Moyses iussit huiusmodi lapidari, tu verò quid de ea statuis?* Neruorum velut ex lege vinculis se crediderant ligasti Iesum, & maximè recentium cum dixerant modò. Quæ noster fortis hoc responso disrupit: *Qui,* inquit, *vestrum sine peccato est, prior in illum lapidem mittat.* Quo audito, vnus post alterum discesserunt, vt illud vinculu, quo ligauerant, ita solueretur, quemadmodum dixit Propheta: *sicut sunt cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Rursum Allophyli per mulierem insidias tendunt. *Dixit mulier ad Samson: Indica iam mihi, in quo infirmetur virtus tua.* Et Samson: *Si ligatus fuero funibus nouis, infirmabor & ero sicut omnes homines.* Cumque id fieret, *Aduersarij ad te,* inquit, *Samson!* At ille repletus spiritu disrumpens funes à brachijs suis, tanquam filum fargarum, omnesque fugauit aduersarios. Ligari se sinit & noster Dominus fortis dum secundo veniunt ad eum Pharisæi & dicunt: *Magister! scimus quia in veritate doces, & nullius personam accipis: Licet tributum dare Casari, an non?* In hac tentatione fortem nostrum bicipiti quasi laqueo ligauerunt. Sed spiritu virtutis, fortis noster nodos omnes ista voce disrupit: *Quid me,* inquit, *tentatis, hypocrita! adferre mihi numisma census. At illi*

attulerunt ei denarium. Et Dominus: Cuius est imago & subscriptio? Dixerunt, Casari. Reddit, ait Dominus, Casari quæ sunt Casari, & Deo quæ Dei sunt. His dictis mita celeritate vincula illa disrupit ille suscepit homo, qui Deo suo canit in Psalmis: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo sacrificium laudis.* Tertio sollicitat mulier virum. *Quosque,* inquit, *illudis me? Indica,* inquit, *mihi in quo infirmetur virtus tua.* Penè eadem verba & Iudæi dixerunt nostro iudici Christo. *Quosque,* inquit, *animas nostras tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.* Sed Samson tertio se ligari hoc modo permisit: *Si alligati fuerint, ait, capilli capitis mei in palo oratorio, infirmabor, & ero sicut omnes homines.* Quod cum faceret mulier, *Idem insidiantes ad te,* inquit, *Samson.* At ille exurgens, disrupit omnibus, fugatos plagatosque inimicos prostrauit. Fit & nostro forti Iesu Domino huiusmodi colligatio velut in oratorio palo contextio capillorum. Dicunt Scribæ & Pharisæi ad Iesum: *Scriptis nobis Moyses, quod si quis mortuus fuerit non habens filios, accipiat uxorem eius frater ipsius, & suscipiet semen fratris suo.* Septem autem fratres erant, accipit uxorem frater secundus & tertius, & mortui sunt non relicti filijs, postea verò omnes eum acceperunt, sine liberis mortua est & mulier; in resurrectione, autem, cuius erit vxor? Quanto vehementius se ligasse nostrum fortem crediderunt, tantò velocius soluit quam intulerat questionem. Et verè sicut potestatem habens, quia nec ligari his tentationibus posset, nisi ipse permitteret: *Filij,* inquit, *seculi generant & generantur, qui autem digni fuerint scilicet illum coniungere, neque nubent, neque nubentur.* Non enim iam mori poterunt, quoniam sunt similes angelis & filijs Dei. Quibus dictis, omni confusione prostrati, eius fugati sunt inimici. *Et venit hora mortis Samson.* Dicit & noster: *Venit hora vt clarificetur filius hominis.* Nisi enim granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet. Instante & flentem mendiciter coram se muliere, pusillanimitas factus est, ait *Scripura,* Samson vsque ad mortem: Vt Domini nostri figurata actio impleteret, dicens: *Tristis est anima mea vsque ad mortem. Si rasi,* inquit Samson, *fuerint capitis mei capilli, infirmabor, & ero sicut omnes homines.* Antequam hæc fierent, mittit mulier ad viros dicens: *Afferite argentum, iann enim mihi omnia veraciter indicauit.* Fit certa traditio, quam suppleuit Iudas percepto argento. Impleturque in Samson per figuram, quod in nostro Christo Domino actum est etiam manifeste: Nam quod eum accipiens mulier dormire fecit in sinu suo, hoc est, quod noster fortis Dominus dicit: *Non expedit mori Prophetam extra Hierusalem.* Quod cum inebriatus poculo mortifero, hoc est quod & Dominus noster dixit: *Deiderunt in escam meam sel, & in sinu meo potauerunt me acetum.* Quod verò nouaculâ adhibita rasi caput eius, hoc est quod eum in loco Caluarie crucifixi. Raso capite Samson discessit & virtus: & noster pendens in ligno clamauit: *Deus, Deus meus! respice me, quare me dereliquisti?* Et iterum: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui me oderunt gratis.* Effoderunt inimici Samson duos oculos eius. Duæ partes, velut lumina discipulorum clausæ sunt ad tempus: Alij fugiendo, pro quibus clamauit noster fortis: *Oculi mei defecerunt sperando in Deum meum.* Et iterum: *Illamina oculos meos, ne unquam obdormiam in mortem.* Quod factum in discipulis nouimus, quando illo resurgente, aperti sunt oculi eorum, eumque cognouerunt in fractione panis. Accipientes inimici Samson, ligauerunt eum ferro. Hoc claui indignant crucifixi. Quæ verò illudentes fecerunt dando palmas in facie spuis inire, flagellis cadere: hæc omnia Elaias Propheta prædixit, & impleta in Christo Domino sancta Euangelia testantur. Vbi velut cæcatorum illud Iudæi, dum calano percipientes caput eius, dicunt:

Iud. 16.

Psal. 99.

Ioan. 19. Psal. 22.

Iud. 16.

Ezech. 1. 2.

Genes. 39. Matt. 26.

Ioan. 8.

Psal. 67.

Matth. 21.

Psal. 115.

Rom. 16.

Matth. 21.

Luc. 20.

Ioan. 12. & 17.

Matth. 26.

Psal. 86.

Psal. 21.

Psal. 68. & 12.

Luc. 24.

Esa. 50.

Luc. 22.

cunt: *Propheta nobis Christe, quis te percussit?* Vnum verò extremum in morte sua miraculum fecit Samson, quod etiam noster Dominus & fortis implevit. Crescente coma capitis, cum ei creuisset & virtus, ad templum ductus ab inimicis, quò omnis populus ille conuenerat dare laudes & victimas diis suis; quòd eis acceritum (suum tradiderat hostem, illic postus, puero qui sibi ducatum præbebat, eius manibus columnas supra quas totum illud ædificium ferebatur, traderet imperauit. Quas singulis manibus apprehendens, inuocato Deo, semel se adhuc confirmari petiit: atque impetu spiritus columnas euellens, omne illud ædificium cum populis cadens, plures Samson occidit in morte sua, quam occiderat in vita sua. Noster etiam Dominus manifestius, quod ille mysticè fecerat, exhibuit: duos angulos mundi Circumcisionem scilicet & præputium velut duas columnas in sua morte mouens, omnem culturam idololatricæ subuerit: solens inimicitias in carne sua, vt dios conderet in se, in vnum notum hominem, *faciens pacem vt reconciliet vtraque in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso.* Huculque in Iudicis figuratè, quæ acta sunt occurrerunt.

Ephes. 2.

P R A Æ D I C T I O: *In Ruth, Ecclesia ex gentibus Iudais illudens.*

Prædictio facta & figurata. In Ruth credita & visa.

C A P V T XXIII.

Rom. 1.

Ruth in illo populo dicta est, quæ cum esset alienigena, id est, ex Moabitibus veniens, sub lege Dei & populo posita, ea egit, quæ figuram gestant Ecclesiæ venientis ex gentibus. Cuidam enim ex populo Hebræo se in coniugio matrimonio obtulit: At ille seruas mandata legis non spec & tractus iuuenclucæ, non adulescentiæ suæ captus ardore, sese ingerentem ad eum mittit, cui propinquoire ex lege debebatur. Recusat, nisi in qui iure diuino pulsatus est. Excalciandum lex censuit qui propinquam accipere noluisse: quâ notâ iste vexatus, illa illi locata est, qui locum in propinquiorei seruaerat. Sic Ecclesia gentium etiam populo Israëlítico in fide Christi Domini, in propinquiorei sese obtulit, quam suscipere nolens tunc exalciatus est gloria collatæ legis, & infamiae notâ inustus: quoniam noluit benedictionem, & longè sicut ab eo. Sicut Apostolus eidem populo dicit: *Vobis primò operum annuntiatum verbum Dei: sed quoniam expulsi estis illud, nec vos dignos vite æternæ iudicatis, ecce conuersimus nos ad gentes.* Domus enim exalciati in illo populo hoc crimine notabatur. Qui verò eam postior accepit, populus est, *calcistis pedes habens in preparatione Euangelij pacis.* Quod Euangelium adnuntiat, Booz & Ruth Obedi gentiile, cuius per successionem feminis vsque ad Ioseph & Mariam ipsiusque Christi Domini natiuitatem peruenitum est.

Deut. 25. Ruth 4.

Act. 13.

Ephes. 6.

Matth. 1.

P R O M I S S I O: *In Samuele Christum Dominum, Dux, Sacerdos & Propeta sacerdos arguens.*
Promissio facta & figurata. In Regum libris credita & visa.

C A P V T XXIV.

1. Reg. 1.

ANNA vxor Helchanæ, quæ sterilis fuit, votum vouit Deo. Si ei daret filium, eum ab infantia vsque ad senium futurum in domo Domini. Datus, atque ex ea natus est Samuel, quem ablatum, vt promiserat, reddidit Domino. Eiusque gratiæ fuit, dum paruulus versaretur in templo, vt & diuina responfa acciperet, & ei futura Dominus nuntiaret. Sed is non tantum in figura mutat ordinem sacerdotij, quantum in illa tria quædam inueniuntur, quæ Christo sunt Domino consignanda. Dux enim & sacerdos atque propheta est. Etus est populi. Ducem si queris Christum, Daniel Prophe-

Dan. 3.

ta de ipso: *Dux, ait, militia celestis.* Sacerdotem si queris Christum, David dicit: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Prophetam si queris Christum, ipse de seipso in Euangelio dicit: *Non est propheta sine honore nisi in patria sua.* Dum igitur filij Helacerdotis malignè agerent, indebitè prædicantes partes al as vescei ex carnis immolationibus, quas illis non mandauerat Deus: ac primitiis sibi, postea Deo habere offerri: infestantes etiam mulieres venientes ad templum, cum eis flagitia perterbant. Quibus sceleribus confectis iratus Deus prælium eius aduersus gentes immissit. In quo non tantum cæsus populus, quantum etiam illi ipsi sacerdotes interfecti. Ipsa quoque acta Dei ab hostibus capta est. Sic enim Deus Israël irascitur peccantibus sacerdotibus, vt etiam factatis locis suis vasque non pateat. Dicit enim David: *Repulit Deus tabernaculum suum, in quo habitat in hominibus, & tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos.* Et iterum: *Repulit eos Deus sanctificationem suam.* Item alibi: *Si peccauerit populus, exorabit pro eo sacerdos; si autem sacerdos, quis exorabit pro illo?* Huiusmodi cum magno gemitu & inexplibili fletu dicam: dicam præcærentibus peccatis impièque agentibus nobis, nostris quoque hæc mala pronuntiare temporibus.

1. Reg. 4.

Psal. 88. 1. Reg. 2.

1. Reg. 53.

Psal. 77.

1. Reg. 6. Philip. 2.

Ioan. 39.

Osee 11. Matth. 12.

1. Reg. 15.

Ioan. 10.

P R O M I S S I O: *In David Christum pastorem cybari autem.*
Promissio facta & figurata.

C A P V T XXV.

CVm idem Rex Saül superbiam captus Dei præcepta contempneret, spreus à Deo, David ille (quod dicitur manu fortis) parus licet in fratribus, vñctiois regiæ sacramenta suscepit: pastor sanè ouium, vt notatum signaret pastorem vñctum Christum Dominum, qui

qui dicit: *Ego sum Pastor bonus*. Eripuisse se prædas de ore leonis David fateatur. Et noster manu foras de ore leonis diaboli, & Petrum negantem & latronem eripuit confidentem. Suavi sono citharizans David non tantum animalium mulcebat auditus, quantum etiam in ipso Saule vexationem mali spiritus temperabat. Si nostri manu fortis Christi Domini citharam respicias personantem, quam ligno crucis carnis membrorumque suorum chordis aptatam pleetro dum tangit sancti Spiritus, omne animal replens benedictionem ipsum quoque diabolum fugavit de cordibus inimicorum, pro quibus otans in cruce suamque illum sonum protulit, dicens: *Pater! ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Idem tamen David dum Saül Regi gratus esset ex cithara, eumque turbatum nuntiis Goltæ cognosceret, qui sub conditione seruitutis prouocaret singulare certamen, contra potentem illum virum hic te David parus opponit. *Non*, inquit, *cornu cor domini meo ego ibo, & pugnabo huic Allophty*. Cui Saül: *Non potes*, ait, *quia tu puer es, & ille vir bellator est & iuuentute sua*. Et leonem, ait David, *& vrs in occidit ferus iuu*. Sic erit ille vnus ex illis: ex femine suo, vt promissum fuerat, signans illum esse venturum, qui *conculcauit leonem & draconem*: Suscepit itaque prælio tenuit David Saülis arma quibus erat indutus. Quinque sibi lapides ligens de torrente, fundibulâ manu captâ, non in specie Regis Regem, sed magnum hostem patris astre expugnat. Ita noster Pastor Christus Dominus sapientiam huius mundi tanquam illa arma reiiciens, in quinque lapidibus *stula mundi elegit* quibus *confunderet foris*. Omnis enim illi terribilis ambitus superbi, vno ictu lapidis fronte percussus prostratus est, suoque gladio dignoscitur esse truncatus. Ex quinque enim libris legis vnus lapis prædictus, fundibula carnis locutus, manu forti expressus, rotam superbiam diaboli elisit, suoque preterit gladio, dum mortem morte occidit. *Inuidia enim diaboli mors introiit in orbem terrarum*. Hanc suscepit innocuus pastor ille bonus, qui pro suis animam posuit, vt sua morte diabolum debellaret. Extincto, prostratoque hoste aduersus David Saül inique inuidiam concepit ex victoria: Retribuensque mala pro bonis, fugat, odit, persequitur innocentem. Dicit & noster Dominus de talibus: *Retribuam in malis in la pro bonis & odium pro dilectione mea*. Quod verò David per latebras montium, per speluncas & per desertâ, Saule persequente discurrere: corporis sui noster Dominus, id est, Sanctorum membrorum suorum; Martyrum videlicet in hac figura persecutionis expressit. De quibus Apostolus Paulus dicit: *Cum his dignus non esse: orbis terrarum, per deserta errabat, & per speluncas, & per cauernas terra*. Quod vero persecutorum suum Saül em non occidit David, cum ei traheretur in manibus, abscondensque pinnam chlamydis eius, se odienti pepercit: hoc quotidie agit noster Pastor & reum Christus Dominus circa oles persecutoresque suos. A quibus dum abscondit vitium magnum superbiam, parcit etiam Regibus seuentibus: quia non vult mor em inipiorum, sed vt reuertantur, & viuam. Quod in omnibus suis fecit, & facti inimici ille ille qui non ex meritis, sed gratis iustificat impium. Eundem David declinantem rursùm inuidias Saülis, gentes excipiunt. Sic fe noster Christus Dominus æuientibus subtrahens Indus, g nobis dedit. Prodidertunt Allophty Saül Regi, quod David esset penes eos absconditus in Gerh. Proditum & notum Regem idem Propheta, dicens: *Aduersum me*, inquit, *sursum erant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mihi mala*. Et iterum: *Aduersum Reges terra, & principes conueniunt in vnu aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*. Sed Doud proditum lege cogitantes, agit quedam, imo pet em aguntur futura mysteria, arripitum simulans salutem eius in barbâ defluçbat,

ferturque, vt dicit Scriptura, *Totus in manibus suis*. Talem gentis illius Rex aspiciens, à fe proficiendo dimittit, dicens: *Quid mihi introduxeris istum sanatum? Nil enim in leg. dictum gestumve est, quod vau eum esse possit, aut a figurata actione sit al querens alienum*. Dicunt enim & nostro Domino Iudei inimici: *Samaritanus es, & demonium habes*. Quem conspuentes etiam de quibusdam ciuitatibus m ferunt foras. Portatus est quippe & Iesus Dominus in manibus suis, dum suum corpus in sanctificato pane gestus manibus suis, dixit: *H. est corpus meum quod pro vobis tradetur*. De quibus myæris, qui etiam tunc bene desiderat, quomodo sit David saltans ante arcem nudatus coram Ieruis & ancillis suis, vt Christum crucifixum præsentibus visis & fecimus demonstraret, veterandæ memoriæ Augustini Episcopi dicta inspicat, quibus largiùs in his petuagatus penè omnia comprehendit.

PR O M I S S I O : *In eodem David inimicos diligentem, lapsos reparantem.*

Promissio facta & figurata. In Regum libris credita & visa.

C A P V T XXVI.

VT promissionis ordo posebat, vnctus David in totum Israël, non partem, vt priùs, excepit gubernandam, extincto Saule in prælio. Quem grauior occidit doluit, eumque insuper vindicauit, omniq; ad eum congregans est Israël. Hoc etiam nunc agitur, dum noster Rex Christus Dominus suos pluriùm diligit inimicos, & vindicat: totus ad eum, vt promissum est, colligitur mundus, cui dictum est: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre*. Et licet iam penè omnes occupauerit gentes, superest tamen, *Vt plenitudo gentium cum intrauerit, totus prædestinatus Israël saluus fiat, vt per eum omnis mundus reconcilietur Deo*. Ea verò que David sublimatus gessit in regno, eos respiciunt qui prælumptione quadam superbie lapsi per penitentiam emendati Christi corpori lociantur Ecclesiæ secundæ. Quippe res, vt ait qu dam, supientiam animos fatigant, quibus hic David elatus, duo principalia que lex prohibet, adulterium, homicidiumque commisit: Monitumque per Naham Prophetam, dum magna compunctione cordis actus ageret penitentiam (quoniam peccata impunita esse non possunt) mortem licet repentiam auerterit, in his tamen que gessit, constat grauior vindicatum. Iam enim ex ore Prophete audierat: *Fecisti in abscondito, paucis in sole*. Quia sententia omnis status domus eius isto ordine perturbatus est. Vnus è filius ipsius, sororis suæ, ex alia licet matre, turpi concupiscentia captus, clam oppressit, viriuitque virginem. Germanus puella Abalon stupratorum inter fecit fratrem. Quo facto percussus Abalon, à facie sui patris aufugiens totum sollicitat Ir. èl, rebellique est. Vnus fugat, atque insequitur patrem, totum quoque eius in concubinis scelerate contaminans, quæ patremt David ferens, ea in fe puniri iustitia vindicante cognouit, quæ sibi vt videtur, abscondite commiserat. Quotum gesta lex diuina dum resonat, speculum fe esse ostendit, non celans ipsorum quoque facta maiorum, ac splendorum fe serentate vt per Iherudius, ita fecunditates quotum cunque demeritans: ea veritate pollens, que tratus etiam suorum & prebat, & vindicat, non sane fine misericordia, que totum tegit totumque ostendit, & lapsus tanti viti, & sententiam iusti iudicis, & indulgentiam clementissimi patris. Postius verò in exemplum sobris animabus, vt dicant amplius metuere pro peccata quam formidare aduersa. In tribulatione quippe, vt Propheta dicit, memores sumus Dei. Periculolum est autem animæ dimitti in voluptatibus suis, cum ipse dicat Dominus: *Ego quos amo, redarguo, & castigo*.

PROMISSIO: In Abisac animas Christi gratia calore feruens. Prædictio facta & figurata. In Regum libris credita & visa.

CAPVT XXVII.

3.Reg.1. HVic ipse David iam senili ætate confecto Abisac unamtris virgo, quæ Regem calefaceret, applicatur, nullam ob causam concubitus, quæ etiam post obitum vi-go reperta est. Hæc in similitudine animam signat Dei gratia castitatis calore succensam, quæ fugidas in fide animas, vt membra Regis magni fide accendit affectu. Canit enim de se ipsa in Psalmis: *igne me exanimasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Aliosque suo flatu calefaciens, dicit; *Venite & audite, & narrabo vobis omnibus, qui timetis Dominum, quanta fecit antiquæ mee.* D. fecto itaque Rege, *Salomon patris David successit in regnum.* In cuius nomine multa diuina promissia dum resonant, ne quis ipsi personæ deputaret quæ fuerant figurata, dum à præceptis Domini declinaret & vitam in fenestrate & sapientiam simul amisit, vt pacifico Christo Domino (quod Salomon interpretatur) omnia illa quæ figurata fuerant, seruarentur, Quæ tamen, vt Propheta ex persona Christi Domini gesserit, vt donatum fuerit, pumper excurram. In principio regni eius visus est ei Dominus per somnium dicens: *Pete tibi aliquam petitionem.* Nihilque aliud expetit quam sapientiam. Christus itam ergo petit, quia *Christus est Dei virtus, & Dei sapientia.* Dabis, inquit, *Dominet seruo tuo cor sapiens ad iudicandum gubernandumque populum tuum.* Quæ petitio dum placeret (vt donum collatæ sapientiæ omni populo panderetur) duo mulieres astiterunt Regi, quæ simul in conclau committentes, vno in tempore filios procreauerunt. E quibus vna dormiens cum suum parvulum præfocasset, sociæ dormienti suppositus. Expertus igitur nocturni somni officis, dum clarus solis orbes redderet aspectibus diem, torpore omni discussio, mulier quæ viuum perdidit, dum suis vberibus crederet applicandum, respiciens mortuum non agnouit suum. A furante igitur dum viuum repetit, atque illa pro inuoluo forerit contradicere, in hac controuersia concitantes Regi se pariter obtulerunt. Cumque cuius esset viuus parvulus demonstrari non posset, sapientia illa Christus, quæ Regi fuerat tributa, gladium asserere iussit, non quo parvulum feriret, sed quo denud parturientes matris viscera demonstraret: *Diuidite,* ait Rex suis, *parvulum viuum in duas partes, & date dimidium huic & dimidium huic.* Vera mater vt totum viuam aduersaria totum edere: falsa, ne vera possideret, dimidium petit. Sic hætericorum nostro sub Rege Christo animæ iudicantur: quibus cum vera mater Catholica nomen suum viuam iurgantibus offerret totum, illi volentes discedere petunt dimidium. Sed Rex noster qui venit gladium mittere in terram, hætericorum fraudes remouens, veræ matris petenti vitam, viuam reddidit statim. *Quoniam vitam petiit,* ait Propheta, *& dedisti ei.* Idem vero ipse parvulus non diuisus, veræ Catholicæ matris filius, iudicium pacifici summi regis Christi Domini laudat, & dicit: *Viuus anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.* Templum idem Salomon Domino suo fabricauit illud amplum, mirabili ambitu constructum, omni cum regia potentia dedicatum. Quod pater eius dom voueret, implere permittus non est, Multas enim bellando proftrauerat gentes, eique dictum est, quod plurimum sanguinis effudisset in terra: non ipsum, sed eius filium pacificum debere construere domum Deo. Sed quoniam illud, spirituale hoc ædificium signat, scriptum est: *Altissimum non habitare in ædificiis manuum hominum factis.* Propter quod Rex noster vera pax Christus Dominus ex lapidibus viuus domum constructus spiritalem, Fidelium corda somnum non tantum singula templa in singulis, sed viuum ex omnibus templum fecit. Quibus

dicit Apostolus; *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitus in vobis?* In quo spirituales hostias, per ipsum principem sacerdotum offeruntur Deo. *Ipsæ enim est pax nostrâ, qui fecit veragque vnum.* Pacificus Salomon omne tempus cum gentibus habuit quietum, pacem Domino largiente. Qui cum se totum sapientiæ dedisset, sententias quasque ethicas, id est, immortales partes ascribens, ænigmata etiam mystica dum conderet præclarè, regni ipsius fama nunciu ipsarum est per orbem. Ad videndum igitur talem, *Regina Aultris venit à finibus terra audire sapientiam Salomonis.* Cuius cum miraretur doctrinam muneribus oblati laudibus præferens præsentiam, eius à conspectu discessit. Hoc ex facto Rex noster Christus Dominus Iudæos increpat, quod regnum Aultris omnes moras regiaque necessitates abruptens, inque granditate inuicis præpedita, omni cum festinatione veniret videre atque sudi e sapientem: *Ipsi vero vltro ad se venientem sapientiam ipsam contempserunt.* Merito dicit exurgere hanc in iudicio cum illa generatione, & condemnare eam. Sed hæc Regina nostram sanctam ostendit Ecclesiam, de qua dicitur ipsi Regi nostro: *Assiit regina à dextris tuis,* quæ ab ortu solis vsque ad occasum nunc occurrunt, Christum Dominum audire sapientiam: laudans nomen Domini, muneratque offerens, quoniam sublimia fecit vniuersa. Itaque quæ de Salomone dicta vel ab eo prophetice gesta sunt, rectè Christo Domino confignantur. Cæterum ipse, vt supra dictum est, elatus, in senio fornicatus mente & corpore, Domino ipsum deserente, malè obiit: Meruendum exemplum posteris relinquens, ne felicitate huius vite turbati Christum deserant, qui est suorum æterna felicitas.

PRÆDICTIO: In Roboam fissuram hæresion è quibus Christum suas colligit ones.

Prædictio facta & figurata. In Regum libris credita & visa.

CAPVT XXVIII.

3.Reg.11. R Egnare Roboam filio Salomonis, & tam suo quam etiam peccato paterno constructo, cum penè totum post idolorum culturam peruerteret Israël, regnum è manibus eius scissum est. Hieroboam quippe serus Salomonis, iudicio diuino in vendicim tribubus ampliore regni partem suscepit. Per quam diuisionem Samaria & Hierosalem Regum Iudæ & Israël suorum principum per successionem ordinem seruauerunt. Sed hæc hætericorum ichismaticorumque, sicut sæpè dictum est, ostentat figuram, donec ille qui vnitatem facit, & diligit, alias ones quas habet extra suum ouile, sua gratiâ illustrante adducat, vt, sicut promittere dignatus est, *sit vnus grex & vnus pastor.* Non omnes nunc in ordine exequimur Reges, sed eos tantum, quorum temporibus aliqua vel gesta, vel dicta sunt, quæ Redemptoris nostri nauauerunt aduentum, breuitatis inuitu, & lectori fastidium minime inferentes. Ahab igitur pessimo Rege regnante in Iudæa, Helias propheta ad arguendum Regem & populū mittitur, quod relicto Deo secuti fuerint Baal. Cumque Hiezabel vxor Ahab Regis incõprehensibili iudicio illo Deo, quo datur potestas malis, Prophetas Domini occidisset, Helias oratio in sterilitate à facie Re Regis abscondit. Suppletioque triennio & sex mensibus, cum totam Iudæam seua fames affligeret, Helias iubetur seipsum præsentare Regi. Cumque Domino, interfectis omnibus Prophetis, solum se reliquum esse dixisset, ait ei responsum diuinum: *Reliqui tibi septem millia viro-rum qui non curauerunt genia ante Baal.* Hinc etiam Sanctorum comprimitur elatio, ne quis se in quolibet bono opere arbitretur necessarium Deo: cum omne tempus suum per quem vult, implet Deus, *quoniam omnia seruiunt illi.* Homo enim Deo, non Deus homine indigere monstratur. Vnde ait ille sanctus Pro-pheta

3.Reg.1.
Pfal.16.
Pfal.69.
3.Reg.2.
3.Reg.3.
1.Cor.1.
Matt.10.
Pfal.20.
Pfal.118.
2.Reg.6.
3.Reg.1.
Pfal.66.

1.Cor.3.
1.Pet.1.
Ephes.4.
3.Reg.10.
Matt.2.
Luc.11.
Pfal.44.
3.Reg.11.
10an.10.
3.Reg.16.
3.Reg.17.
3.Reg.18.
3.Reg.19.
Rom.11.

pheta: *Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.* Helias verò quæ fuerant diuinitus imperata, coram Rege & populo, per mysticum illud sacrificium vesperantium, ignem cælestis impetrando perfecit. Quo noster per figuram vitulus immolatus sacerdos omnes idololatricæ, sicut Helias cum ipso errore Baal simul extinxit, replens terram gratiæ pluuiâ, quæ fames fidelis animæ repellatur. Quod verò, in eremo constituto eremum Helix, in iussu diuino corui manè panem & carnes vespere ministratur, totius corporis Domini figura monstrata est, quando prius in præceptis panem, postea carnem dominicæ Passionis Iudæi, vt corui, gentibus ministrant, tetræ colore, voce rauca, odore fætidæ, horrentes aspectu. Quibus autibus similes Iudæi, carni in cruce ex ligno decoctam gentibus præparantes vt corui vna & rauca voce cum Pilato clamauerunt: *Crucifige, Crucifige.* Hanc comedunt, qui audiunt dicentem: *Nisi manducaueris carnem filij hominis, & biberis sanguinem huius, non habebis vitam in vobis.* Tria tamè etiâ hic tempora & dimidium temporis in tribus annis & sex mēsis, sicut & superius memorauimus, cælestis pluuiæ Deo alto iudicio negatur eis, qui carnem eius non comedentes, neque eius sanguinè bibendo tedempti, ab eius corpore inueniuntur alieni.

PROMISSIO: *In Helia Christum, & in viduam misericordiam principatum.*

Prædictio facta & figurata.

CAPVT XXIX.

Dixit Dominus Helia: *Vade in Sarepta Sidonia: ecce enim mandauimus mulieri viduæ, vt pascat se illic.* Et hic mysticas actiones spiritualis Leæot agnoscit. Neque enim defecerat omnipotens, quanto vellet tempore per eandem aues suam pasceret Prophetam. Quem tamen necessariam viduæ sciebat, cui ex fame copiam, potentia verbi, per suum ministrum voluit preparari. Hanc viduam in agro duo minuta vt duo præcepta colligentem diuino nutu proficiens Helias, actus etiam spiritualis sitis ardore, aquam à muliere poposcit. Quæ cum pergit afferre, & pusillum panis petiit ab ea Propheta. Illa verò testando dicit modicum se faris habere in hydia, & parum olei in oleario, vnus selicet & cum liberis diei victum, quo absompro, esset mortitura cum liberis. Ex hoc ipso sibi Propheta prius offerri iubet, tum etiam sibi forsque filius præparandum; vt misericordia primum occupet locum, quam præire ante faciem Dei Scriptura testatur. Ex ipso enim omnis copia. Quoniam hæc dicit Dominus, ait Helias, *Hydia farina non deficiet, & capsula tui olei non minuetur vsque in diem quo dabis Dominus pluuiam super terram.* Sic anima misericors fœderatur Deum, sic dum dat in necessitate, sibi consule ad salutem. Sic repletur anima que corpore abscedente Domino, caligantem diligens, vnus thori fidem pudico amore custodit, sacramento faris & olei vñctione munita, secunda expectans gratam pluuiam, cum ei dixerit Dominus: *Euge boe, serue & fidelis, quoniam in modico fidelis fuisse, supra multa te constituant, intra in gaudium Domini tui.* Cuius in similitudinem & illa laudatur à Domino, quæ duo minuta vidua dum mitteret in gazophylacium, plus omnibus eam misisse dixit ille qui vidit, quia sibi nihil dimisit.

PROMISSIO: *In Heliso discipulos Christi duplum accipientes spiritum.*

Promissio facta & figurata. In Regum libris credita & visa.

CAPVT XXX.

Helias discipulum Helicæum reliquit, quia tempus assumptionis suæ, Domino reuelate, cognos-

ceus ait discipulo: *Pete tibi aliquam petitionem priusquam tollar à te. At ille ait: Volo vt spiritus qui in te est, duplex in me sit.* Dixitque ei Helias: *Dare petisti, verumtamen si me respexeris eueniet, sicut tibi.* Hæc promissio factus est corior Helicæus vt orato petitionis suæ omni ex parte poriceretur, ita inhaesit magistro, vt nulla eum ab illo necessitas sequebatur. Cuique Propheta studium vellet exercere discipuli, necessariò se per deuia sequi illum sustinentem imperat. At ille ait: *Vinit Dominus, & vinit anima tua. Si dimiseris te quoniam ieris.* Hoc actum est, donec ad quem perentum est locum ubi curru igneo susceptus, equi vsque in cœlum peruectus est. Atque ita intentio discipuli vigilauit, vt raptum sibi magistrum sterni ac voce magna sequeretur dicens: *Pater mi Helias, Pater mi astringa Israël!* Hæc vocibus percutus Helias, spiritalè eum viaticum ac pignoris donum, suum palliolum dimisit. Quo percipio resuscito ex eo, & percussio ex eo Iordane fluuii, quem per seipsum non valebat, pallij adiutorio pertansit. Vnde & Prophetarum filij dicunt: *Requiescit spiritus Helice super Helisæum.* Et in hæc mystica actione, similitudo Domini & magistri nostri Iesu Christi. Cum enim dixisset discipulis suis: *Qui credit in me, opera que ego facio, & ipse faciet:* Vt dupla se dona Christus dedisse ostenderet, adicit: *Et maiora horum faciet.* Sed hoc in hærentibus his, & duplum spiritum hoc modo insudat. Semel post resurrectionem, quando insuflauit in facie eorum, dicens: *Accipite spiritum sanctum. Si cui dimiseritis peccata, dimissa erunt: si cui dimiseritis, detenta erunt in cælis.* Secundo verò cum nube susceptus vœtantibus Angelis, ipis quoque discipulis oculis deducentibus, ait: *Vos sedete in ciuitate, donec induamini virtutè ex alto.* Itaque de pentecostes in linguis ignis donum Sanctum Spiritum misit. Non hic duos spiritus intelligere debemus, cum vnus sit Spiritus Sanctus, sed ipse idem Spiritus est, charismatum dona dispensans ita multipliciter peragatur ab ipsa indiuidua Trinitate, vt in ea non duos, sed vnus sit Spiritus. Quoniam, vt Paulus Apostolus dicit: *vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, vnus Spiritus.* Vnde & ipse Helicæus non ait magistro: *Sunt in me duo spiritus, sed duplex spiritus.* Quem exposuit Dominus cum dixit: *Donec induamini virtutem ex alto.* Vt ampliora per eos faceret, quam fecerat per seipsum.

Tactus namque finitæ, à fluxu sanguinis mulierem sanauit: Discipulorum vnde vmbra infirmates omnes. Ipsi resurgenti, palpantes videntisque vix crediderunt, etiam ipsi discipuli. Ascendenti in cœlum, illis prædicantibus, in eum, quem non viderunt, totus credidit mundus. Postmodò, amplius est impium iustificate, quam resuscitate mortuum. Quæ omnia per suos discipulos idem ipse fecit, qui in eis hanc tribuit potestatem, dicens: *Sine me nihil potestis facere.*

PRÆDICTIO: *In eodem Heliso, cum mortuum figuratum Christus Dominus gratiâ suscitauit.*

Prædictio facta & figurata. In Regum libris credita & visa.

CAPVT XXXI.

Idem ipse Helicæus dum excurrit per diuersa, annuntians verbum Domini, quædam eum mulier Snamitis hospitio suscepit. Cui pro munere sterilitate subflata filium ei imperauit à Domino, quæ suscipiens parvulum enatit. Adolus vero cum patre in agrum dum pergeret, solis ardore percussus, recurrens domum, æstuans in sinu matris spiritum emisit. Statim mulier ad hominem Dei recurrit, in Carmelo pedibus eius prouoluta, filium, quæ eius gratiâ susceperat, nuntiat fuisse de sanctum. Celatum sibi hoc à Domino Propheta miratur: Vt nostri Domini Iesu totam figuram impleat propheta, qui cum omnia nôrit, aliqua se nescire simulat, vt est illud de Lazaro: *Vt i postuisti illum? Et: De*

die & hora nemo scit, neque Angeli, neque Filius, cum eodie & ea hora ipse venturus sit Filius. Et illud: Narrantibus duobus discipulis de Passione eius & dicentibus ei: Nescis qua facta sunt in Hierusalem ante tertium die? Et ipse in quo facta sunt, nescienti similis dicit, Quae? Sed haec quae celantur, aut in magno aguntur mystico, aut intentione cordis extenditur in Deum, vt quantum non capit, avidius nosse querat: & cum quaerita non intellexerit, amplius metuar, sciens diuinum esse arque profundum, quicquid mortalibus nosse fuerit denegatum. Agit verò Helixus quae sunt dominicae actionis sacramenta. Merit per seruum suum baculum, quod supra exanimè corpus positum, mortuum vitæ restituar. Misit & Dominus per Moysen seruum suum legem, quae mortuum mundum sicut illud baculum viuificare non potuit: quia si datus esset lex, quae posset viuificare, vt Apostolus dicit, omnino ex lege esset iustificata: quia littera occidit, spiritus autem viuificat. Postea ipse Helixus descendit magnus ad paruum, saluator ad saluandum, viuis ad mortuum. Descendit & noster Dominus. Quis descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, vt assempserit omnia, quae mystice gessit Helixus. Vt enim mortuum paruulum suscitaret, iuuenilia membra contexit. Et Dominus Iesus seipsum excinuit formam serui accipiens: paruus se illi paruocognauit, vt efficeret istud corpus humilitatis nostrae conformè corpori gloriae suae. Iocens subter se frigidum, suo calore succendit. Similiter & noster saluator Dominus mundum, à cuius calore non est iam qui se abscondat, infusauit ille terro iacenti, vt trina confessione infunderetur: credenti. Sic suscitatus est mortuus, dum à morte perpetua iustificatus est impius. Multa & varia signa Spiritus Domini fecit per Helixum, sicut eadem Regum narrat historia. Quae omnia perseque longum est. Pauca tamen exequar, cum sint cuncta signa futurorum Christo Domino conparanda, qui per Elaiam dicit: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, bene euangelizare pauperibus misit me, demittere quasi in uos in requiem, vadere captiuos libertatem, & caecis uisum. Iordanem Helixus eo Spiritu operante, transiit quo noster Dominus Iesus eundem flouium suo in baptismo consecrauit. Insultantes sibi Propheta bestias tradidit pueros. Et noster Iesus Dominus de paruulis in Paulo dicit. Nolite pueri officii membris. E quibus quosdam bestias tradidit vt discant non blasphemare, Rex Israël ad perimendum Heliam quinquagenos viros tribus vicibus cum tribus misit, quos caelesti incendio Propheta consumpsit. Dicitur etiam de nostro Propheta & Domino, quod ignis ante eum ardebat, & inflammabit in cireniis inimicos eius. Ipsum postea Regem cum omni exercitu se obfisione ualentem, quadam caecitate percussos hostes, captiuos in Samariam induxit. Quibus reddito uisu, simul & indulgentiam impetrauit. Haec licet in multis signentur, euidens tamen in Paulo, & qui cum eo Eleazar insequēbantur, Dominus ostendit. Caecatus quippe prostratusque in uia captiuus Dei dum ferret, reddito lumine, qui fuerat persecutor, factus est praedicator. Atque in ipso ostendit Deus omnem longanimitatem ad informationem eorum, qui credituri sint illi in uisum aeternum. Item Naaman Syrus amicus Regis ad Regem Israël directus est, vt ab Helixeo lepra macula manderetur. Quem respiciens homo Dei, iussit eum in Iordane tingi, si uellet corporis sui maculas auferri. Quod cum faceret, mundatus est. Munera homini Dei offerenda ceteridit, quae iure diuino reuocens, gratiam gratis datam nostri praegignauit Christi Domini, quam in Euangelio suis discipulis contemendauit, dicens: Gratias accipitis, gratis dare. S. p. riformi Spiritu mundari animam à uicis, quibus interior exteriorque homo pollutur, aqua etiam ipsa demonstret, quae tinguntur consecrati in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Giezi uerò puer Prophetae, qui

fecutus Naaman Syrum composito mendacio vendere uoluit, quod propheta gratis dederat, ea lepra percussuram macula, quae ille mundatus fuerat haereticorum figuram ostendit: qui sua rapacitatis caecitate compulsi, dum uenditant suis uelut expiationis uidelicet peccatorum, ipsi quoque maculis quibus illi fuerant alferpsi, insigniuntur. Vt merito audiant à Domino: Non noui uos: Discedite à me omnes qui operati estis iniquitatem.

Matth. 15. Plal. 6.

PRÆDICTIO: In Ezechia, qua suos Christus docet in bono non debere efferri.
Prædictio facta & figurata. In Regum libris credita & uisa.

CAPVT XXXII.

DVm alternantes Reges Israël, alij à uis Domini declinantes erroribus implicauerunt, alij fideliter uiam Domini gradiuntur, ad Ezechiam Regem ordo perductus est. Hic exterrimans omnia simulacra, omnemque idolorum culturam subuertens, penè totum Israël errantem conuertit ad Dominum. Huic diuinum datum est responsum, vt ordinare ac disponere deberet domum suam, quod ipse iam iret in mortem, qui cum flens orasset dicens: Memeno Domine, quando ambulauerim in uia tua: quindecim anni sub hoc signo ei adiciuntur ad uitam. Duodecim enim gradus sol, cursu quo ascenderat, descendit. Quod mirè euenisse finitimi dum aduertentes Reges, nuntios ad Ezechiam miserunt, quidam illud esse ostenti. Elatusque in bono non tantum pro se factum narrat, quantum & instanti gratiã uniuersa regalia eius domus suae & uasa ostendit. Indignatusque Dominus per prophetam Elaiam Regem increpauit, restans uenire dies, quibus illa omnia quae monstrauerat, captiua in Babyloniam cum populo ducerentur. Nec immerito noster Rex per Apostolum Ioannem in Apocalypsi nos admonet, dicens: Tene quod habes, ne quis alius accipiat coronam tuam. Item alibi: Beatus qui uigilat, & seruat uestimenta sua, ne nudus ambulet. Et in Euangelio: Non scias sinistra tua quid faciat dextera tua: adiuuans in bonis operibus, quae Dei dona sunt, non esse in homine, sed in Domino gloriamur: ne quod humilis accipit, superbus amittat.

4. Reg. 10.
Esaï 39.
Apoct. 3. & 6.
Matth. 6. 2. Cor. 4.

PRÆDICTIO: In Regibus peccantibus qui secum populum in captiuitatem ducunt.

Prædictio facta & figurata. In Regum libris credita & uisa.

CAPVT XXXIII.

Regnante Iosia, atque Sedechia filio eius, populus Romnis Israël uilia uincla legis, quibus regebatur, abrumpens, multis ex grauibz causis totius pietatis Authorem Deum ad magnam iracundiam prouocauit. Hieremiam Prophetam ad obiurgandum, contigendumque Regem & populum Dominus misit, praecipiens, si conuersi legis mandata serauerint, suo in loco semper manere illatos: si uero momentum contempserint, in Babyloniam ire captiuos. Spretis igitur & mandatis & praedicatis uerbis, dum malis ausibus Rex & populus suis peccatis uigentibus premerentur, sententiam diuinam Hieremias plebiã captæ, & Regibus per epistolã expressit dicens: Propter peccata quae peccastis ante Deum, ducemini in Babyloniam, & eritis illic per tempus longum usque ad generationes septem. Rex igitur Nabuchodonosor, comprehensis Regibus Iuda, totum Israël captiuum transmigravit in Babyloniam, effosus oculis in itinere Regi Sedechiae: uere duorum Prophetarum de eodem Rege praedicta implerentur. Hieremias dicit, uisurum Regem Babyloniam: Ezechiel, non uisurum. Qui dum sibi quãdã contrariare uisi essent, hoc modo uerbumque uideri impletum: cum exemptis oculis adductus

4. Reg. 12.
Hier. 24.
Hier. 20.
3. Reg. 25.
Hier. 25. Ezech. 12.

Ioan. 11. Matth. 24.
Luc. 24.
Gal. 2.
1. Cor. 3. Aug. serm. 11. de uerbis Apost. Ephel. 4.
Philip. 2.
Philip. 3.
Psal. 18.
Esaï. 61.
4. Reg. 2. Matth. 3.
1. Cor. 14. 4. Reg. 1.
Psal. 96.
4. Reg. 6. Act. 9.
1. Tim. 1.
4. Reg. 5.
Matth. 10.

Joan. 11. Sedechias Babyloniam & vidit, quia præfens fuit, & non vidit, quia in via oculos perdidit. Admonet nosse Dominus suos huius exemplo, & dicit: *Ambulate dum lucem habeis, ne vos tenebra comprehendant.* Contemptoris vero mandatorum suorum etiam Reges cæcos esse idem Dominus in Evangelio dicit. *Cæci sumi & dices eorum.* Cæcus autem dicitur eorum dicitur, simul in fontem cadunt, quæ est dicitur captivitas animæ imperitiosis: de qua dicitur: *Dedi illi tempus, ut penitentiam ageret, & penitentia non vult.* Sic dno superteret me iura per annos septuaginta, in Babylonia populus ille captivus fuit. Vasa sanè omnia templi Dei idem Rex Nabuchodonosor per suos arripuit. Væ peccatis hominum, dum pro his sacrificia ipsa conculantur ab exteris, quæ semper pro remedio fuerunt in salutem!

Thren. 1. Quo gemitu, quibus amarissimis fletibus, quâ animi angustia hæc describeret. Hieremias, Threni eius indicat, tabernaculum Domini fuisse pollutum, diem festum dolum in oblivionem, sabbata, omniaque solennia exterminata; Sacerdotes & principes parvulos, senes, iuvenes virgineque suas gladium comedisse, partem remansisse captivam. En dolorem nostrorum videret, in luctus nostri opprobrij, in peccata grandia, quorum ex causis etiam nos hæc videre nescimus, amplioreque penarum plaga quasi vulnerati curari nolumus: clisi stare nos credimus, expulsi exiliatiquæ, vlt oportuit, non dolemus, satisfactio nulla, mœstitia nulla, manet ira, nec veniam postulamus. *Hereditas nostra conversa est alius domus nostra peregrinis.* Sic caltigati non plangimus, sic emendati nolumus suscipere disciplinam. Recedamus à malis quibus Dominum offendimus, penitentiam in his quæ factas eius contumeliosas ingessimus. Superbia nostra humilitate curetur. Collatum tempus remedii non spernamos, ne is quem placidum mitemque sensimus, iracundiam non penitentibus æternam constituat, pœnaleque sententiam. Paratus est enim ignoscere ille Dominus qui dicit: *Convertimini ad me, & convertar ad vos:* Si modo voces filij cum penitentia reverentis pius Pater agnoscat. In eandem captivitatem, Danielem & Ezechielem narrat historica prophetafle. Daniel vir desideriorum (qui Balthasar à Rege nuncupatus est) tres viros gentis suæ amicos habuit, Ananiam, Azariam, Misacem. Omnis verò eius propheta mysteria licet plena sit, quedam tamen pars eius ita elucet claritate sui fulgoris, vt etiam tempus signauerit, quo venturus esset ipse Saluator & Dominus. Duodecim sane eum sint propheticæ visiones eius, in Hebræo decem reperitur. Quas duodecim, Domino donante, cetera cum comparatione percutiam. In prima, contra impudicos seniores castitatem Susannæ defendit. Hoc agit Iesus Dominus, dum aduersus sceleratos hæreticos Ecclesiæ suæ integritatem tuetur, quam peruersis suis disputationibus vitare contendunt. Quos etiam per Apostolum Paulum notat, dicens: *Ex his sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desiderijs.* In secunda ipse Daniel, sui que amici stauerunt legis sue mandata seruantes, ex cibis menæ Regis, quibus cæteri eorum fodales vescabantur, non contaminari. Desiderijs huius mundi non solum contaminari non esset noster Magister & Dominus, verum etiam suos amicos prohibuit, dicens: *Noli esse diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. Omne enim quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi.* Quæ omnia, velut effusas illas regias, repudianda ostendit. Et per Apostolum Paulum euidenter mandans: *Esca ventris, ait, & ventrescitis, Deus autem & hunc, & his euacuabit, vt sit animæ vnus cibus ipse Saluator, qui ci varios diuersosque sabores exhibeat.* In tertia Scramentum diuinæ dispositionis, quod Regi ostensum fuerat. Itaque erat oblatas, non humana doctrina Daniel, quâ

instructus erat, sed Domino reuelante, & somnium & interpretationem somnij Regi narrauit. Quatuor regna in quatuor metallis, & quibus statua formata ante faciem eius aderat. Mundo exurgere caput aureum, ipsum esse Babylonicam Orientis; Pectus & brachia eius argentea, Macedonicum Septentrionis; Venter & femora aerea, Punicum Meridiani; Crura ferrea & digiti pedum partim ferrei, partim fistiles, vltimum Romanum, videlicet Occidentis; sicut & vir eruditissimus Orosius historiciographus posuit. Quod regnum tanquam ferum comminuit omnia, & domuit. Christi quoque regnum subiungit Daniel in lapide ab Cisso de monte sine manibus concidentium, tanquam sine manibus completentium Deum hominè ex Virgine natum. Qui cum illam statuum percussisset, omnes eius partes redegit in puluerem, eaque auferens spiritus venti, locus eius inuenter non est: ipsum autem lapidem, qui percussit statuam, factum esse montem magnum, & impleffe omnem faciem terræ. Vacuatis enim omnibus regnis, regnum Christi Domini exortet, quod nulli alteri populo relinquetur, quoniam permancbit in æternum. Hoc nunc orando omnis eius petit Ecclesia, cum dicit: *Aduenit regnum tuum.* In quarta statuam, imaginemque suam Nabuchodonosor quam statuerat adorandam, cum res prædicti amici Danielis adorare nolisset, camino detrusi, illud mirum diuinitus præbuit, quod fugato incendio ipsos potius ministros regie iustionis vorax flamma consumpsit. Ties verò viti illæsi, hymnum Regi vero dum canerent in medio camini, secum Filium Dei habere meruerunt. Quem reuelante gratia Rex ipse cognouit, qui suos veros adoratores signenta vanissima contemnes, & flammis præfrensus seculi, ad celestem gloriam perducit triumphans.

PRÆDICTIO: In Daniele qui Christum Dominum suis visionibus enarrauit.
Prædictio facta & figurata. In Daniele credita & visa.

CAPVT XXXIV.

QVinta verò visio continet somnium eiusdem Regis, quod Daniel ita interpretatus est: aut aborem significat quam videat, sub cuius ramis omnes bestiarum, peccata, auctque habitarent, ipsum esse Regem: præcedendam vlt cum Dominus iussisset, secutara duntaxat radice: Regnum eius auferendum ab eo, ipsumque cum bestis mansurum. Capillus eius vt mulieris: & vngues eius vt aquæ crescere. Fœnum vt bos edere, donec septem diuinitis tempora iussa completerent, hoc consilium Regi elemosinas sua peccata redimere debere. Quod cum facere neglexisset, prædicta omnia Regi aduenerunt, suppletaque mensura temporum, regnum quod amiserat, recuperauit. Sæ prætempores caduntur, sic castigantur superbi ab eo qui potest in lachrymis, in mensura, quia sunt iudicia eius suauia. Sic Petrum Apostolum negantem, dum respectum stentem videret, in eum locum restituit, quem prætempore amiserat. Sic in suis interfectibus scitum eius sanguinem propinauit bibendum, quo regiam suscipere dignitatem. Sic quoridæ Rex noster lapsos reparat, quibus collatæ gratiæ celestis regni donum seruat in posterum. In texta ex quatuor sibi apparentibus bestiis illius supradictæ, quatuor partium Orbis regna confirmat Quibus quartam bestiam grandioreni fuisse atque terribilem, idem Propheta testatur habentem cornua decem, ac de medio eorum cornu aliud paruum ascendens: tria ex illis ante faciem eius excussa sunt cornua, donec vultus dierum sedit in iudicio. Sed hæc eo modo sunt exposita, quo regna illa quatuor sibi mer succedentia. Bestia quarta, quæ omnibus regnis emines domauit omnem terram, subie-

citque eam post ipsam vno tempore decem Reges exurgent : & post eos, ille qui nomen perditionis suae, id est, Antichristi, portaturus est. De quo suo loco, vt iam promissum est, diuina testimonia profuerunt. In septima ex arietate & hirco, Pesarum atque Graecorum sibi praelia reuelata describit. Sub persona quoque Antichristi, qui corde suo dum magnificabitur, dolo corrumpet multos, donec veniat qui venturus est Iesus Dominus, & non tardabit. In octaua idem vir desideriorum Daniel, prouidam iustitiam Dei iudicantem Reges superbos ea ratione insinuat, quia Balthasar Rex coenam faciens Principibus suis, vasa templi Dei quae Nabuchodonosor pater eius abstulerat sublata, biberit in eis concubinis principibusque suis, laudans deos suos aureos & argenteos, ligneos & lapideos. Statimque in conspectu exierunt articuli manus hominis, & scripserunt in pariete Regis domus : qua visione turbatus Rex, cum omnes quos habuit curiosos, scripturam legere nequiuissent ; Daniel accitus, causam vasorum domus Dei, id factum fuisse Regem constanter oburgans, Scripturam etiam recitauit : Mane, Thecel, Phares, eamque interpretatus est, Mane ; Numerauit Deus regnum tuum, & impleuit illud. Tecei ; Ponderatus es & inuentus es minus habens. Phares ; Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Promissa itaque munita quae Daniel abnuerat, cum Rex contulisset Prophetam, impleto vitae cursu, vt praedictum fuerat, regnum reliquit Medis & Persis. Videant, videant superbi Reges, qui aulo mentis suae vasa domus Dei dupitentes, quae iussu ille ministris peccantibus tradidit sine vlla reuerentia contemntes, Deo, cuius nomine consecrata sunt, videntur contumelias irrogasse. Quorum finis vtrique incers est, quae non habet finem.

PR A E D I C T I O : *In eodem, dum eum de lacu leonum eruit, vt Christum Dominum ad Iudaeos.*

Praedictio facta & figurata. In Daniele credita & visa.

C A P V T XXXV.

Dan. 6. **I**N nona Darius Medus successit in regnum : qui cum Satrapas centum viginti statueret in regno suo, tres ei praepositos constituit. Daniel vnus erat ex tribus, gratiam habens in oculis Regis. Exquirunt inuidi aduersum Dei setum consilium, ac Regi persuadeant diebus triginta peritorem a nullo Deo vel homine, nisi a solo Rege esse poscendam : In eo penam interposita, qua si quis praecipuum Regis contemneret, in viuarium missus leonibus in eica dateatur. Quod praecipuum propositum repertis Prophetam, Dominum suum tribus temporibus diei solita oratione precatus est. De tenent vt contumacem Regi essentur, quem cum eripere inuidis non valeat, Deo suo Propheta sub hac confessione dimisit, qua eum de mortis periculo solus possit eruere. Quod & factum est. Ex hac autem constantia incenatus Rex, dum neque cibum, neque somnum caperet, diluculo ad videndum Danielem ipse perrexit. Quem viuum illisumque respiciens, Deo vero dans gloriam, educi de lacu praecipit, eosque qui Danielem criminati erant, in lacum misit, & deuotati sunt continuo in conspectu eius. In his etiam suppleta est propheta, dicens : *Qui foueam fudit proximo, incidet in eam. Et qui statuet laqueum proximo, peribit in illo.* Et ipse noster Iesus Dominus, in quo omnia ista figurata surgebant, per Prophetam dicit : *Foderunt ante faciem meam foueam, & incidit in eam. Et iterum : Misit Dominus inferiorum diuina suam & veritatem suam, & liberauit animam meam de medio catularum leonum.* In Decima : Propinquante fine temporis septuaginta annorum desolationis Hierusalem, quam per Hieremiam Prophetam Dominus praedixerat : Daniel cum omni fletu & ieiunio orationem fudit

pro se ac pro delictis populi sui, miserationem Domini implorans. Oranti Gabriel addidit Archangelus, eique futura mysteria reuelauit, septuaginta hebdomadas breuiatas esse in populo eius, & in ciuitatem sanctam, vt consummarentur peccata, & signarentur delicta, & vt finiat iniustitia, & adducatur iustitia sempiterna. Impleri quoque vitus Prophetarum, & vngi factum sanctorum ab exitu sermonum in respondendo. Et iterum adificabitur Hierusalem vsque ad Christum ducent. hebdomadae septem, & hebdomadae 61. Et rursum adificabitur platea & muri in angustia temporum. Et post hebdomadas septuaginta duas, interibit christus, & iudicium non erit in eo : vel sicut Hebraeus habet interpretes : Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipauit populus cum duce veniente, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmavit autem pactum desicis hebdomada vna, & in medio hebdomadae deficiet hostia & sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseueravit desolatio. Ad confutandum errorem Iudaeorum haec sibi reuelata scripta Daniel. Qui ergo expectant adhuc venturum Christum, credituri sunt Antichristo. Sic enim eos Dominus Iesus in Euangelio incepit, dicens : *Ego veni in nomine Patris mei, & non credidistis mihi : alius veniet in nomine suo, & ipsi credent.* Labore ingenioque magno beate memoriae Hieronymus, per supputationes annorum Regum Babyloniae, septuaginta hebdomadas, vsque ad nostrum Redemptoris natiuitatem Christi Domini annos quadringentos nonaginta perduxit, seu gens septem in restoratione templi hebdomadas, sexaginta & duas vsque ad Domini natiuitatem, & vsque ad Passionem ipsius, & vnam vastationis quae facta est a Vespasiano duce, vel Tito filio eius. Inimici igitur Domini Iudaei fallentes semetipsos, cum multiplicia prophetata de Christo ad quasque suorum Regum personas referre contendunt, huic Prophetae Danieli volentes, nolentesque colla submitunt : qui non tantum signa omnia supra scripta conscripsit, quantum etiam tempora ipsa aduentus Domini designauit. Quae omnia luce clariius impleta omnis iam mundus agnoscit. Gloriam igitur Christi Domini diffusam in gentibus, eumque, vt scriptum est, omnem terram adorantem, Iudaei adhuc credere nolunt, nobiscum inuentes impleri omnia, quae praedicta sunt oraculis Prophetarum. In vndecima eadem Prophetae reuelata sunt sub persona bellantium Regum, ipsius facta Antichristi, angustiaeque vltimi temporis, resurrexerit etiam mortuorum, qualiter impij, qualiter vel Sancti resurgant. Haec & Esaias, & Ezechielii ita ostensa sunt, quemadmodum eorum dicta Euangelica firmat authoritas. In duodecima spectaculum quoddam letissimum, non tantum Regi, quantum etiam spiritualibus mentibus exhibuit Daniel. Bel quippe idolum, quod omnes Babylonij simul cum Rege cultui habebant, magnos regis apparatus velut quotidie comedens, quos sacerdotes cum suis per occultum intrantes ostium consumebant : Daniel eorum fraude, subtili arte demonstrans, seti in pavimento templi cinerem suis praecipit. Signatis igitur foribus annulo Regis, in postero diem venientibus, non illa ab illo signamento consumi, vitorum ac mulierum impressa vestigia demonstrantur. Confessione etiam sacerdotum occultum est illud ostium proditum, per quod introeuntes omnia deuorant. Confractio itaque Regia iussione signamento, draconem, quem simul vt diuinum susceperant, sine gladio & fuste ita peremit Daniel, quemadmodum sciebat corruptibilem posse corrumperet : Docens & ostendens, vnum & solum verum Deum esse colendum, relictis vanis superstitionibus, quibus non tantum Babylonios, quantum etiam

Iud. 5.

Psal. 5.

Dan. 11. Esa. 37.

Dan. 14.

Eccel. 27.

Psal. 56.

Psal. 5.

Dan. 9. Hier. 29.

etiam totum mundum sub potestate dæmonum captiuum teneri Propheta cernebat. A quotum dominatu Christi Domini gratiâ liberandum, præconio etiam quo futuro tempore designauit. Sed quoniam, vt ait quidam, veritas odium parit (vnde & Paulus noster dicit: *Inimicus factus sum vobis verum predicans*) pro munere veræ religionis ostense, in lacum Babylonij deorandum Prophetam miserunt. Nec defuit diuina potentia, quæ & custodiam solitam suo, & prandium per eius socium ministraret inuisio. Cuius ob meritum gratiæ, ferales leonum impetus in ouium manufacturam commutauit. Educto itaque Daniele, cum Rex miraretur illæsum, inimici eius in escam leonum dati sunt vt periret. Non sine signo eius Domini hæc acta sunt qui prorsus orat, dicens: *Ne tradideris bestiis animam consistentem tibi*. Rugiens enim ille leo diabolum qui circuit quaerens quem deuoret, inimicos nostri Prophetæ Christi Domini quos reperit, accepta potestate consumit.

PROMISSIO: *In Ezechiele, manifesta resurrectio per Christum Dominum.*

Promissio facta & figurata.

CAPVT XXXVI.

EZechiel quoque Propheta inter cetera quæ arcana recondita scripsit, resurrectionem sibi ostensam, quæ futura esset mortuorum, hoc modo initiavit. In campum se quandam adductum, qui erat plenus ossibus mortuorum: Illic potentia verbi Dei vaumquodque os suis partibus coniungi, carnes, neruos, cutemque ascendere, eisque vitales auras infundi eo spiritu ipse vidit, quo nos futuram speramus & credimus resurrectionem. Multa quoque sub figura Regis Tyri de Antichristo narans, describit etiam ciuitatem, quæ congregatur in genibus & lapidibus vius Hierusalem cælestem. Cuius portam Orientalem clausam semper ostendit, dicens: *Hæc porta clausa erit, solus princeps sacerdotum transitus per eam, & ipsa clausa erit principi*: Mariæ virginealem veterum signans, quæ semper virgo integra protulit Saluatorem. Solus enim Christus Dominus, vt ait beata memoria Augustinus Episcopus, per intiolata matris virgine viscera, membra infantis eduxit, qui post resurrectionem per clausa ostia membra iuuenis introduxit: Solus peccatum non habens infantilis ætatis accessu, ipso dicente: *Ece venit princeps huius mundi, & in me nihil inueniet*. In hac captiuitate Babyloniz, etiam Esdras sacerdos & Propheta fuit, qui gratius in conspectu Regis dum esset, & cum silentem Rex aspiceret, quæ ex causa tristis esset ab eo perquirens, solennia regionis ac populi sui agi solere eo tempore firmat, à quibus se alienum esse dicebat. Dat Rex cundi licentiam, iubetque restaurari templum Dei. Veniens quoque Esdras ad Hierusalem zelo legis accensus, purgandam à vitis primitus plebem statuit. *Quoniam Rex sapiens*, vt Propheta dicit, *populus stabilimentum est*. Reperto itaque libro Moyssi, ostendit inter cetera, etiam hinc iram Dei fuisse succensam, quodd contra Dei mandatum ex alienigenis sibi populus accepisset vxores: persuasitque censura quæ valuit, suas quique cum filiis proiiceret mulieres. Nulla itaque tenenti carnali dulcedine, cum sibi vellet Deum esse propitium incunctanter quæ fuerant imperata, fecere, vt populi Christiani figuram ostenderet, quos admonet & princeps omnium sacerdotum dicens: *Si quis dimiserit domum, aut agrum, aut vxorem, aut filios causa nominis mei, & hic multiplicia accipiet, & vitam æternam consequetur.*

PREDICTIO: *In Esdra donus Dei, idest, per Christum Dominum restauratio.*

Prædictio facta & figurata. In Esdra credita & visa.

CAPVT XXXVII.

Templum quoque Dei dum restauraret Esdras, inuidiæ quorundam malorum qui socij fabricæ, nec tamen socij religionis esse voluerunt, cum eos incircuncisos non suleret Esdras, malitiosè Regi insinuantes, ab opere templi cessatum est vsque ad Cyrum regnantem. Qui diuino adus imperio, suppletis annis septuaginta, quos Hietemias ex ore Domini prædixerat, omnem populum, simulque & vasa domus Dei ex Babylonica captiuitate ad Hierusalem duxit, adiucens munera Rex, è quibus præcepit vt fabrica fingeret templi. Quod sub Dario præceptum vsque ad perfectionem eius quam Cyrus fieri & iussit, anni euoluti sunt quadraginta sex. De quibus Iudai, Domino restorationem sui corporis promittente, ac dicente: *Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*, non intelligentes illud dicti sacramentum, dixerunt: *Quadraginta & sex annis constructum est, & quomodo hoc dicit: Triduo suscitabo illud? A Salomone autem ac celeritate constructum est, qui omnia præparante eadè patre repererat. Non ergo Salomonis fabricæ in Esdra priora Iudai dixerunt, sed Eldæ, cui, ne perficeret, fuerat interdictum. Reparato itaque templo ac muro Hierusalem, iuxta Danielis tempora constituta (quo exortate simul cum Zacharia populus mansit in Hierusalem) septuaginta hebdomadarum vsque ad Christi Domini natiuitatem, vt supra diximus, tempora concurrerunt. Cuius indulgentiæ, etiam nunc animæ de captiuitate seculi in compunctione cordis suppletâ mensurâ, gratiâ & misericordiâ liberantur. Iucundantur enim pro illis diebus, quibus sunt humiliati, quibus viderunt mala, donec aspiciat Dominus super seruos suos & opera sua. Seruiamus igitur Domino in timore, & exultemus cum tremore, quosque redueamus ad ciuitatem, quam Rex & Sacerdos noster restituit Hierusalem cælestem, vt in templo corporis eius, quod triduo suscitauit, sacrificium landis iugiter offeramus.*

PREDICTIO: *In eadem cum in figura Ecclesiæ parabolam patuit.*

Prædictio facta & figurata. In Esdra credita & visa.

CAPVT XXXVIII.

Rex Babyloniz Artaxerxes dum duos vellet exercere captiuos, tres elegit prudentes Iudæos, quorum sententias Esdras sacerdos scripsit. Vnus vinum omni rei prætulit: Alius Regem: Tertius Zorobabel mulieres, ac super omnia veritatem. Qui cum suas sententias protulissent, lapientior omnibus iudicatus est Zorobabel, qui mulieres, ac supra omne veritatem ast uterat. Et re vera quid muliere fortius? quæ primum Adam ita illuxit virum, vt Dei præcepta contemneret? quid fortius muliere: cuius species omni se cupiditate extollit. Quid fortius muliere? quæ & regiam fortitudinem emollit, & virum. Quid etiam in bono, fortius muliere, quæ credit integrum se Christum parere veritatem. Quid fortius muliere? quæ fugientibus discipulis, mysteria ipsius Crucis intrepidâ ac plenâ fiducia asperxit. Quid fortius muliere? quæ prima præ omnibus viris excurrentes, videre meruit Dominum resurgentem? Quæ cum in typo Ecclesiæ hæc Esdras scripserat, subsecuta est etiam actio figurata: Hester enim quæ à Mardochoo fuerat in filiam educata, dum suam regiam Mardocheus curaret, à Deo qui exaltat humiles ad regiam Hester perducta est dignitatem. Hæc cum populum suum, agente amico Regis Aman causâ Mardochei, damnatum intellexeret morti, gladiusque eorum ceruicibus immineret, animam suam

Hester

Hester 5.

Hester pro suo populo ponens, inuocato diuino auxilio penetrata Regis ingressa est, quò multum non vocat accedere non licebat. Quam cum Rex indignatus aspiceret, illa quoque tacuisset: Conuerit, dictam est, cor eius Deus in lenitate, eique Rex multa bona promittens, dum eius salutem reparare contenderet, ad conuiuium cum Aman venturum se, vt Regina popo-

Hester 7.

cerat, non negauit. Illic narrans quò secum & cum suo populo acta erant, Aman eo ligno crucifigi Rex iurauit, quo Mardocheum idem Aman suspendere statuerat innocentem. Vt qui cogitant in me nequissima,

Sap. 2.

sicut ait Propheta, super ipsos voluerunt. Sic Ecclesia sancta ligno Crucis perinit inimicos. Sic fe pro suis, periculis huiusmodi opponit. Sic datus in morte, suis laboribus vitam conferendo ministrat: vt pro Regina, quæ à suo Rege sponso & Domino admonetur, eique dicitur: *Læta es, qui ducitur ad mortem: & redine eos qui occiduntur.* Cuius beneficiorum refugia, ipsi quoque eius appetunt inimici. Nec impari etiam loco Iudith sancta, ordine Rbfi quente ponitur, quæ etiam ipsa figuram sanctæ Ecclesiæ personamque significat. Nam cum dux militiæ Regis Babylonis Belulium Holofernes obsequio eius cinxisset, sublatique aquis sui totam affligeret ciuitatem, primores eius in dedicationem statuerunt tradere Holoferni. Hæc disponentibus Iudith obstitit, paucorum dierum inducias poscens. Quibus ieiunium orationibusque supplicem Regem Regam & Dominum domnotum exorauit. Exiit igitur veste viu-

Proul. 24.

ualium, sese omni ex parte, mente, corpore, moribusque compos, est mirabilem cunctis exhibuit: eo vta consilio, quo, custoditæ Deo credidit pulchritudine captum hostem posse perimere, suam pudicitiam illo seruante, qui dator & custos est castitatis. Quæ cum illa caput hostis afferret, quam viri non valuerant, femina patriæ reddidit liberatam. Nostram, vt diximus, cuius hæc figuram gestabat, si agnoscat Ecclesiam, vides quemadmodum postea quam eius Christus Dominus passus resurgens ascendit in cælum, omni meritis & veste viu-

Iud. 7.

alium depulsa, sit induta pulchritudine ab eo, de quo in Esaia Propheta dicit: *Induit me vestimento salutari, & stola inuoluitur circumdedit me, sicut sponsam ornata mobilibus suis.* Missa est enim & hæc in vulnere capitis inimicorum, quoniam corpus illius est qui confregit caput draconis magni. Non pepercit & hæc animæ suæ sicut illa, quoniam ipsa est quæ dicit per Ioan-

Iud. 8.

nem Apollolum: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, ita & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Quod fecisse in sanctis martyribus constat, quæ est benedicta apud omnipotentem Deum.

Iud. 13.

PRÆDICTIO: *In Machabæis, qui & martyria, & ipsam Christum Regem natum susceperunt.*

Esa. 6.

PRÆDICTIO facta & figurata. In Machabæis credita & visa.

I. Ioan. 3.

CAPVT XL.

Tob. 1.

Tob. 4.

Tob. 2.

Tob. 5.

Tob. 7.

Tob. 8.

Tobias quoque captiuus apud Ninium fuit ea regione sua patientia præditus, quia sciebat iram Domini æquo animo sustinendam. Dignis operibus confessionibusque satisfaciens Deo, moribus quoque sanctis filium erudiit. Cui in manibus dediteque penuniam paupertatis, neque labores diuturni exilij formidandos, si modò in mandatis Domini perseuerans discederet ab omni iniquitate, & benè ageret. Et hæc salgente iustitia interioris luminis itinera dum cæcus corpore, filio recta monstraret, Raphael Archangelus missus à Deo, non tantùm captiuus solatia, quantum etiam beneficia cælestia orantibus ministravit: Filio pro recipienda pecunia ducatum prætans filiam Raguelis ei vxorem dedit, à qua Astinodum demonium nequissimum ex pul. tqoi illi iam septem occiderat viros. Reductus locuples cum vxore filius, ipsi quoque Tobiz ex iccinoribus piscis quibus & dæmonem fugauerat, oculorum maculas auferens, pristinum red-

didit visum. Eosque monuit semper glorificare Deum, & in bonis operibus permanere. Hic Tobias Christum Dominum inter cætera præconia sua laudis prophetauit, dicens: *Nationes multa de longinquo ueniunt, habitatores à nouissimis partibus terra ad nomen Domini Dei,*

Tob. 14.

& munera sua in manibus habentes Regi cælotum offerent cum lætitia, quod nos nunc videmus impleri. Myticum vero actionis huius hoc est, quod ex interioribus piscis & dæmonum fugatus est, & Tobias illuminatus. Hoc agit piscis magnus ex Pallione sua Christus purgans Mariam, à qua expulsi se preda moni: animæ sic captæ desperationem tollens, quam sepretem Spiritus nequiores dum vexauerunt, purgati, sanatique etiam talem necesse est per iccinora nostri piscis, si cœnitens reuera intelligat, quia ex illa spiritus maligni fugentur, eosque caueat inimicos: Nam spiritus malus, est spiritus superbie: nequior illo similitudo humilitatis. Spiritus malus, spiritus inuidiæ: nequior illo similitudo charitatis. Spiritus malus, spiritus mendacij: nequior illo similitudo veritatis. Spiritus malus, spiritus luxuriæ: nequior illo similitudo castitatis. Spiritus malus, spiritus auaritiæ: nequior illo similitudo misericordiz. Spiritus malus, spiritus impetantiæ: nequior illo similitudo parcitatis. Spiritus malus, spiritus erroris: nequior illo similitudo religionis. His igitur possessa, cum sint posteriora eius deteriora prioribus: piscis nostri liberatur medicina: *quia ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia.* Qui tributum pro se & pro Petro, cæcato lumen reddidit Paulo, fatians ex se ipso in litore delictipolos, & toti fe offerens mundo ixbus. Namque Latine piscem sacris literis maiores nostri hoc interpretati sunt ex Sibyllinis verbis colligentes quod est Iesus Christus filius Dei Saluator, piscis in sua Passione decoctus, cuius ex interioribus remediis quotidie illuminamur, & pacificum.

Luc. 7.

Luc. 11.

Rom. 5.

Ioan. 21.

PRÆDICTIO: *In Machabæis, qui & martyria, & ipsam Christum Regem natum susceperunt.*

PRÆDICTIO facta & figurata. In Machabæis credita & visa.

CAPVT XL.

POST redditam libertatem ex captiuitate Babyloniz, Machabæi ducatum Hebræo populo præbuerunt. Quorum virtus ita enituit, non tantum Macedones & Ptolomæus Rex Agypti, quantum eos ipsi Romani in amicitiam federa co uocauerunt. Illic caput Iudæos in quadam parte quam Romani iam ceperant, Antiocho regnante, præclara illa femina Machabæorum mater, pro spe æternæ uitæ, legitimisque suis, ne vetitas carnes suillas filij sui tangerent, vno die septem martyres edidit Deo, quos terra contempta non huic mundo, sed ipsi peperit cælo: suo exemplo nos admonens peruenita contemne, appetere sempiterna, velocius finiendi finire, quò possent certantes ante vincentes illud apprehendere, quod non habet fire. Sic ipsa stromi secutora, filios præmisit ad vitam, quam veram sciens, omnique metu carentem, sibi suisque filius fili leli testimonio acquisiuit. Propter quam & alios in bello mortuos Iudas Machabæus duodecim millia talentorum Hierosolymam misit offerre sacrificium pro mortuis, benè & optime de resurrectione cogitans. Hac exortatione Sancta Ecclesia suos agit filios, quibus contemptum mortis inculcans ad veram vitam Christum transire compellit, vt sit ipsa in regno Dei perfecta cū filijs qui ei dicunt: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fame? an nuditas? an periculum? an gladius?* Sanè apud Machabæos vltimus dixit & Pontifex fuit Hicanus: Nam stratus eius Aristobulum Pompeus magistratus populi Romani dum Hierosolymam expugnaret, vincitum cum liberis Romam misit, sicut Iosephij narrat historia: Impleta tamen Iacob Patriarchæ propheta dicentis: *Non deficiet prin-*

Mach. 7.

I. Mach. 13.

Rom. 8.


Genesi. 49.

ceps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui deposita sunt omnia, & ipse erit expectatio gentium. Intuemur quiescente ordine Regum Iuda & Israël, vel Leuitico sacerdotio, cum Herodes Rex alienigena Hebræo populo imperauit, cessante etiam vnctione, quam Daniel Propheta prædixerat cessaturam: ne vnctos Reges vel Sacerdotes sequeretur ille populus, præsertim veniente Rege & sacerdote Christo, qui est expectatio gentium. Herodes igitur (cuius patrem ex Idumæis, matrem vero ex Arabia fuisse idem Iosephus dicit) à Cæsare Augusto attributum sibi illius gentis, eo tempore sumpsit imperium, quo Cæsar pacati orbis totius sub edicto descriptionem fieri præcepit. Itaque eo anno professionis illius quæ facta est prædiæ Syriæ Cirino, natus est Christus Dominus, in qua descriptione venit & Paulus. Sic enim intelligendum est, quod Tribuno

Lyfiæ dixit: Ego autem natus sum Romanus. Omnes enim pretio comparabant huius nominis dignitatem. Hic verò Iudæus cum dixit natum se esse Romanum, clariùs ostendit in illa se descriptione venisse. nato iam præcursore & præcone Domini Regis & Iudicis, à quo tempus gratiæ iumpfit initium. Huc vsque, iuuante Domino, sub lege figuratas promissiones prædictaque vt datum est, colligere valui. Secundùm & hic tempus, velut secundum diem ex quatuor partibus mundi surgente Prophetarum Patrum, orientali plaga migrante Esaia, Hieremia, Ezechiele ac Daniele tribus in partibus constitutis, duodenario & hic Prophetarum minorum tanquam horarum numero diem secundum velut in vesperum concludens, vt tempus tertium manifestatæ gratiæ simul cum ipso æterno die adscriptis capitulis, tertia pars libri sumat initium. Amen.

Act. 22.

Luc. 1.



D. PROSPERI AQUIVITANICI,
EPISCOPI RHEGIENSIS
De Promissionibus, & Prædictionibus Dei.

PARS TERTIA.
DE TEMPORE GRATIÆ.
PRÆFATIO.



QUONIAM Christi Domini gratia rutilante, illustrans iam mundus eluxit, non reos adhuc, vt supra factum est, figuratas promissiones, seu prædicta discutimus, huic tertiæ parti prælati capitulis consignare. Præsertim quia læque omnis & prophetia Christum Dominum sonuit & Ecclesiæ. Cuius cælestis Regis & Iudicis aduentum, præconia omnium spirituum eo ordine nuntiatur, quo per linguas etiam inimicorum suorum veritas clamaret. Quia & demones credunt & contremiscunt, falsique sunt præsentis. *Scimus qui scis qui aduenisti ante tem-*

pustorquere nos. Quare, iuuante Domino, placuit huic operi non tantum eorum vaticinia inserere, qui Dei spiritu acti sunt, quantum & eorum, qui certantio spirituum seductione decepti, *cognoscens Deum non sicut Deum glorificauerunt.* Pauca itaque de multis expendens, & quedam Sibyllæ vel quorumcûque congruè Christo Domino dicta subiungens, primo in loco Ioannem præconem præconem præconemque ipsius singularis Regis & veri Iudicis introducimus. Cui testimonium ipsa Veritas præbuit, quod *in natis mulierum nemo exprophetat maior Ioanne Baptista,* in quo lex omnis & prophetia cessauit.

Iacob. 1.
Luc. 4.

PARTIS TERTIÆ ARGVMENTA.

1. PROMISSIO: De Ioanne Baptista Præcursore Christi.
2. PROM. De calo venturi Regis & Iudicis Christi.
3. PROM. De Verbo Dei & homine.
4. PROM. De nato Christo ex Virgine.
5. PROM. De Christo pefio in præsepio.
6. PROM. De stella signo.
7. PROM. De pace & salute Nasiniatis eius.
8. PROM. De fuga in Aegyptum.
9. PROM. De parulis pro Christo occisis.
10. PROM. De Christo, quod in templo ex Esaia Iudæos conuincit.
11. PROM. De vncto Christo per columbam.
12. PROM. De electione Discipulorum.
13. PROM. De miraculis Christi.
14. PROM. De christo, quod mare pedibus ambulauit.
15. PROM. De Christo, quod populos mirabiliter paut in eremo.
16. PROM. De Christo, quod portatus a stello est.
17. PROM. De Christo, quod expulsi de templo mercatores.
18. PROM. De traditore Christi ostenso.
19. PROM. De iniuriato Iesu.
20. PROM. De Christo spinis coronato.
21. PROM. De Christi cruce & vulneribus.

22. PROM. De eo, quod inter latrones crucifixus est.
23. PROM. De vestimentis sorte diuisis.
24. PROM. De felle & aceto.
25. PROM. De Christo lancea in latere percusso.
26. PROM. De obscuro Sole in Passione.
27. PROM. De sepultura Christi Domini.
28. PROM. De Sanctorum corporibus in morte Domini suscitatis.
29. PROM. De die tertia Resurrectione.
30. PROM. De incredulis Discipulis increpatis.
31. PROM. De Ascensione Christi in cælum, & donis Spiritus sancti.
32. PROM. De exortu Ecclesiæ.
33. PROM. De testamento, cantico & homine nouo.
34. PROM. De Martyribus.
35. PROM. De vocatione Gentium.
36. PROM. De fide Regum.
37. PROM. De iugo legis Christi, quod Reges, gentesque acceperunt.
38. PROM. De subuersione idolorum, atque templorum.
39. PROM. De mensa Christi generali Regibus & pauperibus.
40. PROM. De Euangelio omnibus gentibus prædicato, & sine.



TEMPVS GRATIÆ.

PROMISSIO I. IMPLETA.

De Ioanne Baptista præcurfore Christi.

SAIAS Propheta: Vox, ait, clamantis in eremo, parate viam Domino, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis riuus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt tortuosa in directum, & aspera in viam planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. Firmat hæc Ioannes Euangelista, dicens: Hoc testimonium est Ioannis de Christo, quando ad eum miserunt Principes sacerdotum interrogantes, verum ipse esset Christus. Et confessus est, non negavit, dicens Quis non sum. Quis ei dixerunt: Hælius es tu? & dixit, Non. Quis ergo es? ait: dicens, ut habeatis renuntiare his, qui nos miserunt. Quid de teipso dicit? qui dixit: Ego sum vox clamantis in eremo, parate viam Domino, sicut dicit Esaias Propheta. Testatur & Petrus in Actibus Apostolorum, dicens: Cum impleteret cursus, Ioannes dicebat: Quem me suspicabimini esse, non sum ego, sed ecce venit post me, de cuius pedibus non sum dignus scilicet corrigiam calciamentorum eius. Fatetur & Sibylla Erythraea, dicens. Iudicij signum tellus sidore madescit. Iam aquantur campis montes, & carula Ponti. Sequæ ipsam exponit s adiuuunt. Non erit in rebus hominum sublime, vel altum. Quod impletum per Christum Dominum ipsi cognoscimus & videmus.

Eia. 40.

Ioan. 1.

Act. 7.

Aug. de ciuit. Dei. li. 18. cap. 1. videatur pro Sibyllarum dictis hæc adductus.

Euangelista, dicens: Missus est Gabriel Angelus ad Virginem desponsatam, cui nomen erat Maria, qui & ingressus sic eam salutauit: Ave, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Et paulo post: Spiritus sanctus, ait, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Testatur & Paulus, dicens: Cum autem venisset plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere: Hebraeam locutionem sequens, quæ omnes fœminas mulieres nominat. Fatetur & Sibylla:

Luc. 1.

Gal. 4.

Ecl. 4.

Deum cernent, inquit, incredulus, atque fidelis. Dicit Maro: Iam noua progenies celo demittitur alto. Iam redit & virgo. Redit, dixit, quia virgo adhuc Eua mortem intulit mundo: rediens virgo Maria protulit Saluatorem.

PROMISSIO V. IMPLETA.

De Christo in præseppe posito.

SAIAS Propheta: Agnouit, ait, hos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Et in medio, inquit, asinum animalium cognosceris. Firmat hæc Lucas Euangelista dicens: Cum autem impleti sum dies Mariae, peperit filium, & panis enim inmoluit, & posuit in præsepe, quoniam non erit locus in diuersorio. Et Angelus ad pastores: Natus est vobis, ait, Christus in ciuitate, Dominus in ciuitate David, & hoc vobis signum. Inuentis infantem panis obolutum & positum in præsepe. Testatur & Paulus, dicens: Pauper factus est, cum diues esset, ut eius paupertate nos disceremus. Fatetur & Sibylla: Cum iacei in cultus densis cum vepribus Orbis.

Esa. 1.

Abac. 3.

Luc. 2.

2 Cor. 8.

PROMISSIO II. IMPLETA.

De celo venturi Regis, & Iudicij Christi.

Auid Propheta: A summo celo, ait, egressio eius. Et iterum. Regnum tuum, regnum omnium seculorum. Item: Ipse regnabit Dominus super omnes gentes. Et Esaias: Regem cum claritate & videbitis. Item: Ecce Rex tuus, ait, venit sedens super nubem leuem. Carnem scilicet nullum pondus habentem peccati: Firmat hæc Euangelium Mathæi, dicens: Magi ab Oriente venerunt dicentes. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Testatur & Paulus. Regi, ait, seculorum. Et iterum: Offeret beatus & solus potens Rex Regum, & Dominus Dominorum. Fateturque Sibylla.

Psal. 18. & 144. Psal. 46. Esai. 33. & 19.

Math. 2.

1. Tim. 6. & 6.

PROMISSIO III. IMPLETA.

De Verbo Deo & homine.

Auid Propheta: Misit, ait, verbum suum, & sanauit eos. Et Hieremias: Hic Deus noster, & non est alius absque eo, qui inuenit omnem viam prudentia, & dedit eam Iacob electo sibi, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et Abacuc Propheta: Ambulauit, ait, Verbum, & exiit in campos. Firmat hæc Ioannes Euangelista, dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Testatur & Paulus: Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo; sed se neipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inueniens ut homo. Fateturque Sibylla.

Psal. 106. Baruch. 3.

Abac. 2. Ioan. 1. Phil. 2.

PROMISSIO IV. IMPLETA.

De nato Christo ex Virgine.

SAIAS Propheta: Ecce, ait, Virgo in viro accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretum, Nobiscum Deus. Firmat hæc Lucas

Eia. 7.

PROMISSIO VI. IMPLETA.

De stella signo.

BLAAM Propheta ex gentibus, Orietur, inquit, stella ex Iacob, & exurget homo ex Israël, & confringet omnia regna terra. Esaias Propheta: Gentium populus, ait, sedens in tenebris vidit lucem magnum. Et David dixit: Reges Tharsis & insula munera offerent, Reges Arabia & Saba dona adducent. Item Elaias: Omnes à Saba venient, ferentes aurum, etus & lapidem pretiosum, salutare Domini bene nuntiabunt. Firmat hæc Mathæus Euangelista dicens: Ecce stella quam viderant Magi in Oriente, præibat eos, donec venisset super locum, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gaussi sunt gaudio magno. Ingressi itaque inuenerunt puerum & matrem eius. Aperisque thesauris obtulerunt ei munera, aurum, & vt Regi: thus, vt Sacerdoti: & myrrham pro dominica sepultura. Testatur & Paulus: Deus, inquit, qui dixit de nobis lumen clarescere, claudit in cordibus nostris: ad illuminationem gloria scientia eius Christi Iesu. Fateturque Sibylla, dicens.

Num. 14.

Esa. 9.

Psal. 71.

Esa. 66.

Matth. 2.

1. Cor. 4.

Exuret terras ignis, pontum, populunquæ.

Dicit & Maro quædam congrua.

Stella facem ducens multa cum luce currit: Muneribus circumlant, & sanctum sidus adorant. Æneid. 1.

PROMISSIO VII. IMPLETA.

De pace & salute Natiuitatis eius.

PER Esaiam Prophetam: Datus est, ait, nobis filius. Et paulo post: Adducam pacem super principium eius, pax & salus illi magna est, potestatis & pacis eius non erit terminus. Firmat hæc Lucas Euangelista dicens: Continuo facta est cum Angelo multitudine exercitus caelestis, laudantium & dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Et ipse: Facem meam, ait, d vobis, pacem meam relinquo vobis. Testatur

Esa. 7.

Luc. 1.

Testator & Paulus Apostolus, dicens: *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum.* Fateretur & Marco: *Pacemque reges parvis virtutibus orbem.*

PROMISSIO VIII. IMPLETA. De fuga in Aegyptum.

PER Oseam prophetam: *Ex Aegyptu, ait, vocavi Filium meum.* Hoc firmat Evangelista Matthæus: *Angelus Domini, ait, apparuit Ioseph in somno, dicens, Surgens accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: Quæsiturus est enim Herodes puerum, ut eum perdat.* Ad hoc enim in Aegyptum Christus introductus est, ut, sicut Apostolus Paulus dicit: *vbi abundavit delictum, superabundaret gratia.*

PROMISSIO IX. IMPLETA. De parvulis pro Christo occisis.

IN Hieremia Prophetam: *Vox, inquit, in Rama audita est, sicutus & ululatus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.* Et per David dicens: *Innocentes & recti adhaeserunt mihi.* Item alibi: *Ex ore infantium & lactentium profecisti laudem.* Firmat hæc Evangelista Matthæus. *Herodes verò, ut vidit quia illudisus est à Magis, iratus est valde, & misit, & occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus regionibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exegisset à Magis.* Testatur & Ioannes in Apocalypsi: *Hi sunt, d'atum est, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas, & candidas esse fecerunt in sanguine Agni.* Numerusque eorum ex omni tribu Israël ostendit esse centum quadraginta quatuor milia singulorum: quos etiam à nolente Hierusalem Christus suum non locavit, quia, sicut Paulus dicit: *Quos prædestinavit, illos & vocavit.* Ad hæc Marco: *Infantumque anime stantes in limine primo.* Item: *Ipsa tibi blandos fundent emebula flores.*

PROMISSIO X. IMPLETA. De puero Iesu, qui in templo seniores Iudeorum ex Esaiâ Prophetam conicit.

ESAIAS Prophetam ex persona Christi Domini; *Spiritus Domini, ait, super me. Propter quod unxit me, bene Evangelizare pauperibus misit me, curare contribulatos corde, prædicare captivum remissionem & cæcis visum.* Firmat hæc Evangelium Lucae, dicens: *Venit Iesus in templum & accepit librum Esaiâ, qui cum legisset ea quæ supra posita sunt, ait illis: Amen dico vobis, quia hæc impleta est Scriptura ista in auribus vestris.* Et mirabantur omnes qui erant in templo, dicentes: *Quomodo hic legit, qui literas non didicit?* Testatur Apostolus Petrus: *Non enim, ait, voluntate humana allata est unquam prophetia, sed Spiritu sancto atque locuti sunt homines Dei.* Dicit & Paulus: *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu.*

PROMISSIO XI. IMPLETA. De Christo vincto per columbam, posteaquam cum Ioanne in Iordane baptizavit.

ESAIAS Prophetam: *Exaltabuntur, ait, deserta Iordanis.* Et sequitur: *Pleni me videbit alitudinem Dei, & claritatem Domini.* Dicit & David: *Fluviois impetus laticifera civitatem Dei.* Item ipse, *Fixit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Firmat hæc Evangelium Matthæi, dicens: *Venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ut baptizaretur à Iohanne.* Et prohibebat eum Iohannes dicens: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.* Respondit ei Iesus: *Sine modo, sic enim decet implere nos omnem iustitiam.* Tunc unxit eum, & baptizatio Iesu, statim ascendit de aqua, & aperti sunt ei cæli; & vidit Spiritum sanctum descendentem de caelo sicut columbam, & mansentem super eum. Et vox facta

est de caelo, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui.* Testatur in hoc Petrus Apostolus, dicens: *Et hæc vocem audivimus de caelo delatam, cum effemus cura illo in sancto monte.* Tertio enim hæc de caelo sonavit vox, sicut notat qui Evangelia intelligunt vel audiunt. Per columbam tam vinctonem intelligit, qui nonit post diluivum tantum olea columbam ad arcam potasse.

PROMISSIO XII. IMPLETA. De electione discipulorum.

PER Hieremiam Prophetam: *Mittam, inquit, ad eos piscatores & piscabuntur eos, & venatores & venabuntur eos.* Firmat hoc Evangelium Matthæi; *Invenit Iesus, ait, Simonem Petrum, & Andream fratrem eius, iuxta mare Galilæa componentes maria. & ait illis, Venite post me, & faciam vos piscatores hominum.* Venit itibus dedit montes altissimos cæru; & Petram resusum erinacis, & leporibus; Piscantibus verò, volucres cæli, & pisces maris; qui perambulant semitas maris. Quod breviter exponit David dicens: *Principes populorum conveniunt cum Deo Abraham.* Fateretur & Silyia. *Celsum cum sanctis aut iam terminis in ipso.*

PROMISSIO XIII. IMPLETA. De Miraculis Christi.

ESAIAS Prophetam: *Exhortamini qui estis pessillanimes, confortamini & iam nolite timere.* Ecce enim Deus noster revivificabit iudicium, ipse veniet, & salus vos faciet. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc sciet claudus sicut cæcus, & plana erit lingua mutorum. Firmat hoc Evangelium: *Marci dicens: Veniunt discipuli Ioannis missi ab eo ad Iesum, & dicunt ei: Hæc dicit magister. Tu es qui venisti, an alium expectamus? Respondit eis Iesus: Ne, dicit Ioanni quæ vidistis & audistis. Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, leprosi mundantur, pauperes evangelizantur; & beatus qui non scandalizatur in me. Testatur & Petrus in Actibus Apostolorum: *Iesus, ait, qui venit benefaciens & curans in plebe omnem infirmitatem, quia Deus erat in eo.* Dicit ad hæc & Marco. *Ipse deum vitam accipiet.**

PROMISSIO XIV. IMPLETA. De Christo, quòd mare pedibus ambulavit.

DAVID Prophetam: *In mari est via tua & semita tua in aquis multis.* Dicit & Abacuc: *Dispergens aquas itineris dedit abyssum vocem suam.* Firmat hæc Evangelium Matthæi, dicens: *Quarta autem noctis vigilia venit Iesus ad discipulos suos ambulans supra mare.* Videntes verò eum discipulos timuerunt, dicentes: *Phantasma est.* Accedens autem ad eos Iesus dixit eis: *Ego sum, nolite timere.* Salomon etiam dicit: *Didisti in mari viam, & iter fluctibus sensitum firmissimum.* Ostendens quoniam poterit etiam sine rate transcentes mare feruare: *Quod etiam in Petro Iesus fecisse cognoscitur.* Testatur & Paulus in naufragio astitisse sibi Iesum dicentem: *Ne timeas, Paule! ecce enim donavit tibi Deus omnes qui tecum navigant.* Et quibus nullus superinducta ad utroque respondit: *Exuret terras ignis, pontum populorumque.*

PROMISSIO XV. IMPLETA. De Iesu, quòd mirabiliter populos pavit in deserto.

DAVID Prophetam: *Satiavit, ait, animam inanem, & cibabit te hereditate patris sui Iacob.* Firmat hæc Evangelista: *quòd Iesus iussu discipulis suis quinquagenos in fœno discumbere; Et ex quinque panibus & duobus piscibus, hominum quinque millia pavit in deserto.*

Item 14. Epist. 2. Eclog. 4. Osee 11. Matth. 2. Rom. 5. Hier. 31. Hier. 31. Hier. 31. Apoc. 7. Rom. 1. Ezech. 6. Eclog. 4. Esai. 61. Luc. 4. Matth. 6. Petri. 1. Ephes. 1. Esai. 44. Psal. 44. Psal. 44. Matth. 3.

1. Petri. 1. Genes. 8. Hier. 16. Marc. 11. Psal. 103. Psal. 8. Psal. 46. Esai. 46. Eclog. 31. Marc. 11. Act. 1. Eadem Eclog. Psal. 76. Abac. 3. Matth. 14. Sap. 14. Act. 17. Psal. 106. Esai. 48. Matth. 14.

eremo, & ex reliquis dodecim cophini repleti sunt. Testatur & Paulus: *Omnes enim de uno pane participamus. Et iterum: Sanctificamur in omnia per verbum Dei & orationem.* Et ad hoc liguam supradicta Sibylla resonat.

PROMISSIO XVI. IMPLETA.

De Iesu, quod portatus a seculo est.

Zach. 9. **Z**acharias Propheta: *Dicite, ait, filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi iustus & saluans, ipse mansuetus sedens super asinum & pullum nouellum.* Hæc omnes Euangelistæ confirmant, quod Iesus federit in pullo aſinae, eique indumenta sua populus stiterit. In hoc factio Iesus Cornelium ostendit ex gentibus venientem ad fidem, in quo fedit gratia vocantis. Quoniam in disco illo gentes mundatas Petro Dominus ostendit, credente Cornelio.

PROMISSIO XVII. IMPLETA.

De Iesu, quod de templo Dei expulsi peccatores.

Matth. 23. **P**er Dauid Prophetam ipse dicit: *Comedi me zelus domus tue, quoniam obliui sum verborum tuorum inimici mei.* Item ibidem: *Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentiam Domini.* Et hæc Euangelistæ confirmant: Iesum Dominum ex flagello reticulæ & mensas nummulariorum eiecit, dicens: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Testatur & Paulus: *Si quis, inquit, templum Dei violauerit, violabit illum Dominus.* Et iterum: *Scripta autem sunt hæc ad correptionem nostram, in quos finis seculorum obuenit.* In quo etiam amatores pecunie notat inter cætera, & proditores, qui, ut columbas, innocentes prodendo distrahunt: Hinc est etiam illud Maronis.

Paulatin ac decolor atas,

Et belli rabies & amor successit habendi.

PROMISSIO XVIII. IMPLETA.

De Christo Domino, qui sui traditorem ostendit.

Psalm. 40. **P**er Dauid Prophetam ipse dicit: *Qui edebat panes meos, amplificauit super me calcaneum.* Item ibi: *Egredebatur, ait, foras: & loquebatur in eodem, aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant milia mala.* Et iterum: *Si inimicus maledixisset mihi, suscepiuissem uitae: & si is qui oderat me, super me magnum dixisset, absconderit me & notius ab eo.* Tu autem homo uianimis, *dux meus & uotus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Et aperituis: Traditus sum, ait, & non egrediebar.* Dicit & per Zachariam: *Dederunt mercedem meam triginta argenteos.* Hæc omnes Euangelistæ confirmant: quod Iesus Dominus discumbentibus discipulis dixerit: *Scitis quia vnus ex uobis tradet me? Cumque singuli dicerent: Numquid ego sum Rabbi? ait, cui tinnam buccellam dedit, ipse est.* Dicente uero Iuda: *Numquid ego sum magister? ait illi Iesus: Tu dixisti. Et continuo cum accepisset buccellam, introiit in eum Sathanas.* Et abiit, & exiit foras, ut eum traderet Iudeis. Et iterum abiit Iudas, & retulit argentum principibus sacerdotum, dicens? *Peccatum tradendo sanguinem iustum.* Testatur & Paulus: *Dominus Iesus, ait, ea nocte qua tradebatur, accepit panem: & cætera quæ usque ad traditionem acta sunt.* Fatereturque Sibylla.

Tradetur, fontes aeterna flamma cremabit.

PROMISSIO XIX. IMPLETA.

De consumeliis in Iesum.

Esa. 50. **P**er Esaiam Prophetam: *Ipse dorsum meum, ait, posui ad flagella, maxillas uero meas ad palmas, faciem uero meam non auerit a fœdiate spurcorum.* Et Hieremias dicit: *Dabit percussenti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Et hæc omnes Euangelistæ confirmant; quod flagellatum Iesum eis Pilatus tradidit crucifigendum,

eique palmas & colaphos dabant, dicentes, *Propheetiza nobis Christe, quis te percussit? Testatur in his & Petrus Apollus dicens, Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius.* Qui cum malediceretur, non uenale dicebat: cum pateretur, non murmurabat; comminabat autem iudicanti se iniuste. Fateretur Sibylla alia: *In manus, inquit, impiorum postea ueniet, dabunt Deo alapas manibus insectis, & imputato eorum expient uenatos spuitos.* Dabit uero ipse ad uerba sanctum dorsum, & colaphos accipiens tacet; & que agnoscat quod Verbum, uel unde ueniat, *Neque omnia impleta in Ch. isto Domino, omnis iam mundus agnoscat.*

PROMISSIO XX. IMPLETA.

De Christo spinis coronato.

Psalm. 31. **P**er Dauid ipsum; *Conuersus sum, ait, in erumam, dum infigeretur spina.* Et hoc Euangelistæ confirmant, quod spineam coronam imposuerunt capiti eius: & crucem suam portans exiit. Hoc etiam alius ille agnauit, qui in spinis comibus detentus immolatus est pro Isaac Fateretur & Sibylla: *Vt inferis loquatur, & corona spinæ coronetur.*

PROMISSIO XXI. IMPLETA.

De Christi cruce & uulneribus.

Esa. 53. **E**saias Propheta: *Sicut ouis, ait, ad uictimam ductus est, & sicut agnus coram uidente se, non aperit os suum.* Et iterum: *Pro iniquitate pacis mei ductus est ad mortem.* Dicit & per Dauid: *Foderunt manus meas & pedes; dinumerauerunt omnia ossa mea;* Hieremias etiam dicit: *Ante faciem nostram Christus Dominus comprehensus est in corruptione: eorum.* Item ipse: *Uenit, ait, mittans lignum in panem eius.* Fittant hæc omnes Euangelistæ, quod uenientes ad locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluarie locus, *ibi eum crucifixerunt.* Testatur in hæc Petrus Apollus dicens: *Precata nostra perulit in corpore suo super lignum.* Dicit & Paulus: *Et si crucifixus est ex infirmitate; sed uiuit in uirtute Dei.*

PROMISSIO XXII. IMPLETA.

Quod Christus in medio latronum sit crucifixus.

Esa. 53. **E**saias Propheta: *Inter sceleratos, inquit, deputatus est, qui peccatum non fecit, cuius linore sanati sumus omnes.* Firmat hoc Euangelium Ioannis dicens: *Cum eo alios duos hinc & inde latrones crucifixerunt, in medio autem Iesum.* Dicit ad hæc Petrus Apollus: *Nemo autem uestrum peritatur quasi homicida, ait, fur, aut maledicus.* Si uero quasi Christianus, non crucifigatur, glorificet autem Dominum in hoc nomine.

PROMISSIO XXIII. IMPLETA.

Quod uesimenta eius diuisa, & sortem super tunicam miserint.

Psalm. 21. **P**er Dauid Prophetam; *Ipsi diuiserunt sibi uesimenta mea, & super uesitem meam miserunt sortem.* Firmat hæc Ioannes Euangelista: *Milites uero, ait, crucifigentes Iesum, acceperunt uesimenta eius, & fecerunt quatuor partes. Similiter & tunicam, qua erat de super contexta per totum, dixerunt; Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit.* Hanc tunicam unam esse Ecclesiam Catholicam, Apollus Paulus ostendit, dicens: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret; mundans eam lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.*

PROMISSIO XXIV. IMPLETA.

De Christo, qui felle & aceto potatus est.

Per David Prophetam ipse: Dederunt, ait, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Et hæc omnes Euangelistæ confirmant. Sciens Iesus, ait Ioannes, quia omnia consummata sunt ut impletur Scriptura, ait, Sitio. Vas positum erat aceto plenum: spongiam plenam aceto, hyssopum circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum plenum felle, ait: Consummatum est: & inclinatio capite, tradidit spiritum. Et per David hanc herbam non tacuit dicens: Asperges me hyssopo, & mundabor. Fatetur & Sibylla: Ad cibum autem, ait, fel, & ad sitim acetum dederunt, in hospitalitatis hanc monstrabant mensam. Ad hæc quoque Virgilianum illud respondet,

Occidet & serpentes, & fallax herba veneni.
Occidet, tunc enim diabolus victus est.

PROMISSIO XXV. IMPLETA.

De Christo, quod lancea percussus, & ex latere eius sanguis & aqua manavit.

ZAcharias Propheta: Videbunt in quem pupigerunt. Et iterum in lege dictum est. Os non commonetis eis eo. Hieremias verò dicit: Dabat in fissura os suum. Firmant hæc omnes Euangelistæ, dicente Ioanne: Ad Iesum autem cum venissent milites, quinque vidissent mortuum, non frangerunt eius crura, ut latronum, sed unus de militibus lancea latere eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Testatur in his Petrus Apostolus: Sciens, ait, quia non auro vel argento redempti estis a vana vestra conversatione paterna traditionis, sed pretio sanguinis Agni immaculati. Dicit & Ioannes Apostolus: Tristia sunt que testimonium dicunt, spiritus, sanguis & aqua. Et sequitur: Si testimonium habuerim acciperimus, testimonium Dei inanis est. Fatetur & Sibylla increpans Iudeam gentem: Ipse enim insipiens, ait, tuum Deum non intellexisti. Iudementum mortalium sensibus, & spinis coronasti, & horridum fel miscuisti.

PROMISSIO XXVI. IMPLETA.

Quod in Christi Passione Sol Lunaque obscurati sunt.

ESaias Propheta: Ante faciem eius, ait, confundetur terra, & movebitur caelum, sol & luna contenebrescent & sidera abscondent lumē suū. Et hæc Euangelistæ dicentes confirmant: Postquæ crucifixus est Iesus, tenebra factæ sunt per universam terram à sexta hora usque in nona. Et iterum: Postquæ emisit spiritum Iesus, velum templi scissum est in duas partes à summo usque ad deorsum. Dicit & Paulus Apostolus: Cū conversi fuerint ad Christum, auferetur velamē. Fatetur & Sibylla: Templi vero velū scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nymbis in tribus horis.

PROMISSIO XXVII. IMPLETA.

De sepultura Christi Domini.

Per David Prophetam ipse: Factus sum, ait, sicut homo sine adiutorio in mortuū liber, sicut vulneratus dormientes presciti in monumento. Item: Non derelinques animum meum apud inferos, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Hic etiam Matthæus & ceteri Euangelistæ testantur quod Ioseph ab Arimathea, permittente Pilato, accepit corpus Iesu, & limthaminibus obvolutum posuerit in monumento nouo. Testatur & Paulus, dicens Corinthiis. Tradidisti enim vobis in primis quod & accipis, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum Scripturas. Fatetur & Sibylla. Et morte motietur tribus diebus, somno suscepto.

PROMISSIO XXVIII. IMPLETA.

Quod in morte Christi Sanctorum corpora surrexerunt.

ESaias Propheta dicit: Exurgens mortui, & excitabuntur qui in monumentis sunt, & exaltabunt omnes

qui sunt in terra. Ros enim qui à se est, medicina illis est. Hæc firmat Matthæus Euangelista, dicens: Terra mota a se, & petra scisse sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum dormientium surrexerunt. Et excurrentes ad monumenta post resurrectionem ipsius, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multo. Dicit Coloss. 4. & Paulus: Si confurrexeris cum Christo, quæ iustitia sunt quærise, ubi Christus est in dextera Dei sedens. 2. Pet. 4. Testatur & Petrus Apostolus dicens: Ideo & mortuis Euangelizatum est. Fatetur & Sibylla:
Tartareumque chaos monstravit terra debisse.
Inquirens setri portus infringet Avernii.
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni.

PROMISSIO XXIX. IMPLETA.

Quod tertia die à mortuis resurrexit.

O See Propheta dicit: Post biduum sanabit nos. Die tertia surgemus, & ante lucem paratum erit inuenerimus. Dicit & per David, Ipse exurgam ante lucem. Item ibi: Exurrexit tanquam dormiens Dominus quasi potens exultans à vino. Hæc Matthæus & ceteri Euangelistæ confirmant, quod venientes principes sacerdotum dixerunt Pilato: Domine memorari sumus, quod selector ille dixerat adhuc vivens, post tertium diem resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum. Dixerat enim eis: Generatio hæc generatio nequam est, signum quærise, & signum non dabitur illi, nisi loxa Propheta. Sicut enim lonas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet & filium hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Vespere autem sabbati, qua lucebat in prima sabbati, venit Maria Magdalena & alia Maria videre sepulchrum. Et ecce tertia motus factus est magnus, Angelus enim Domini descendit de celo, & accedens revoluit lapidem & sedebat super eum. Fuit autem aspectus eius metuendus, & vestimentis eius velut nix, a metu autem eius expauerunt custodes, & facti sunt veluti mortui. Dixit autem Angelus mulieribus: Nolite timere vos, scio enim quod letum, qui crucifixus est, quæratis, non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Testatur & Paulus Timotheo: Memor esto, ait, Christum Iesum resurrexisse à mortuis secundum Euangelium meum. Et Corinthiis: Christus, ait, resurrexit à mortuis prima die dormientium. Queritur hic quomodo primitiæ dicatur, cum & ipse suscitauerit mortuos, & Helias atque Helisus à mortuis excitauerunt? Respondetur quod hi qui suscitati sunt denuo mortui, cum sic dormientibus hodiè que requiescunt: Christum autem Paulus Apostolus dicit idem primitiæ dormientium, quia surgens ex mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Fatetur & Sibylla: Tunc ab inferis regressus, ad lucem venit primus resurrectionis principio reuocatis ostendo.

PROMISSIO XXX. IMPLETA.

De incredulis discipulis increpatis.

O See Propheta dicit: Sicut leo rursus Dominus, quia ipse rugies & obstupescens filij aquilarum. Iuxta illud dictum Iacob: Ascendisti recumbens, dormisti vs leo. Firmat hoc Euangelin Marcus: Discumbentibus illis, ait, apparuit illis Iesus, & increpauit incredulitatem eorum & duritiam cordi, quæ eis, qui viderant eum resurrexisse, non crederent. Et Thomæ in Ioanne dixit: Inice huc dignum tuum, & vide manus meas, & manum tuam inice in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Testatur & Ioannes in epistola sua, dicens: Quod audimus, quod vidimus nostris oculis, & manus nostre contrectauerunt de verbo visa, & vita palam facta est nobis. Et Paulus dicit: Apparuit Cepha, & postea

1. Cor. 15. *posse undecim. Deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul ex quibus plures manent usque adhuc. Item: Si Christus predicatur quia resurrexit a mortuis, quomodo dicunt quidam in nobis quia resurrectio, mortuorum non est? Dicit & Maro.*

Eclg. 4. *Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri, Irrita perpetua soluent formidine terras.*

PROMISSIO XXXI. IMPLETA.

De Ascensione Christi in caelum & donis Spiritus sancti.

Psal. 67.
Psal. 17.
Psal. 28.
& 29.

David Prophetam dicit: *Ascendit in altum, captivam duxit captivam: arem, dedit dona hominibus.* Item: *Ipse ascendit super Chirubin & volavit, volavit super pennas ventorum.* Et iterum: *Domini est assumptio & sancti Israel regni nostri.* Item dicit: *Emittet Spiritum tuum & creabuntur, & renouabit faciem terra.* Firmant haec Euangelista, dicente ipso in Marco: *Signa autem credentes hac subsequenter; In nomine meo demonia eiciemus, lingue loquentur vobis.* Et alibi: *Ego, inquit, Promissum Patris mei mittam vobis, vos autem sedate in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Et postquam hac locutus est, ascendit in caelum, & sedit ad dexteram Dei. Testatur & Actus Apostolorum. *Nubes, ait, suscepit eum, & subleuatus est ad discipulos:* Et quomodo contemplantur erant, cum iret in caelum, duo viri asciterunt eis in albis, qui & dixerunt: *Viri Galilaei! quid statis intuentes in caelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis: sic veniet quem admodum eum vidistis euntem in caelum.* Et iterum: *Die autem Pentecostes fuerunt omnes discipuli eadem animatione simul in vna. Et factus est de caelo subito sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & impleuit totum illam locum, in quo erant credentes.* Et visa sunt illis lingua diuisa quasi ignis, & insedit in vnumquemque eorum, & loquebantur variis linguis, prout Spiritus dabat eis pronuntia. Et iterum: *Spiritus sancto, ait, misso de caelo, quem distillasse effudit super nos, & super omnes credentes.*

PROMISSIO XXXII. IMPLETA.

De exortu Ecclesiae.

Psal. 112.
Esa. 54.
Maro. 16.
Ioan. 3.
Act. 2.
1. Pet. 2.
1. Cor. 4.

David Prophetam dicit: *Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum suorum.* Et Esaias: *Letare, ait, sterile, quae non parit: erumpet, exclamans, quae non paritur; quia multi filij defertis magis, quam eius quae habet viuum.* Et quomodo hoc pariat, in Euangelio Marci ipse Dominus ostendit. *Ite, ait, discipulis, b. praezentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Item ait, *Si quis non renouatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum Dei.* Et in actibus Apostolorum. *Eratis, inquit, mihi testes in totam Iudeam & Samariam: & usque in fines terra.* Dicit & Petrus: *Sicut modo geniti infantes rationale & sine dolo lac concipiscitis, ut in eo crescatis in salutem.* Testatur & Paulus: *Si decem milia pedum agorum habeatis in Christo, sed non multos patres: In Christo enim Iesu per Euangelium vos genui.*

PROMISSIO XXXIII. IMPLETA.

De testamento nouo, cantico nouo, homine nouo.

Hier. 31.
Esa. 13.
Esa. 62.
Psal. 95.

Hieremias Prophetam: *Ece dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, quod dedit Patribus eorum.* Et paulo post. *Hoc est testamentum, quod asspono ad eos, dans leges meas in mentibus eorum, & in cordibus eorum scribam eas, & non docebit vnusquisque fratrem suum dicens: Cognosce Dominum. Quia omnes cognoscent me a maiore usque ad minorem eorum.* Et per Esaiam: *Ece ego noua facio, quae nunc orientur.* Et iterum: *His vero qui mihi seruiunt, nomen nonnabitur nouum.* Intelligitur vtique Christianum, quod nomen terras obtinuit. Dicit & David: *Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.* Quis hac nisi caecus corde, impleta non videat? Firmat hac Dominus in Euangelio Matthaei. *Omnis, ait, scriba eruditus in regno Dei similis*

est vira proferens de thesauris suis noua & vetera. Et iterum: *Quod nascitur de Spiritu, Spiritus est.* Testatur & Paulus: *Primus, ait, homo de terra terrenus, secundus homo de caelo, caelestis: Quomodo portauimus imaginem terreni, induamus & imaginem eius qui de caelo est.* Et iterum: *Renouamini, ait, spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, cum qui secundum Deum creatus est.* Item: *Si quis, ait, in Christo noua creatura, vetera transferunt, & ecce facta sunt noua.* Dicit & Maro:

Quo ferretur primus; Desinit, ac toto surgit gens aerea mundo.

PROMISSIO XXXIV. IMPLETA.

De Martyribus.

Per David Prophetam dicunt: *Propter te morte afficiamur; tota die deputati sumus tuis occisionis.* Et iterum: *Desisti nos requam ones ad eam.* Item: *Prostrata in conspectu Domini, mors Sanctorum eius.* Firmat haec ipse in Euangelio, dicens: *Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum.* Et iterum: *Qui perdidit animam suam propter me, in vitam aeternam conseruabit illam.* Item: *Trademini autem a fratribus, cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus propter nomen meum.* Quis autem sustinuerit usque in finem, hic saluus erit. Et in Ioanne: *Nisi sit, gramum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet.* Testatur & Ioannes Apostolus, dicens: *Sicut Christus pro nobis animam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Dicit & Paulus: *Certus sum enim, quae neque mors, neque vitae, neque angelus, neque principatus, neque praesentia, neque futura (& concludit) neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.*

Ad hac illud Maronis:

Pernixtoque, ait, videbis.

Herodes dicit, & ipse videbitur illis. Decem sane perfectiones à Nerone vsque ad Diocletianum & Maximianum fuisse Orosius Historiographus veluti decem plagas Aegyptias, scripsit. Alias fanem quamplures, beate memoriae Augustinus scriptis suis inseruit. Quas haud procul à nobis & sensit & vidit, nobiscum memorias sui martyrij consecratas tradidit venerationis, credens & ipse augmenta Ecclesiae, quae nos videmus impleri. Sanè nostris temporibus apud Persas perfectionem factam nouimus, imperante Arcadio religioso & Christiano principe: *Qui ne traderet ad se confugientes Armenios, bellum cum Persis confecit.* Eo signo, antè quam potius victoria, iam coëntibus in prelium milibus, acria cruce in vestibus pariter. Vnde etiam victor auream monetà cum eodè signo Crucis fieri praecepit, quae in vsu totius orbis & maximè Asiae hodièque persistit.

PROMISSIO XXXV. IMPLETA.

De vocatione gentium.

David dixit: *Deum Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram.* A solis ortu usque ad occasum. Et Esaias: *Mirabuntur gentes multa super eum, & continebunt os suum Reges. Quibus non est nuntiatum à Deo, videbunt: & qui non audierunt, intelligunt.* Item: *Virtutes eius in infantibus promittantur.* Item Esaias dicit: *Gentes quae non nouerunt te, invocabunt te, & populi qui ignorabant te, ad te confugient.* Item ipse de Apostolis: *Qui sunt hi, qui vobis volabant, adducere filios tuos de terra longinqua? Et iterum: Ecce hi de longinquo veniunt: hi autem ab Aquilone & mari: hi autem de terra Persarum.* Et per David dicitur: *Populus quem non cognouit, seruiuit mihi, in obanditu auris ebandiuit mihi.* Firmat hac Dominus in Euangelio: *Multi, ait, ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno Patris sui.* Testatur & Petrus

DIMIDIUM TEMPORIS,

AD CIVIS FINEM IMPLENDÆ SUNT VISIONES
in Scripturis sanctis factæ de Antichristo.

PROLOGVS.

IN hoc dimidium temporis signum mundi, & signa quæ futura sunt, ipsiusque Antichristi facta, superbiam eius, breuiusque temporis potestatem, Domino donante, & operante eius gratiâ, ac scriptis capitulis ex diuinis testimoniis probanda susceperimus, ostendentes sanè priùs ac demonstrantes quid fuerit, qui nunc diabolus dicitur, qualisve ab autore bonorum omnium formatus sit, tum etiam lapsus eius ruinam & finem, & omni Prophetiæ vel noui Testamenti auctoritate breuiter intimabo: ne sint fastidio, si cuncta fuerint huic operi acscripta.

DIMIDIUM TEMPORIS CAPITA.

1. PRÆD. De angelo per superbiam effecto diabolo.
2. PRÆD. De elatione eius.
3. PRÆD. De precipitio eius, & aërio carcere.
4. PRÆD. De diabolo ligato, & misso in abyssum.
5. PRÆD. De mysteris inquisitionis, quæ diabolus agit per suos.
6. PRÆD. De signis Antichristi.
7. PRÆD. De muliere & bestia, quæ portatur.
8. PRÆD. De decem Regibus.
9. PRÆD. De moribus Antichristi.
10. PRÆD. De persecutionibus eius.
11. PRÆD. De superbia Antichristi.
12. PRÆD. De Antichristo conuincendo quod Christus non sit.
13. PRÆD. De missione Helia & Enoch.
14. PRÆD. De vestimento Christi.
15. PRÆD. De passione Helia & Enoch.
16. PRÆD. De eorum resurrectione.
17. PRÆD. De aduentu filij Dei & hominis.
18. PROM. De resurrectione carnis.
19. PROM. De Iudicio Christi Domini.
20. PROM. De igne purificatorio.

DIMIDIUM TEMPORIS.

Quomodo creatus est angelus: qui per superbiam diabolus factus est.

Prædictio impleta.

CAPVT I.

PER Ezechielem dicit de eo Dominus: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore, in paradiso Dei tui fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum, in medio lapidum igneo circum ambulasti, perfectus in visis tuis à die condisionis tue donec inuenta est iniquitas tua. Et Esaias: Quomodo, ait, cecidit Lucifer, qui manè oriebatur? Firmat hæc Dominus in Euangelio: Vos, ait Iudæis, à patre diabolo estis. Ille enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit. In veritate factus est in qua non stetit, quia subditus Creatori esse noluit, cuius potentiam nec malus euasit.

Ezech. 28.

Esaï. 14.
Ioan. 18.

Qua elatione ceciderit diabolus.

Prædictio impleta.

CAPVT II.

ESaias Propheta de eo: Dicebar, ait, in corde suo, in Esai. 14.
Ecaelum ascendam super astra Dei, exaltabo solum
meum, sedebam in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.
Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis
Altissimo. Et in Ezechiele: Leuatum est, ait, cor tuum
in decore tuo, perdidisti omnem sapientiam. Nunc, ait,
iudicium est mundis; nunc princeps huius mundi missus est
deorsum. Testatur & Petrus Apostolus in epistola ad
gentes: Deus enim, ait, angelis peccantibus non pepercit:
parcit tamen peccantibus hominibus, quia homo, diabo-
lo seducente, peccauit; ille verò seipsum peccando
seduxit.

Ezech. 28.
Ioan. 12.

2. Pet. 2.

Quo fuerit precipitatus diabolus.

Prædictio impleta.

CAPVT III.

ESaias Propheta: Feruntamen, ait, in infernum de- Esai. 14.
emergeris, in profundum lacu. Et paulò post: Tu a-
stem proiecisti de sepulchro tuo, quasi stirpis inuisitæ. Et
per Ezechielem Dominus de eo: In terram proci te,
ante faciem Regum dedi te, vt conerent te & inuisitandi-
nem iniquitatum tuarum. Et in iniquitate negotiationis
tua perdidisti sanctificationem tuam. Firmat hæc Domi-
nus in Euangelio dicens: Videbam Sathanam sicut ful-
gur de celo cadentem. Tunc enim ampliùs cecidit, quan-
do se ab eo Iesus tentari permisit, ostendens nequitas
seductionis eius, & docens suos quemadmodum de-
beant resistere tentatori. Dicit & Petrus Apostolus.
Carceribus caliginis inferi reuoluit, tradidit in iudi-
cio, puniendus seruari. Et in Apocalypsi Ioannis dicitur: Apoc. 12.
Missus est draco ille magnus, ille serpens antiquus qui
vocalur diabolus & Sathanas, qui seducit totum orbem
terre, & precipitatus est in terram, & angeli eius cum eo
missi sunt ruinosam eius superbiam sequentes. Væ ditum
est terra & mari, quoniam descendit diabolus ad vos,
iram magnam habens, sciens quia breue tempus habet in
negotiatione seductionis sue. Quæ egerit decipiendo
elatos & cupidos, superiores partes huius libri contin-
nent. Nunc verò in breui, id est in fine temporis, quæ
futurae sint eius fallaciae, signis, vt dictum est, præcur-
rentibus exequamur.

Ezech. 28.

Luc. 10.
Matt. 4.

1. Pet. 2.

Apoc. 12.

De Diabolo ligato, & misso in abyssum.

Prædictio impleta.

CAPVT IV.

DAuid Propheta dicit: Draconem quem fixisti ad Psal. 109.
illudendum ei? Et iterum: Tu contriui, iusta
draconum super aquas, tu confregisti caput draconis ma-
gni, & dedisti eum escam populis Ethiopibus. Et in libro
Iob dicitur: Hoc est initium signamenti Domini quod fecit,
vt illudatur ab angelis eius. Firmat Euangelista dicens: Iob 4.
Rogabam Iesum demonia, ne eos miseret in abyssum.
Et alibi: Dixit Iesus discipulis suis: Ecce dedi vobis
potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & non vobis
nocebunt. Item Dominus: Nemo, ait, intrat in domum
Matt. 12.
fortis, vt vasa domus eius diripiat, nisi priùs alligauerit
fortem.

Apoc. 10.

foriem. Super hæc teſtatur Apocalypſis Ioannis : *Vidit, ait, angelum deſcendentem de celo habentem calce-
drum magnam in manu ſua, & apprehendit draconem
illum magnum, illum ſerpentem antiquum, qui vocatur
diabolus & ſabanas, & alligavit eum mille annis, &
miſit in abyſſum. Et clauiſit, & ſignavit ſuper eum, ne ultra
ſeduceret nationes, donec finiatur mille anni, poſt hæc
aperiet eum ſolus in brevi tempore.* Hic expoſuit quod in
eodem libro dictum eſt Gog & Magog verba Hebrææ,
quæ Latinè Teſtum & detectum dicuntur. Vt fic acci-
piamus teſtum quòd in abyſſum miſſus ſit diabolus,
clauſam ſignatamque ſuper eum; detectum verò, quia
oportet eum ſolui & produci in brevi tempore. Mille
verò anni, aut à parte totum accipiendi ſunt (vt Pe-
trus dicit, Apoc. 10. *Vnus dies enim Domino, ſicut mille
annis, & mille anni ſicut dies unus*) aut ab exitu ſermonis
quando à Daniele ſeptuaginta hebdomadæ taxatæ ſunt
futuræ viſque ad Chriſtum ducem. Nam tunc eſſe bel-
lum factum, vt Michaël & angeli eius pugnent cum
dracone, & Daniël angelus offendiſſe dicens: Miſſam
ſe eſſe vt pugnetur cum principe regni Perſarum: &
non eſt, ait, qui me adiuuet, niſi Michaël princeps veſter.
In quo bello diabolus victus eſt & principatus eius,
ſicut eidem Prophetæ in initio, ita Ioanni in fine tem-
poris oſtenſum eſt. Vt illi quadringenti nonaginta anni,
& iſti qui excurrunt ab aduentu Saluatoris viſque in ſolu-
tionem eiſdem diaboli, concludant mille annos in
quibus ligatus eſt diabolus ne ultra ſeduceret nationes,
quas antea poſſederat in idololatriis. Quanta autem
virtute, vt ait beate memoriz Auguſtinus, pollebunt
toti Sancti, qui luctantur ſunt cum diabolo ſoluto, cum
quo ligato tantis periculis dimicatur? Iam enim, vt
Pauſus dicit, *myſterium iniquitatis operatur.* Quæ quæ
ſunt eius myſteria, iuuant Domino, ſubter adnexis ca-
pitulis continetur.

*Quomodo per omnes ſuos diabolus myſteria iniquitatis
operatur.*

Prædictio impleta.

CAPVT V.

1. Petr. 3.
Dan. 9.

Dap. 10.

De ciuit.
Dei l. 20.
cap. 8.
2. Theſſ. 1.

Apoc. 19.

Marc. 15.

1. Ioan. 2.

2. Cor. 11.

Matth. 7.
Pfal. 6.

Apocalypſis Ioannis dicit: Apprehenſa eſt beſtia
cum ipſo Pſeudo-propheta qui fecerat ſigna, qui-
bus ſignis ſeducit eos, qui acceptant ſcriptionem beſ-
tiæ, in fronte & in manu ſua Inſcriptio in fronte & in
manu hæc eſt, non tantum diaboli facta imitari, quan-
tum & gloriari in eius malis operibus, vt ſub figura
Chriſti, Antichriſti facta exerceat. Quos etiam Domi-
nus Ieſus in Euangelio teſtatus eſt, dicens: *Muli veni-
ent in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos
ſeducunt, noſtre ire poſt eos.* Et Apoſtolus Ioannes: *Au-
diſtis, ait, quia Antichriſti venit: nunc multi Antichriſti
facti ſunt.* Et qui iſti ſunt offendiſſe. *Ex vobis, inquit, exie-
runt, ſed non erant ex vobis: Si enim fuſſent ex vobis, man-
ſiſſet vti que nobiſcum.* Hæreticos omnes offendiſſe & ma-
ximè Arianos quos nunc videmus multos ſeducere, aut
potentiâ temporali, aut induſtriâ malâ, aut certè abſti-
nentiâ patriciis, vel quorumlibet ſignorum deceptione.
Dicente Apoſtolo: *Iſte enim ſabanas tranſiſſe ſe
velut in angelum lucis.* Non ergo magnum, ſi miniſtri
eius tranſiguntur, ſicut miniſtri iuſtitie: quorum ſi-
nes ſecundum operationem ipſorum, cum eis dixerit
Dominus iactantibus: *Non noui vos. Diſcedite à me om-
nes qui operati eſtis iniquitatem,* tanquam veſtem Chri-
ſti, tanquam retia piſcantium Apoſtolorum lacerantes.
A quorum conſortio alieni inueniuntur omnes hæreti-
ci, qui relicta pace communionis & panis vnius Dei &
Apoſtolorum in ſuis non eccleſiis, ſed plateis prædicant
& eorum memoriis non communicant, ſeparati à toto
Catholicum ſibi nomen aſciſcunt: cum in ipſa Hieru-
ſalem Iacobus & Stephanus primus martyr: Ioannes

apud Ephesum; Andreas & cæteri per totam Aſiam; Petrus
& Paulus Apoſtoli in vrbe Roma gentium Eccleſiam (in qua
Chriſti Domini doctrinam erudierunt) pacatam vnamque poſteris tradentes ſanguine, memo-
riisque ſuis ex dominica Paſſione ſacrarunt. Huius gene-
rali Eccleſiæ communicans Chriſtianus, eſt Catholicus.
Ab hæc ſegregatus hæreticus eſt, & Antichriſtus: qui
cum palam manifefatus fuerit, ampliora ſigna eum
eſſe facturum, ſequentia demonſtrabunt.

De ſignis Antichriſti.

Prædictio impleta.

CAPVT VI.

IN libro Iob de Antichriſto dicitur: *Virtus eius in
Iob. 40.
Iob. 41.
2. Theſſ. 2.
Matth. 24.
1. Tim. 4.
2. Tim. 4.
Act. 10.*
Iuſtus eſt, & potentia eius ſuper vniuerſum ventus. Et
iterum: *Non eſt, ait, ſuper terram poſſeſſus, quæ comparatur
ei qui ſic factus eſt vt nullum ſineret.* Omne ſibi ſublime
videt, ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Dicit &
Paulus Apoſtolus: *Secundâ operatione ſabanas in omni
virtute, ſignis & prodigijs mendacij, & in omni ſeditione
iniquitatis his qui pereunt.* Et Dominus in Euangelio:
*Exurgent, inquit, Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetae,
& dabunt ſigna magna, & prodigia, in quibus ſeducantur, ſi
dici poſſet, etiam ipſi electi. & ecce, ait, prædixi vobis. Quan-
quam Apoſtolus Paulus aliquos tacitè memoret caute-
riatam habentes ſcientiam: alios aperte, vt Hyme-
neum & Filetum, Demam, Hermogenem, & Alexan-
dram ararium, Quorum errores doctrinaſque varias &
multa mala commemorat Nec deſuturos poſt ſuum abſ-
ceſſum lupos graues, ipſumque qui etiam nunc operatur
in filiis aſſidemia, ipſe teſtatur. Noſtris quoque tem-
poribus Alpero VI. Coſ. Carthagini conſtituto, hoc ſi-
gnum diabolicum monſtroſumque, quod illic accidit,
quis illius patriæ cuius ignorat? Quædam iuencula
Araba natione, ancilla D. I. habitum geſtans, cum in
balneo lauans ſimulacrum quoddam Venus in pudice
reſpiceret & ſeiſam, etique conſimilans, domicilium
ſe diabolo præbuit. Statim ille leo qui rugiens circuit,
quem quærebat, inuenit. Meatus igitur gutturis ipſius
occupans, nullum cibum, nullumque potum trahens
per ſeptuaginta ferme dies totidemque noctes, ieiunium
ſibi diabolus ex capto, poſſeſſoſque vaſe exhibuit. Hoc
monſtrum parentes puella per tot dierum ſpatia auferri
poſſe ſperantes, dum iuge malum vterique tolerare
non poſſent, ſimul cum filia ſeſe ingeſſerunt ſacerdoti,
quæ acta erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella
farebatur, auem quandam noctis medio apparere, quæ
ſibi ore neſcio quid infunderet. Stupor tunc inerat cun-
ctis videre puellam nullis iudicijs diuturni ieiunij ſe-
datam, nullo pallore ſeu tæbe, vel debilitate conſectam:
quin potius robuſtam ſucco viſcerum mole membro-
rum. Cumque incredibilia viderentur quæ dicebantur,
habito conſilio, in monaſterio puellarum, in quo reli-
quæ ſancti Stephani ſitæ ſunt, ſacerdos puellam ſi-
mul & Præpoſito commendauit: Illic prima tantum
die apparuiſſe illam auem aſſeruit, ſibi que increpaſſe
quod neque fame neque ſiti compulſa illam appeteret
locum, quòd ſibi accedere non liceret. Per duas ſanè
hebdomadas nihil cibi vel poculi ſumens in monaſte-
rio manſit. Accidit autem vt quintusdecimus domi-
nicus illuceſceret dies, aſcendente nobiſcum ſacer-
dote, vt matutinum illic ſacrificium ſolito offerretur:
puellam præpoſitus ad altare perduxit, eo inceſſu &
habitu quo ſolent turbæ perſuæ ex epulis poculique
mulieres aduenire. Sed vt ſe illa proſtravit altari cla-
more ſectus fui cunctis atantibus gemitus lacrymaſque
quæ induxit, quibus tantum malum auferendum præ-
ſens plebs Dominum exorabat. Erat enim iam inde-
cens mutur in populo. Peracto itaque ſacrificio, cum
eadem*

Nota mira-
bile ieu-
nium.

1. Petr. 2.
Rom. 9.

& Petrus: *Qui aliquando, ait, non populus, nunc autem populus Dei.* Dicit & Paulus: *Vobis dico gentibus, quando quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum glorificabo, si quo modo ad emulationem provocare potero carnem meam, ut salus faciam aliquos ex illis.* Et iterum? *Cecitas, ait, ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel salus fiet.* Omnis, dicit, *qui scriptus est in libro vite agni, qui occisus est ab origine mundi.*

PROMISSIO XXXVI. IMPLETA.

Quod Reges Christum in Ecclesia persequentes, ad eam humiles adducuntur.

Psal. 71.
Eliã. 49.

IN David Propheta: *Adorabunt eum omnes Reges terra, omnes gentes servient illi.* Et Eliaſa Propheta. *Gentes, ait, & Reges qui vobis non servierunt, peribunt.* Et iterum: *Ecce, ait Dominus, tollam in gentes manum meam, & in insulas tollam signum meum, & adducam filios suos in gremio, filias autem tuas super humeros tollent.* Et erunt Reges nutritores tui, & principes famine eorum psalterices tue. Et super faciem terra adorabunt te, & pulverem tuorum pedum lingent. Firmat hæc Dominus in Evangelio, dicens: *Regina Austri exurret cum generatione hac, & condemnabit eam. Venit enim à finibus terra audire sapientiam Salomonis.* Et ecce plus quam Salomon hic. Ideo, plus hic, quia ad illum vna, ad istum omnia regna venerunt: Sicut nunc nos, qui tanta credidimus, & credimus hæc impleti, & cernimus & vidimus. Faretur & Sibylla, dicens.

Et coram hoc Domino Reges stentur ad unum.

PROMISSIO XXXVII. IMPLETA.

Inguum legis Christi etiam Reges suscepisse.

Psal. 2.

DAVID Propheta dicit: *Nunc Reges intelligite omnes, qui iudicatis terram, & servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Converte disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iustæ.* Et iterum: *In conveniendi populos in unum, & reges ut serviant Domino.* Dicit & Salomon: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Firmat hæc Dominus in Evangelio, dicens: *Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Et iterum: *In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis.* Testatur in hæc Iacobus Apostolus: *Iudicium, inquit, sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam. Super exaltat enim misericordia iudicio.* Paulus etiam orandum pro Regibus censet, & pro his qui in sublimitatibus sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus. Ad hæc Maro ait.

Discite iustitiam mori, & non temere dinos.

PROMISSIO XXXVIII. IMPLETA.

De subversione idolorum, atque templorum.

Deut. 7.
& 12.
Eliã. 17.

IN lege sua Dominus per Moysen dicit: *Aras eorum subvertetis, & lucos eorum succidetis, & sculptilia eorum igni concremabitis.* Et Eliaſa Propheta: *Eugent omnia manserunt a Egipti.* Item: *Abscident deos suos in speluncis & cavernis petrarum, neque ibi celabunt eos.* Hieremias etiam dicit: *Dij qui celum & terram non fecerunt, pereant de sub celo & terra.* Et per Zachariam Dominus dicit: *Perdam nomina idolorum de terra.* David quoque dicit: *Omnes dij demorantur.* Hæc Dominus in Evangelio Lucae firmat, dicens: *Omne regnum divinum in semetipsum desolabitur.* Et: *Si Sathanas in semetipsum divisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub eicere me demonia. Quid si ego in Beelzebub eicio demonia, filij vestri in quo expellunt? Propterea ipsi iudices erunt vestri.* Testatur & Paulus dicens: *Scimus quia nihil est idolum in hoc mundo, & quia nullus Deus, nisi unus.* Faretur & Sibylla.

Reiciens simulachra viri, cunctam quoque gazam.

Multa igitur hæc, quæ de Christo dicta, & de Christo acta sunt, nos credimus, quæ ante nos populus videns ista credidit, quæ nos videmus impleri. Namque ut de nostris temporibus aliquid dicam: Constantino Christiano Imperatore regnante, & Ichisina Donatianum confutatum est ex iudicio, & Arrius est divina autoritate punitus. Theodosij verò religiosi principis imperio; per Iovium & Gaudentium comites omnia templa expoliata, quæ vana figmenta, quis nostrum permittitur ignorare? Cui Symmachus ille, mirabilis eloquio & scientiâ præditus, tamen paganus, præconio laudum in confessorio recitato, subtili atque qua valuit, aram Victoriam in Senatu restituit, Christiano ut novaret, principi intinuit. Quem statim à suis aspectibus pulsam, in censu lapide, hæde non statat impostum ea die, manere præcepit. Eutropius quoque, præpotens plurimum animâ & mente paganus, cum in contumeliam Ecclesiæ edictum obrepitit ab Arcadio Christiano Imperatore sculperet, ut si quis ad eam confugeret, etiam ab altari sublatas penas lueret ampliores, diuino iudicio suæ sententiæ prior ipse propinatus est. Offensâ quippè prædicti Regis incurtens, ad eius refugium, quem oderat, conuoluit. Quem sancta mater pietatis gremio suam excepit inimicum. Qui per venerabilem sacerdotem Ioannem impetrans veniam, oforti & superbo vitam contulit & salutem. Eius exemplo cunctos admonens inimicos, vanum eis esse contra stimulum calcitrare. Honorius etiam Theodosij minor filius Christiana religione ac deuotione præditus, templa omnia cum fuis adiacentibus spatiis, Ecclesiis contulit, simulque eorum simulachra confringenda in potestatem dedit. Quæ verò eodè imperante in hac Dei promissione acta sunt, quantum memoriam gratia diuina iuuerit, duo vel tria loca memoriter ac breuiter excurream. Apud Alexandriam in templo Setapis hoc argumentum demonis fuit. Quadriga ferrea nullâ basi suffulta, nullis vncis infixis partibus colligata, in aère pendens, cunctis stuporem, ac velut diuinum subsidium oculis mortalium exhibebat. Quam tamen lapis magnes qui ferum sibi attritum suspendit, eo loco cameræ affixus, totam illam machinam sustentabat. Itaque cum quidam Dei feruus in spiras intellexisset, magnetem statim ut cameræ subtraxit, omne illud ostentum cadens confractum comminutumque, ostendit diuinum non esse, quod mortalis homo firmauerat. Apud urbem Romam specus quidam fuit, in quo draco mixtæ magnitudinis mechanicae arte formatus, gladium ore gestans, oculis rutilantibus, gemmis merendis, ac terribilis apparebat. Huic annuè deuotæ virgines floribus exornatæ, eo modo in sacrificium dabantur, quatenus insitiæ munera deferentes, gradum scalæ (quo tota illa diaboli arte pendebat) contingentes, impetus venientis gladij perimeret, ut sanguinem funderet in nocentem. Et hunc quidam monachus benè ob meritum cognitus, Stiliconi tunc patricio, eo modo subuertit. Baculo, manu singulos gradus palpando, inspiciens, statim ut illum tangens fraudem diabolicam respexit, eo transgresso descendens, draconem scidit, misitque per partes; offendens & hic, Deos non esse qui manebant. Apud Aphricam Cathaginis Cælestis inesse ferebant templum nimis amplum omnium Deorum suorum ædibus vallatum. Cuius platea lithostrata, pavimento ac pretiosis columnis & mœnibus decorata, propè in duobus ferè millibus passuum protendebatur. Cum diutius clausum incurta, spinosa virgulta circumseptum obrueret, velletque populus Christianus vlui vere religionis vindicare, dracones, aspidelque illic esse ob custodiam templi, gentilis populus clamabat. Quo magis Christiani fetore succenssi, ea facilitate omnia amouerunt illæsi, qua templum suo vero cælesti Regi & Domino consecraret: Nam cum sancta Pasche solennis ageretur festiuitas, collecta illic & vndique omni curiositate etiam adueniens

AL. 14.

Psal. 91.
Luc. 11.
Matth. 12.

1. Cor. 8.

multa lo Sacerdotum multorum, pater & dignæ memoria nominandus antistes Aurelius, cælestis iam patriæ cuius, cathedram illic loco Cælestis & habuit, & sedit. Ipse tunc aderam cum sociis & amicis, atque (vt se adolefcentium ætas impatiens circumquaque vertebat) dum curiosi singula quæque pro magnitudine inspicimus, mirum quoddam & incredibile nostrum se ingessit aspectui, titulus aneis grandioribusq; literis in frontispicio templi conscriptus. **AURELIUS. PONTIFEX DEDICAVIT.** Hunc legentes populi mirabantur. Præfago tunc spiritu acta, quo præcius Dei ordo certo illo tunc concludatur. Cumque à quadam pagano falsum vatiniæ, velut eiusdem Cælestis profertur, quo rursum & via, & templa prisco sacrorum rita redderent: ille, ille, inquam, verus Deus, cuius Prophetica vatiniæ nesciunt omnino mentiri nec fallere. sub Constantio & Augusto Placidia, quorum nunc filius Valentinus pius & Christianus imperat. Viso insistente tribuno, omnia illa templa ad solum vsque pedacta, agrum reliquit in sepulcrum scilicet mortuorum, ipsamque viam sine memoria sui, nunc Vandalica manus euerit. Noni quoque ipse in quadam parte Mauritanie Prouinciæ de Spelæis & cauernis ita antiqua producta simulachra, quæ fuerant abfconsa, vt omnis illa cum Clericis in sacrolegio perij ciuitas teneretur. Quid verò per cæteras prouinciâ in re actum sit, & omnibus notum est, & exitus ipsi demonstrant. Doluit hæc futura Hermes Trismegistus: & mærens inter cætera scripsit, dicens: Tunc tertia ista sanctissima sedes delaborum atque templorum, mortuorum erit, cadauerumque pleniissima futura. At Spiritus Dei antè prædixit: Spiritus etiam dæmonum confitendo tacere nequieuerunt, & maxime qui ipsi dixerant Domino: *Quid venisti ante tempus perdere nos.* Hic tanta deorum illa turba certorum atque incertorum quos Vatro proditi, illi etiam proceres & electi diu cum ipso Rege, suo loue fulmina vibrante, consilio potentiaque (vt eorum cultores ferant) metuendi armifque terribiles, hic hic aliquid, si non pro mundo, saltem pro se oportebat agere, ne scilicet vnus eos perderet Crucifixus. Petiisse verò & nos nouimus, & Dauid Propheta confirmat dicens: *Perit memoria eorum cum strepitu, & Dominus in æternum manet.*

Nota tempus quo hos huc scripsit.

Marc. 1.

Psal. 9.

PROMISSIO XXXIX. IMPLETA.

Reges, & mediocres, ad vnam Christi mensuram pariter conuersuros.

Efa. 17.

Plal. 47.

Sap. 6.

Luc. 14.

ESaias Propheta: Tunc, ait, *vnâ pascent simul lupus cum agno, & pardus acquiescet heredo, & bos & leo, & agnus simul manducabunt paleas, & puer pusillus pascet eos.* Et Dauid dicit: *Quoniam ecce Reges terre collecti sunt & conuenerunt in vnum, ipsi videntes ita admirati sunt. Item ipse: Quis est, ait, qualis Dominus Deus vester, qui in altis habitat, & humilia respicit. Qui erigit ita in opem, & de stercore exaltat pauperem: Vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populis suis? Dicit & Salomon: Pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi pro omnibus. Et iterum: Sapientia, ait, fabricauit sibi domum & subdidit columnas septem, mactauit suas hostias, miscuit in cratere vinum suum, & parauit suam mensam, misit seruos suos conuocans & dicens: Venite, edite de meis paribus, & bibite vinum quod miseci vobis.* Firmat hæc Dominus in Euangelio, in cæna illa quam duces ipse magnus parauit filio suo. *Misit, ait, seruos, vt venirent inuitari,*

*& excusauerunt hoc modo. Vnus dixit: Villam emi, eo videre illam, habe me excusatum. Alius dixit: Quinq; iuga bonum emi. Alius dixit: Vxorem duxi. In his tribus exculationibus concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio saculi. Quibus detenti ludæi, vocati ad cænam Christi venire noluerunt. Itē, ait pater familias, circa plateas & vicos, & quos inuenieris, adducite. Et his adductæ sunt gentes. Adhuc, inquit, locus vacuus est, ite, ait, circa septes ac vias, & quas inuenieris, cogite intrare. Et ex his diuites, Reges, & quosdam hereticos (quos habet extra ouile suum) coactos adducit ille qui dicit. *Nemo veniat ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Etiam venientibus dicit: *Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & ego suscitabo illum in nouissimo die.* Qui verò isti sunt, Paulus Apostolus ostendit: *Non est, inquit, Iudas neque Græcus, non est feruus, neque liber, non est masculus & femina. Omnis enim vos vnus estis in Christo Iesu.* Huius etiam capitulo, quæ supra posuimus, verba Sibyllæ conuenienter dicentis.*

Deceit colles, valles extollet ab ino.
Non eris in rebus hominum sublimes, vel altissim.
 Cui consonans Maro dicit:
Nec magnos mouent armentale ones.

1. Ioan. 2.

Gal. 3.

Loco citato.

PROMISSIO XL. IMPLETA.

Quod quoniam omnes crediderint gentes, veniet finis.

ESaias Propheta: *Adorabunt, inquit, cum de locis suis omnes insula gentium.* Et per Malachiam Prophetam: *A solis ortu vsque ad occasum clarum erit nomen meum in gentibus, dicit Dominus. Et sacrificium mundum inferetur nomini meo in omni loco. Item Esaias: Quia repleta est terra vt cognoscat Deum quasi aqua multa regens mare.* Firmat hæc Dominus in Euangelio Matthæi, dicens: *Et predicabitur in Euangelio hoc in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.* De fine mundi per Aggeum Prophetam hæc signa data sunt: *Ecce ego, dicit Dominus, semel adhuc conuouebo caelum ac terram, & ponam orbem terre desertum & ciuitates, ita vt non habitentur. Et Abacuc dicit: Consummatio in impios veniet. Et iterum: Ficus, ait, non dabit fructum suum, & non erunt nascencia in eis. Mentietur opus oliuæ, & campi non afferent fens. Deficiens ab esca oues, non erunt in præsepibus boues. Ego autem, ait, exultabo in Domino. Ipsi quoque Sapientes mundi in hæc attestati sunt, vt est illud Sallustii: *Necessè est vt omnia orta occidant, & aucta senescant.* Academici etiam noui, omnia vtergentia in interitum incerta esse putauerunt. Et Plato: *Si initium mundo dedit, dedit & finem.* Vnde & alius dicit: *Quid est hoc? istud in quo est aliquid extremum.* Quæ Dominus ipse rerum omnium dans signa confirmat: *Cum videritis hæc omnia, scitote quoniam in proximo est finis.* Dicit & Ioannes Apostolus: *Mundus transiit & concupiscentia eius.* Extrema autem futura, didimium temporis quod subsequitur, connexis capitulis demonstrat: vt hoc septimum tempus, tanquam tertium diem, ex quatuor Euangelistis velut cardinibus mundi furgentem, orientali Radia migrante Ioanne Euangelista, Matthæo, Marco, & Luca tribus in partibus constitutis, & in duodenario discipulorum horarum numero, vesperum quo passus est Dominus, concludamus: vt ipse dies qui à mortuis resurrexit, cum æternus venerit in maiestate, æternos nos faciat secum viuere, semperque Deum donet sine fine laudare.*

Efa. 41. Malac. 1.

Efa. 11.

Matth. 11. Agg. 2.

Abac. 3.

Luc. 21. 1. Ioan. 2.

Finis tertiæ partis, de tempore sub gratia.

DIDIMIUM

Vide fol. antecedens.

eadem inter ceteras breuem particulam Corporis Domini tinctam à Sacerdote perciperet, femihora mandens trahere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit Apostolus: *Qua consonantia Christi ad Belial?* Et iterum? *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensis Domini participare & mensis demoniorum.* Manu igitur faciem eius sustentante sacerdote, ne sanctum proiceret, à quodam diacono fuffegitum est vt calicem salutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod vt factum est, statim vt locum illum quem diabolus obsederat, Saluatoris imperio reliquit, Sacramentum quod ore gestabat cum laude Redemptoris translutisse puella clamauit. Hinc læticia, hinc voces in gloriam Dei, quod post octoginta & duos dies, diabolo expulso, puella de potestate fuerit eruta inimici. Oblatio itaque rursum gratiarum actionis pro ea fuit, sacrificiique percipiens certam partem. prisco est reddita vsui. Tunc etiam dum hæc aguntur, Spiritu diuino actus diaconus eiusdem tituli statuum illam sublatam confregit in puluerem, omnemque insidiantis alturiam superauit diuina Majestas. Nouimus, etiam aduenisse illuc quandam speciem monachi, qui quædam signa curationum se operari fatebatur: Cùmque circa cæcos & claudos phantasticos quosdam ageret latus, eosque oleo nescio cuius mortui ossis leniret, vt sibi visus gressibus redditos æstimabat, discedentes in illis quibus antea tenebantur, infirmatibus permancant. Sed in his proditum sese cognoscens seductor ille, aufugit. In Asia vero, siue ipsam, siue aliam talia fecisse, quidam Christianus religiosus & nobis enarrauit. In Italia quoque nobis apud Campaniam constituit, dum venerabilis, & Apostolico honore nominandus Papa Leo Manichæos subuerteret & contereret Pelagianos & maximè Iulianum: ambiens tum quidam Florus nomine, spiritu seductionis arreptus, virtutem & meritum sibi sancti Sosij martyris assignans, cùm had procul à Neapolitana ciuitate in subuersionem animarum quædam promitteret faceretque illicita, à germano venerabilis Nostriani Episcopi, & Herio presbytero simul cum clericis prædictæ Ecclesiæ tentus & coercitus, sic à præfata provinciæ liminibus pulsus est. Multa sanè per diuersas terras agit ille, qui vna perditionis socios querit. Ideoque pauca ipsius in hoc opere intimanda credidi, vt qui post nos futuri sint, legendo cognoscant qua cautela, Deo iuvante, superare valeant inimicum.

De muliere, & bestia qua portatur.

Prædictio implenda.

CAPVT VII.

IN Apocalypsi Ioannis Apostolus dicit: *Veni vnus Rex septem Angelis sanctis, & iocurus est mecum, dicens. Veni, ostendam tibi iudicium meretricis magna sedentis super aquas multas. Et duxit me in spiritum, & vidi mulierem sedentem super bestiam habentem capita septem & cornua decem, ferentem poculum in manu sua, plenum execrationibus immunditie & fornicatione totius terra. Et paulo post: Vidi mulierem illam ebriam sanctorum sanguine, & sanguine Martyrum Christi Iesu. Hæc est Babylon illa magna per mundum expolianda trophæis: Eiusque filia est misera, que cunque facta eius, & superbiam imitatur. Nec eam vno in loco existans ciuitatem, quæ tota est sparsa in orbe. De qua dicit & Prophetæ David: *Filia Babilonis misera! beatus, ait, qui retribuere tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.* Et in Apocalypsi Ioannis dicitur: *Reddite ei sicut & ipse reddidit vobis in poculo, quo miscuit vobis, miscete ei duplum. Et in quantum se clarificauit & potestatis habuit, in tantum due ei cruciatus, & luctus. Quia dicit: *Sedeo Regina, & vidua non sum, nec luctus visura***

sum. Ideoque vna hora plaga eius aduenierunt. Mors, fames, & luctus. Et ista igne cremabitur, quoniam sortus est Dominus qui eam miscuit. Quis autem non intelligat, quam dicat ferentem poculum plenum execrationibus immunditie, & fornicationis totius terræ? Æterna cum dicitur quæ temporalis est, vtique nomen est blasphemie: Cum mortales licet Reges, in ea dicantur Diui, eiusque supplices dicant, Numini vestro, altaribus vestris, perennitati vestræ & cetera: quæ vanitas non veritas tradit, æque execrabilia sunt. Hæc enim æterno Deo debentur. Sanè in sacris sacrilegis & mollibus tū sacerdotibus, ad fornicationem idololatriæ omnes gentes inuitans, seipsum in subditis contaminauit. De quibus facer insonat Psalmus. *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Verintamen quia sunt in ea ciues supernæ patriæ Hierusalem, qui dicunt: *Mihi autem adiungit Deo bonum est,* dicitur eis: *Exi de ea populus meus, ne participes sis delictorum eius, & ne perstringaris plagis eius.* Exeunt enim hi qui non factus eius, sed humilem viam Christum sequuntur, qui non rapinam, sed misericordiam diligunt, qui pacem & sanctificationem custodiunt, sine qua nemo poterit videre Deum, qui genuit, & dolent ob iniquitates quæ sunt in medio eorum, nec sunt iugum ducentes cum infidelibus. Quos etiam Dominus in Euangelio suo exhortatur alloquio dicens inter cetera: *Beati mites, quia ipsi possidebunt terram. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Beati paucis, quia ipsi furi. Dei videntur, Beati iuvenes, quia ipsi consolabuntur. Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam, quantum ipsorum est regnum caelorum.* Testatur & Paulus, dicens. *Tantum qui modo tenet, tenet, donec de neceio fiat & tunc reuelabitur iustus, quem Dominus Iesus interfecit spiritu oris sui, & euacuabit in illuminatione presentis sue.*

De decem Regibus quos Antichristus inueniet.

Promissio impleta.

CAPVT VIII.

IN Apocalypsi Ioannis: *Dixit, ait, mihi Angelus. Apoc. 17. Propriet quæ admiratus es? Ego dico tibi Sacramentum huius mulieris & bestie, qua portatur. Bestia, quam vidisti, fuit: & non est, sed ascensura est ex abyfso & iurata in meritum.* Illa septem capita eius, septem montes sunt, supra quos mulier sedit, & Reges septem sunt, vnde quinque ceciderunt; vnus superest, alius nondum venit, & cùm venerit, oportet beni tempore illum manere. Bestia quæ fuit & non est, & ipsa octauo loco est, cùm sit ex septem, & in perditionem ibit. Et decem cornua quæ vidisti, decem Reges sunt, hi regnum nondum acceperunt, sed potestatem regni vna hora accipient post bestiam. Hoc à Daniele ostensum est. *Bestia quarta qua grandior omnibus bestiis fuit, tot cornua habens.* Sed quod ibi dicit, cornu minus surrexisset ante se, hic septem Reges nominat, illis tribus expulsi, ipsum autem octauum Antichristum esse, cùm sit ex septem. Ergo in quantum datur existimatio, aut priores Reges memorat, qui truculentiores fuerunt in religionem Christianam, aut ex decem, tribus extinctis, septem futuros, qui & ipsi sauiant in Ecclesiam. Omnes sanè hereticos Arrianos vult intelligi, cum dicit: *Hi aduersus agnum pugnant, & agnus vincet eos.* Pugnant enim exsufflando & rebaptizando membra Agni, que iam Christus suo sanguine sacrauerat. *Sed nemo perit, ait Dominus, nisi filius perditionis.* Octauum igitur regnum, quem dicit Antichristum, quidam Nerone intelligi volunt: vt ipsi sit bestia, qua fuit & non est, & iterum venturus est. Sed ipe ipsius formam & speciem corporis sumat, & in ea appareat (sicut & contrario Angelus sanctus in Tobia libro, speciem & similitudinem Azariae, Ananie magni

1. Cor. 10.
1. Cor. 6.

Psal. 72.

Hebr. 12.

2. Cor. 6.

2. Thess. 2.

Esa. 11.

Dan. 10.

Psal. 136.

Apoc. 18.

Ioan. 7.

magni suscepti) hinc in alterius speciem apparet Antichristus, ipsius tamen Neronis luxuriam & spurciam scitiamque morum habituram, Daniel Propheta restatur, quæ in sequenti capitulo demonstranda sunt.

De moribus Antichristi.

Prædictio implenda.

CAPVT IX.

Dan. 11. **D**aniel Propheta dicit Angelum dixisse sibi. *Filii quoque præuicatorum populi tui extolentur, ut impleant visionem.* Et paulo post: *Stabit, ait, in loco Regis vultissimus & indignus decore regio, & in paucis diebus conteritur, non in furore, nec in prælio. Et factus iuxta voluntatem suam Rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum deorum loquetur magnificæ, & diriget, donec compleatur in acundia, perpetrata est quippe desinitio. Et Deus patrum suorum non repudiet, & erit in conspectibus sanctorum. & Deum in quem ignorauerunt patres eius, colet, & Deus Moaz: in loco suo stans. Hic ostenditur quod ex Iudæis tribu Dan, quæ hodiè in Perside est, veniat Antichristus, iuxta propheticam benedictionem Iacob Patriarchæ dicentis: *Dan iudicæ: ut populum, sicut alia tribus. Eius coluber in via, cerastes in sentia mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius verò.* Statimque verum Christum Dominum venturum ostendit, dicens: *Salutare tuum expectabo, Domine.* Hoc etiam in Euangelio quod supra posuimus testatur est Dominus Iudæis dicens: *Ye: ego in nomine Patris mei, & non credidistis mihi: alius veniet in nomine suo, & ipsi credetis.* Quos præuicatores legis Paulus redarguens, ostendit Antichristo credituros. *Pro eo, quod dilectionem veritatis non acceperunt ut salui fierent, ideo mittet illis Deum operationum erroris ut credant mendacior, & inducentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Notandum sanè, post bestiam hæc omnia esse ventura: id est, sublatæ regno in quo mulier sedet ebria Sanctorum sanguine, quæ nos credentes, posteris videnda relinquitur.*

De persecutionibus Antichristi.

Prædictio implenda.

CAPVT X.

Dan. 11. **I**n visione Danielis Angelus de Antichristo: *Cum eius, ait, aduersus testamentum sanctum.* Item ibi: *Brachia ex eo exurgent, & polluent sanctuarium foris iudicis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominacionem in desolatione, & impij in testamentum suum stabunt fraudulenter.* Et hic Arrianus signat præuicatores Antichristi. *Populus autem, ait, sciens Deum suum obtinebit, & docti in populo plurimi. Et erunt in gladio, & in flamma, & in capsiuitate, & in rapina dierum. Cumque corruerint, subleuantur auxilio medico, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditissimis, ut consuetur & elegantur & dealbentur Sancti vsque ad tempus profimum.* Item ibi: *In tempore illo, dictum est: Consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus, quale non fuit ab initio ex quo gentes esse ceperunt, vsque ad tempus illud. Et in tempore illo subleuabitur populus tuus omnis, qui inuenus fuerit scriptus in libro vite.* Firmat hæc in Euangelio: *Non videtis, ait, vastacionem desolationis, que dicta est in Daniele Propheta, qui legit intelligat. Et iterum: In diebus autem illis erit tribulatio & angustia, qualis non fuit ab initio. Et nisi breuiasset Deus dies illos, non mansisset omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Testatur & Ioannes in Apocalypsi: *Data est, ait, potestas bestia loquendi magna, & aperuit os suum in blasphemia aduersus Deum, & blasphemare non enim eius & tabernaculum eius. Et data est ei potestas faciendi*

bellum cum Sanctis, & vincere, & occidere eos. Et data est ei potestas in omni tribu & lingua & gente, & adorabunt eam omnes, qui non sunt scripti in libro vite Agni qui occisus est ab origine sæculi. Hic etiam martyria Christi Domini resurgunt, vt sicut primus eius aduentus millia infantium, ita secundus electorum suppleat numerus.

De superbia Antichristi.

Promissio implenda.

CAPVT XI.

Ezechiel Propheta: *Eleuatus est, ait, cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cauea Dei sedeo in corde maris: cum sis homo & non Deus. Et dedisti cor tuum quasi cor Dei.* Dicit & Paulus Apostolus: *Cum veneris refuga primura, & reuelatus fueris homo peccati, filius perditionis, qui super extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat offensus se tanquam sit Deus.* Et Dominus in Euangelio: *Cum vobis dixerint, ecce hic est Christus, ecce illic, nolite ire post eos. Et in Apocalypsi Ioannis: Vidi, ait, bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo Agni similia, & loquebatur sicut draco.* Et paulo post: *Et fecit signa magna, ita ut ignem faceret de celo descendere in terram sub oculis hominum, & seduxit eos, qui habitant terram propter signa que data sunt ei facere.* Hic metuunt curiosi & maxime Iudæi. *Qui Iudæi signa petunt, vt Apostolus dicit, & Græci sapientiam querunt.* Vnde quidam concitanti in templum Salomonis Antichristum esse festurum, vel se efferte signis, quibus Christus esse credatur. Nam & præcones mendacii sui habiturum, ostensum est, cum dictum sit duo cornua habiturum Agni similia. Dicit etiam Ioannes in Apocalypsi: *Vidi, inquit, ex ore draconis & ex ore bestia, & ex ore Pseudoprophetae spiritus tres immundos exeuntes velut ranas.* Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa. Exhibunt Reges totius orbis terræ congregare illos in pugnam, ad diem illum magnum omnipotentis. Quod enim in Daniele dictum est, *Examina ex eo exurgenti;* hic aperte dictum est, exire velut præcones eius spiritus tres immundos, tanquam in tres partes orbis, id est Africa, Europæ, & Africa: qui & signis persuadent Antichristum ipsum esse Christum. Sed eum non esse, sequentia demonstrent.

De Antichristo conuincendo quod Christus non sit.

Prædictio implenda.

CAPVT XII.

Antichristus in qua superbia fit venturus, superius dicta declarant. Non ergo erit humilis eius aduentus, sicut de Christo omnis resonat propheta, *Esaiã dicente: In humilitate iudicium eius sublatum est generacionem autem eius quæ enarrabit? quia tollent a terra vita eius.* Non ducetur sicut ovis ad victimam, id est ad Passionem, vt Christum ductum Euangelia testantur & Prophetia: *Non dabit precipienti se maxillam, nec spua & colaphos accipiens tacebit.* Quæ in Christo facta ita credimus; vt ea omnis prædicit propheta. Non ponet dorsum suum ad flagella, nec satiabitur opprobriis. Quod Christum implese, omne Euangelium prædicat & Prophetia. Non diuidentur vestimenta eius, & in tunicam sortem nemo missurus est. Quod in Christi veste factum Euangelia testantur & prophetia. Non crucifigetur, nec sel & acetum accipiet. Quod Christum præcepisse & Euangelia dicunt & Prophetia. Non suscipiet latus eius lanceam, & vulnera clauorum in eo non erunt. Quæ in Christo etiam post resurrectionem fuisse, & Euangelia testantur & Prophetia: *Sanguine suo non redimet mundum.*

Phil. 20. mundum. Quod de Christo omnis prædicit Prophe-
 tia: Non morietur, & tertia die resurget. Quod Chris-
 tum fecisse & Evangelia testantur. Apostolica quoque
 literæ & Prophetiæ. Non ascendet in cælum, nec Spiritus
Osé 6. sanctus in linguis igneis super Discipulos ef-
 fundet. Quod Christum implese, omne Evangelium
 sonat & Prophetia. Super hæc mundus ipse iam testis
 est totus: Quare his examinatis atque perspectis, in-
 telligant qui post nos futuri sunt, Antichristum non
 esse Christum. Cuius finem Apocalypsis ipsa demon-
 strat: *Venit, ait, Angelus, & apprehendit draconem, &*
Apoc. 14. *bestiam, & p[er] senao. Prophetas.* Isti vini simul missi sunt
 in stagnum ardens igne & sulphure, & cruciabantur
 illic in secula seculorum. Hic finis erit diaboli & An-
 gelorum eius, & eorum hominum, qui sub nota &
 signo, ad eius societatem transierunt. Sicut etiam Da-
 niel & Ezechiel Prophetæ de eius fine testantur. In his
 autem quæ dicta sunt, bene facient qui tunc fuerint
1. Petr. 1. *intenti Prophetiæ, sicut lucerna in obscuro loco, donec*
ipse dies qui venturus est, clarescat in cordibus creden-
tium. Alia verò signa vltima, quæ futura sunt, sequen-
 tia demonstrabunt.

Getas & Massagetas, per quorum scitiam ipse iam
 diabolus Ecclesiam vastat, & tunc amplius persequen-
 tur. Cessare etiam facient iuge sacrificium, propter
 quod admonet Dominus, dicens: *Venio cito. Beatus*
qui vigilat, & seruat vestimenta sua, ne nudus ambulet.
 Quæ autem sint vestimenta seruanda, sequens capi-
 tulum demonstrabit.

Vide idem
 apud Aug.
 cap. 12. lib.
 20. de ciuit.
 Dei.

De veste seruanda Christianis.

Prædictio implenda.

CAPVT XIV.

Paulus Apostolus dicit: *Quosque in Christo bap-*
ti- zati estis, Christum induistis. Et Dominus in Evan-
 gelio: *Qui semel lotus est, non opus habet lauare nisi pe-*
des tantum, quia est mundus totus. Omnis itaque ab hæ-
 reticis & baptizatus, aut voluntarie vestem suam
 Christum amisit, aut persecutione deficiens indumentum
 quod habuit, perdidit. Dum igitur tempus est, re-
 curat expoliatus, & nudus p[er]nitendo ad pium Pa-
 trem, qui redeuntis perditio filio, & primam stolam
 reddi iubet, simul & anulum dignitatis. Qui adhuc
 tortuosus hæreticorum disputationibus velut filiquis
 porcorum pasci desiderat, panis recorderet & patris,
 fugiat latrones expoliatores suos, pudeat Dei filium
 Antichristi factum esse mancipium, sponte vel comp-
 actus redeat, vt vestiatur, ne nudus exhibitus iu-
 dicetur. Hæc illi cum perditis filius actum sunt Dei
 testes. In his Helias & Enoch filium martyrium con-
 summabunt, sicut capituli sequentis narrat authoritas.

Gal. 3.
 Ioan. 13.

Luc. 11.

De missione Helia & Enoch.

Promissio implenda.

CAPVT XIII.

IN Malachia Propheta: *Ecce, ait, Dicit Dominus,*
Mittam vobis Heliam Testem, priusquam veniat
dies Domini magnus & manifestus, qui restituet cor pa-
tris ad filium, & cor hominis ad proximum suum, ne ve-
nians percussit terram funditus. Sic enim isti Prophetæ
 conuertent corda patrum ad filios, vt ostendant, quæ
 Patriarchæ vel Prophetæ dixerunt de Christo in hu-
 militate venturo, conuenientes Antichristum non esse
 Christum. Hoc euidentius Apocalypsis Ioannis ostendit:
Apoc. 11. *Dabo, ait Dominus, duobus martyribus meis, &*
prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta annis suc-
cis. Hi sunt due oliuæ & duo candelabra consistentia
 in conspectu Domini terre. Et paulo post: *Hi habebunt*
potestatem claudendi cælum, ne imbrem pluuiæ per-
ditis Prophetia eorum. Et potestatem bibere omnium
aquarum conuertendi eas in sanguinem, prosterne terram
in omni plaga, quotiescunque vulnerint. Ecce & hic tri-
 partita etiam testium diuisio. Contra Pharaonem duo
 testes Dei missi sunt, Moyses & Aaron: & duo Magi
 Pharaonis, Iannes & Mambres resistentes Moysi,
 qui simul cum suo Rege perierunt, & contra Neronem
 duo, Petrus & Paulus Apostoli: at è contrario Simon
 magus, qui & se perdidit, & Neronem decepit: &
 contra Antichristum duo Enoch & Helias & Prophe-
 tæ, aduersus quos tres p[re]dicto Prophetæ Antichristi
 exurgunt. Ideo hic plus vnus, quia supra vnus minus,
 vt senarius numerus ex vtriusque partibus suppleatur,
 propter sex dies creaturæ in principio dispositos, &
 sex Angelos canentes tubis, totidemque plagas mun-
 do inferentes, vt septimus finem laborum, requiemque
 Sanctorum significet, tanquam septimus dies qui ma-
 nent tantum & vesperum non habebit. Quam requiem
 sabbati omni præcepto Diuinitas ipsa seruandam com-
 mendat, vt vacantes ab omni opere malo manè adste-
 mus, vt contempniamur eum, qui coronat in misericordie
 & misericordia omnes, iuste iudicans, & inique nem-
 inem damnans, sed de his Ty. omnia multa confici-
 pite. Consummationem verò, perfectionemque tem-
 porum trium annorum & sex mensium, qui dicti sunt
 dies mille ducenti sexaginta, & mensis faciunt qua-
 draginta & duos, non tantum Apocalypsis Ioannis,
 quantum vt Daniel Propheta commendat. Quibus ci-
 uitate sanctam calcari exit estimatum ab hæreticis,
 & maximè Ariarianis qui tunc plurimum poterant, Gog
 & Magog, vt quidam dixerunt Gothos & Mauros,

De Passione Helia & Enoch.

Prædictio implenda.

CAPVT XV.

IN Apocalypsi Ioannis dicitur: *Cuius finierint mar-*
tyrii suum, bestia que ascendet de abyssu, faciet cum
his bellum, & vincet eos, & occidet eos, & corpora eorum
iacent in platea ciuitatis illius magna, que vocatur spir-
itualiter Sodoma, & Egyptus, ubi & Dominus eorum
crucifixus est. Hæc platea conscientia est omnium im-
 piorum, in mundo claudendum in morte Sanctorum,
 quod acerrimis quasi carcerint inimicis. Propter quod
 corpora eorum non sinent poni in sepulchro, quia hi
 videlicet duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui habent
 terras, quibus occisis: *Cuius dixerint, Pax & se-*
curitas, tunc illis adueniet repentinus interitus, sicut dolor
partus habentis in viro, & non effugiet. Quia dies Do-
mini (vt Paulus dicit Apostolus) sicut fur in nocte venies;

Apoc. 11.

1. Thess. 5.

De resurrectione Helia & Enoch.

Promissio implenda.

CAPVT XVI.

IN Apocalypsi Ioannis dicit: *Post tres & dimidium*
diem spiritus vitæ à Deo intrauit in illos, & stete-
runt super pedes suos. De his arbitror Apostolum dixisse
 Paulum: *Et mortui in Christo resurgent primi.* Tres
 igitur & dimidius dies, tribus annis & sex mensibus
 respondent, quibus potestas erit Antichristo, cuique
 supplettes coram oculis inimicorum Helias & Enoch
 ascendentes in cælum, iungunt in occursum Christo vero
 Regi & iudici venienti. *Qui Antichristum omnesque*
eius interfecit spiritu oris sui, vt regnet in domo Iacob
ipse, de quo dictum est: Regni eius non erit finis.

Apoc. 11.

1. Thess. 4.

Luc. 11.

Mich. 4.

De aduentu claritatis filij Dei & hominis.

Promissio implenda.

CAPVT XVII.

David Propheta dicit: *Deus manifestus veniet,*
Deus noster, & non silebit. Ignis ante eum ardebit,
& in circuitu eius tempestas valida. Dicit & Propheta
 Malachias:

Psal. 49.

Malachias:

Malac. 3.

Malachias: *Va deſiderabunt diem Domini, & ut quid vobis illud? Item: Ipſe ſubito veniet in templum ſuum Domini, quem vos ignoratis, & Angelus teſtamenti quem vos viditi, ecce veniet, dicit Dominus. Et qui ſuſtinebit introitum eius? aut quis reſiſtet in aſpectu eius? quia ipſe introitus ſicut ignis conſiatorij. Dicit & Eſaias: Ecce dicit Dominus ſicut ignis veniet, & ſicut procella curru eius redere in ira vindictam & retributionem in flamma ignis. Dicit & Dominus in Evangelio: Sicut enim fulgur exiens ab Oriente pergit in Occidentem, ſic erit & aduentus filij hominis. Et iterum: Sol tenebrabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtella de celo erunt decedentes, & virtutes calorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venire, nem in nubibus cum virtute magna & gloria.*

Apoc. 6. Teſtatur & Apocalypſis Ioannis dicens: *Sol factus eſt niger ut faccus cilicinus, & luna ſanguinea facta eſt, & ſtella ceciderunt eo modo quo ſicus vento magno agitata amittit acerbos fructus ſuos, & calum receſſit ut liber cum euoluitur: & omnis mons & inſula de locis ſuis nota ſunt: & Reges terre maximi que tribuni, & dinites, & nobiles, & ſerui abſcondunt ſe in ſplencio & petris montium, dicentes montibus & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à conſpectu Patris ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus ira illorum. Et quis poterit ſtare? Dicit & Paulus Apoſtolus: Ipſe Dominus in iuſſu, in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de celo. Fateatur & Sibylla inter cætera dicens:*

Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris: Voluetur calum: luminaris ſplendor obibit. Sed tuba tuum ſonitum tristem demittit ab alto Orbe, gemens facinus miſerum varioſque labores. Tartareumque chaos monſtrauit terra deſcens.

Multa per ſingula capita etiam neceſſaria teſtimonia prætermiſi, ſuſcepti operis modum cogitans. Quare aduentus Filij Dei, ſicut bonis lætitiã inſert, ita malis exitum. Nunc enim cum viuimus, & tempus eſt corrigendi, actus, moreſque mutemus: Sequitur autem reſurrectio mortuorum.

De reſurrectione carnis.

Promiſſio implenda.

CAPVT XVIII.

Ezech. 37.

Ezechiel Propheta. Dixit mihi Dominus: *Fili hominis, propheſiza ſuper oſſa hæc & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce eiciam vos de monumentis veſtris, & inducam ſuper vos nervos, & imponam carnes, & extendam cutem. Et dabo ſpiritum meum in vos, & viuetis, & ſcietis quia ego ſum Dominus. Et Eſaias: Exurgent mortui, & excitabuntur qui in monumentis ſunt. Et ipſe in Evangelio: Veniet, inquit, hora quando omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei, & procedent qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ; qui mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Teſtatur & Paulus hæc in ictu oculi fieri, in nouiſſima tuba: Canit enim, ait, tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et Apocalypſis: Exhibuit, ait, mare quos penes ſe habebat mortuos, ſimiliter & mors, & infernus: Hic illa abſoluenta ſeſe ingerit quaętio, quæ inſipientium gentiliūque ore proferitur. Quomodo reſurgant ij, quorum cadauera bellæ beſtiæ que comederint, iptaque ab aliis beſtiis, auiſus, canibusque conſumpta ſint: Ignorantes omnia quæ ex terra creata ſunt, in eandem materiam reſoluta recidere, ac facile eſſe potentia Creatoris, ex ea ruſum reparare que fuerant, qui potuit inter cætera primum ex illa hominem formare qui non erat. Si quem vero trouet, quod impij in iudicio non reſurgunt, intelligat non eos ad iudicium, ſed ad penam reſurgere, iuxta illam Domini ſententiam: *Qui non credit, ait, iam iudicatus eſt. Fateatur & Sibylla.**

Sic anima cum carne aderunt, quæ iudicat ipſe, Reſurgentibus cunctis, iudicium ſequitur,

De iudicio Chriſti Domini.

Promiſſio implenda.

CAPVT XIX.

David Propheta dicit: *Annuntiabunt calis inſtitiam, quoniam Dicit index eſt. Item; Adiucauit calum ſursum, & terram, ut diſcerneret populum ſuum. Item: Ipſe iudicabit orbem terra in æquitate. Firmat hæc Dominus in Evangelio: Cum uenerit, ait, Matt. 25. filius hominis in claritate ſua, congregabuntur ante eum omnes genes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut ſeparat paſtor oues ab hædis, oues ponet à dextris, hædos autem à ſiniſtris. Tunc dicit his qui à dextris erunt, venite Benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis parauit eſt ab origine mundi. Eſurui enim & dediſti mihi manducare, & cætera que pertinent ad opera miſericordia; in quibus eſt facticiū magnum purgans omne peccatum, ipſo dicente Domino. Miſericordiam volo inſigis quam facticiū. Siniftris autem dicitur eſt: *Ite in ignem æternum quem parauit pater meus diabolo & Angelis eius. Eſurui enim, ait, & non dediſti mihi manducare, & cætera ſimiliter que ad crudelitatis exitia pertinent, que mergunt hominem in interitum & perditionem, dum avari non paſcunt Chriſtum eſurientem in paupere, qui dicit: Quando ueni eſt minimis meis non feciſti, neque mihi feciſti. Sequiturque inter Patres læta ſententia iudicantis. Ibiuit, dictum eſt, impij, in ambulatione æternam. Teſtatur & in hæc Paulus Apoſtolus. Omnes, ait, ad ſtabimus ante tribunal Chriſti, & referat unusquisque ſecundum ea quæ per corpus geſſit, ſue bonum, ſue malum. Et Apocalypſis Ioannis dicit: *Vidi mortuos tam magnos quam minimos ſtantes in conſpectu throni Dei. Dehinc aperti ſunt libri, & alius liber operatus eſt qui eſt vita uniuſcuſque hominum, & iudicati ſunt mortui ex iſſis ſcripturis librorum ſecundum facta ſua. Libri aperti conſcientia; ſingulorum: Alius liber qui omnium continet actus, iuſtitia Dei eſt cuncta producens in lucem. De quo dicit Paulus: Donec ueniat Dominus, & illuminet abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique à Deo. Concludit Ioannis Apocalypſis: *Mors & infernus miſſi ſunt in ſtagnum ignis, & qui non ſunt inuenti in libro vitæ, miſſi ſunt in ſtagnum ignis, in quo cruciabitur in ſæcula ſæculorum. Sicut dicit & Eſaias: Vires eorum non morietur, & ignis eorum non exinguetur, & erunt uſque ad ſatiætatem viſionis uniuſæ carni. Fateatur & Sibylla, occultos actus tunc detegens. Quis loquetur ſæcra?****

Atque Deus reſeruit pectora luci; Tunc erit & lucis ſtridibus dentibus omnes.

Et paulo poſt:

Et coram hoc Domino reges ſiſſentur ad vnum. Decidet de celo ignis & ſulphuris amnis.

Poſt hæc ſequitur, per ignem purgatorium, quoddam fideles homines ipſaque elementa purgari.

De Igne purgatorio.

Promiſſio implenda.

CAPVT XX.

David Propheta: *Omnia ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut oportorium mutabit ea, & mutantur, tu autem ipſe idem eſ.* Item ipſe: *Igne nos examinasti, ſicut examinatur argentum. Et iterum: Transiimus per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigerium. Et Malachias Propheta: Ipſe introibit, ait, ſicut ignis conſiatorij, & ſedebis conſans, & purgans ſicut argentum & aurum, & purgabis filios Leui. Et in Evangelio Matthæus hæc de Domino confirmat dicens: *Hic eſt qui baptizat in Spiritu Sancto & igni, ferens ventila-**

Pſal. 49.

Matt. 25.

Matt. 25.

Matt. 25.

1. Cor. 5.

Apoc. 10.

1. Cor. 4.

Pſal. 101.

Pſal. 65.

Malach. 3.

Matt. 3.

Erunt enim a reconditis

Matth. 1. *recondet in horreo, paleas comburet igne inextinguibili. Et iterum ipse Dominus dicit: Præsumat cælum & terra transseat, tota unum, aut unus apex non cadet ex lege, qui non impleatur.* Et Petrus A. ostolus: *Qui autem nunc sumi cæli, eodem verbo repositi sunt, igni referendi in diem iudicii.* Et paulo post: *Properantes, ait, ad præsentiam Domini, per quem cæli ardentes solentur, & clementia ignis ardore decoquantur.* Dicit & Paulus: *Quia & ipsa creata liberabuntur à seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.* Fatetur & Sibylla dicens: *Omnia cessabunt, tellus contracta peribit, Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni.*

His igitur peractis, cum respicientes impij iustos dixerint: *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in finitum ordinem improprj.* Nos insensati vitam illorum affluantibus insaniam, & finem illorum sine honore, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est: Infuctuolam tunc agentes penitentiam, cum scriptum sit: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Redactisque malis in tenebris exterioribus, in quibus nulla lux, nullusque dies erit, ac vox illa terribilis & metuenda sonerit. *Auferatur impius, & non videat claritatem Domini sanctorum:* Tunc sequetur eminens illustrisque gloria, quæ alto est intimanda capitulo.

GLORIÆ REGNIQUE Sanctorum capita.

1. PROMISSIO *De cælo nouo, & de terra noua.*
2. PROM. *De conuersione Sanctorum.*
3. PROM. *De noua Hierusalem.*
4. PROM. *De eo quod Sancti fulgebunt vs sol.*
5. PROM. *De Sanctorum sicut stellarum in gloria differentia.*
6. PROM. *De uirginitate Sanctorum.*
7. PROM. *De inexplicabili dono Sanctorum.*
8. PROM. *De facie ad faciem uidentem Deum.*
9. PROM. *De reuelata facie Sanctorum.*
10. PROM. *De eo quod tradat filius regnū Deo & Patri.*
11. PROM. *De iugi cantico Alleluia.*
12. PROM. *De inuolutione omnium.*
13. PROM. *De eo, quod Deus sit omnia in omnibus.*

DE GLORIA REGNOQUE SANCTORVM.

De cælo nouo, & de terra noua.

Promissio implenda, credendaque.

CAPVT I.

Apoc. 11. 4. Pet. 3. **P**OCALYPSIS Ioannis dicit: *Vidi cælum nouum & terram nouam.* Testatur & Petrus: *Nouus uero cælos & nouam terram secundum ipsius promissa expectamus, in quibus iustitia inhabitat.* Et Dauid dicit: *Credo uidere bona Domini in terra uiuentium.* Hæc impij non uidebunt.

De conuersione Sanctorum.

Promissio implenda, atque primò credenda.

CAPVT II.

Ephes. 4. **P**aulus dicit Apostolus: *Donec occurramus omnes in uinum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi.* In quam Sancti, omnis ætas, & uetere sexus, cum hac gloria ad tricennale inuentum (in qua Christus Dominus passus) transseat cum ipso Rege suo, quem impij non uidebunt.

De noua Hierusalem.
Promissio implenda & credenda prius:

CAPVT III.

Apocalypsis dicit: *Hierusalem nouam uidi à Deo descendentem, aptatam & exoriatam, vsq; spem san marie.* Dicit & Paulus: *Qua sursum est Hierusalem, si bera est, quæ est mater nostra. In uocant: ne no erit noua, nec lumen lucerna opus erit, non lucētus, neque uos, neque clarior sed nec dolus uilnis, quia prius abierunt & huius patriæ gloriam impij non uidebunt.*

De eo, quod Sancti fulgebunt vs sol.

Promissio implenda & credenda.

CAPVT IV.

Dominus in Euangelio: *Tunc, ait, Iusti fulgebunt sicut sol in conspectu Patris sui:* quoniam et n equalis Agelis Domini, & hanc gloriam impij non uidebunt.

De sanctorum, sicut stellarum in gloria differentia.

Promissio implenda, & credenda.

CAPVT V.

Paulus Apostolus dicit. *Stella à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum.* Quo modo alij pro conuersione martyrij, alij pro integritate uirginali, alij pro continentia uiduali, alij pro iudicis conjugali, diuersis honoribus sine inuidia fulgeant, impij non uidebunt.

De uirginitate Sanctorum.

Promissio implenda & credenda.

CAPVT VI.

Apocalypsis Ioannis dicit: *Hi sunt qui cum mulieribus se non conuincuerunt, uirgines enim permanserunt.* Hi sunt qui sequuntur Agnum quocunque teris. Quò sequantur: uirgines, quòcum lequi nequeant non uirgines, imp j non uidebunt.

De inexplicabili dono Sanctorum.

Promissio implenda & credenda.

CAPVT VII.

Paulus dicit Apostolus: *Quod oculis non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit: quæ preparauit Deus diligentibus se.* Sancti cum hæc acciperint, impij non uidebunt.

De facie ad faciem uidentem Deum.

Prædictio implenda.

CAPVT VIII.

Paulus dicit Apostolus: *Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.* Quemadmodum Sancti uident Deum Trinitatem, Patrem in Filio, Filium in Patre, Spiritum Sanctum & in Patre, & in Filio, impij non uidebunt.

De reuelata facie Sanctorum.

Promissio implenda.

CAPVT IX.

Paulus dicit Apostolus: *Nos, ait, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloria tanquam à Domini spirita.* Et hæc impij non uidebunt.

De eo quod tradat Filius regnum Deo & Patri.

Promissio implenda.

CAPVT X.

Quomodo tradidit Filius regnum Deo & Patri, sicut Paulus dicit Apostolus, impij non uidebunt.

De iugi cantico Alleluia.

Promissio implenda.

C A P V T X I.

Apo. 19.

Quomodo iugi cantico, vt Apocalypsis dicit: Sancti cantent Alleluia sine defectu, sine fine: impij nec audient, nec videbunt.

De inuocatione omnium.

Promissio implenda.

C A P V T X I I.

Esa. 43.

Quomodo inuouentur omnia (vt Esaias Propheta & Apocalypsis dicunt) permanente in æternum: Et quomodo ex ligno vitæ sine corruptione cibum Sancti capiant, & de fonte Christo, non necessitate, sed potestate bibant, impij non videbunt.

Quid Deus sit omnia in omnibus.

Promissio implenda.

C A P V T X I I I.

Quomodo erit Deus omnia in omnibus, vt Paulus dicit Apostolus, impij non videbunt, quia soli Sancti & redempti his voluptatibus & deliciis cælestibus perfruuntur. Hæc est ciuitas, virtus & saluatio nostra. Hæc est Hierusalem cælestis perpetua. His in ea positis Sanctis verus Deus Rex

Nec metas rerum, nec tempora ponit,

Imperium sine fine dedit.

H sunt qui regnant cum Rege Christo: de quo dicit Daniel: *Regnum eius ateri populo non derelinquetur, quoniam regnabit in infinita secula, & regni eius non erit finis.*

Peroratio sancti Prosperi, & conclusio huius fidelissimi vtilissimique libri sui.

Iuante gratia Dei, hunc conclusi librum, tribus eius primis patribus quadragena capitula annotando, velut quadragenos dies, quibus in huius vitæ curricularis Moytes, Helias & Dominus Iesus ieiunia celebrantur. Ter enim quadragies ducta centum viginti faciunt. Accedunt alia viginti, in Dimidia parte finis mundi: & sunt centum quadraginta. Tredecim quoque in gloria Sanctorum superadduntur, & perficiunt centum quinquaginta tria. In quo numero sacra illi pisces reti veritatis incorrupto, post resurrectionem Domini iussione capti sunt, millia Sanctorum significantes, quos Dominus ex omni genere, tribu & lingua, per omne tempus congregans nobis, infinitum sibi cognitum numerum conlectauit. Habes primam piscandi voluptatem, si huius rei amator es, Lector spiritalis! præsertim quia in hoc libro, vt existimo, omnes voluptates, omnesque affectiones inuenies. Ingrede te ergo huc, adolescens! & huc auocare, hic lude, & age conceptiones tuas. Nam si te fortassis tabulæ lusus inuitat in esse vno, duo & tria, quina & sena habes, quibus numeris mensuræ aræ confurgunt, trinæ vnitatis tesserae voluens. Calculos etiam in bonis operibus candidos, in passione purpureos, spectante illo qui dicit: *Vincenti dabo calculum, & per calculum nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* In calculis eburneis nomina Proconsulum conscripta Carthagini in foro coram populo à presenti iudice sub certis vocabulis citabantur, & erat solennis dies albi citatio. Hi qui auaritiâ superantes tempus, fideliter egerant absque flagitiis, fauoribusque, etiam absentes honorabantur. Eos verò quos rapacitas vicerat, populus conuictis sibilisque notabat. Habes igitur quid vincas, qui tempus gubernando ludis in seculo; auaritiâ vince, quæ radix est omnium malorum. Nec iam terrene; quæ quousque modo labuntur, sed cælestes æternæque alli-

ciant potestates. Si venandi est affectio, habes montes altissimos, ceruos velociter Apollolorum Prophetarumque ducta percurrentes. Habes & in campis petram, refugium erycei & leporibus, quos in simplicitate cordis Christus Dominus per suos canes venatur, vt spinis careant delictorum. Si spectandi voluptas est, habes hic aurigam spiritualem Christum Heliam, qui curru igneo vique ad metas petactus est cæli, curtusque Pharaonis demersus in profundo. In munere habes Danielem sanctum, leonem non ferro, sed oratione vincentem; vrsosque vexantes eos, qui Helisum Prophetam contumeliis lacesserant. Habes quoque in sancto spectaculo non mimicas turpitudines, sed Christo sacras virgines. Habes Cabalarum loco, Rebæcæ geminos mysticè ludentes. Habes David coram arca saltantem & nudatum in Passione Christum, coram feris & ancillis suis, illâ ipsâ suâ historiâ exhibentem. Habes postremò fletus, planctusque Hieremias decantatos, non arte tragicâ, sed propheticâ. Adificandi si est affectus, habes fabricam mundi, mensuras aræ, ambitum tabernaculi, fastigium templi Salomonis, ipsius per mundum membra Ecclesiæ, quam illa omnia figurabant. Epulandi si est delictatio, habes hic sapientia paratam mensam, in qua est panis Angelicus, & vitulus signatus, sobrièque inebrians poculum salutare. Neque flores sancti desunt huius conuiuio, lilia virginum, continentia violæ, & roseæ coronæ martyrum. Restat, vt arboris, muscorum voluptas; habes organum ex diuersis fistulis Sanctorum Apollolorum, Doctorumque omnium Ecclesiarum, aptatum quibusdam accentibus graui, acuto, & circumflexo, quos musicus ille Dei Spiritus per verbum tangit, implet, & resonat; habens clauem David, qui claudit, & nemo aperit; aperit & nemo claudit, christi fides oleo & aqua baptismi cuncta consecrans, ac decorans. Ad huius organi suauissimas & dulcissimas voces perueniunt Principes, *Coniuncti pssentibus in medio adolescentularum tympanisfratarum.* Et quæ sint hæc sequitur: *In Ecclesiis benedicite Dominum.* Hæc adolescentulæ Ecclesiæ dum tympanum tangunt, id est, pellem mortui animantis extensam in ligno, scilicet Christum predicantem crucifixum. Huius tympani tam magnus sonus totius mundi iam mulect aurius. Nec decem chordarum Psalterium huc deest conuiuio, dum inclusione centum quinquaginta Psalm. laudant Sancti Dominum in sono tubæ, in psalterio & cithara, in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis bene sonantibus, in cymbalis iubilationis; quoniam omnis spiritus laudat Dominum: Hæc in templo Dei mei prospiciens, in quo omnis quisque dicit, Gloria: quoniam adhuc passiones, quæ per legem sunt, operantur in membris nostris, vt fructum fecant morti, multique vitii implicati tenentur in hac vita quæ tota tentatio est, sacrificium ex adipibus vitulorum, Patriarchatum & Prophetarum, captiurum pinguium, & arietum, Apollolorum ducum gregis, pro peccato animæ meæ, ac mundatione totius hominis mei in hoc libro & confessionem voui, & in ara contriti cordis immolauit holocausta, non sine incensio orationum omnium Sanctorum, quibus me ab omni peccato expiari posse confido. Quiescat inuidus lector, ne sicut Cain ferro, iste dente, vel lingua percutiat. *Filij enim hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Si quid autem displicet, si pius est, emendet in misericordia, & arguat in lenitate, oreque pro nobis, vt simul in arca inter munda animalia repositi, in cubito perfectionis eius pariter adnexi, charitatem Domini, trinæ maiestatis vnitatem per eminentem viam, ducæ gratia, sequamur omnes; eodem manente in nobis, & nobis in illo: *A quo omnia, per quem omnia, qui est Deus benedictus in secula. Amen.*

Æncid. 1.

Dan. a. & 3.

Apo. 7.

Psal. 67.

Rom. 7.

Iob 7.

Apo. 8.

Gen. 4.

Psal. 56.

De Promissionibus & Prædictionibus Dei, Finis.

D. PRO



D. PROSPERI AQUITANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS, In Libros de Vita Contemplatiua, ad Iulianum Pontificem.

PROLOGVS.



Div multumque renisus sum voluntati tuæ, mi Domine studiosissime Pontificum Iuliane! non velut pertinaciter durus; sed propriè impossibilitatis admonitus. Videbatur enim mihi, & iure forsitan videbatur, quod etiam ipsi præsumptionem meam potuissent improvide temeritatis arguere, si tantam rem, quæ vniuersè esset operose tractanda, facile ac sine ulla deliberatione * susciperem, cùm me oporteret priùs ipsius rei pondus, vnde dicendum foret, expendere: & sic adiuvante Domino, si vires facultas explorata promitteret, ad hoc attingendum, quod iuberetis, accedere. His & talibus sollicita consideratione perpectis, necessarium duxi, vt me aliquamdiu à scribendi præsumptione suspenderem. Sed quia, sicut cogitanda fuit inuncti operis difficultas, ita cogitari debuit inuicentis auctoritas, nec volui, nec debui vsquequaque resistere, certus * quod vires meas multò amplius adioueret tua præcipientis oratio, quam grauari ipsius materix magnitudo. Deinde illa consideratio in animum meum suis viribus diffidentem, in audaciam subeundæ præceptionis vestræ perduxit: quod iam non humilitatis esset, perseveranter tenere silentium, sed superbie vtià reuere, quamuis infirmis cervicibus * onus impositum graue sit: cui oneri sustinendo, etsi me me rusticitas faciebat inualidum, vestra fieri credidi fide, qui iubebatis, idoneum. Hoc quoque mihi audendi aliquid fiduciam dedit: quod magnarum rerum magnus ipse conatus esset, etiam si nullus dispuentem sequeretur effectus. Siquidem necessarium tractatio quæstionum, etsi non instruit non inuenientis quod quærit animum; exercet saltem quærentis ingenium; vt aut nouerit se quærendo, & nihil inueniendo necesse, quod se fortè nosse præsumperat: & ignorantix suæ consequenter admonitus, quod sibi desisse vident, quærat: quod inuenierit, teneat: quod tenuerit, * diligenter exercet: aut si quod libi de diuinis literis propositum fuerat, salubriter tractare, & sufficienter explicare * poterit: non de intentione * veritatis inflectit, sed in Domino qui eum intus illuminauit, vt illuminanda cognosceret, gloriatur. Quandoquidem conscientia sicut sine dono Dei, quod est charitas, inflat: ita ei

charitas si admisceatur, ædificat. Ac per hoc, qui de Deo loqui voluerit, aut nihil dicit, & se creditur à Deo accepisse quod dicit, habet vnde Deo gratias agat: non habet quòd ingenij sui viribus elatus * adscribat.

Sed iam ipsa capita, quæ vtiunque soluenda propoluitis, adtexam: itaque iubetis vt paucis edisseram, quæ sit vitæ Contemplatiuæ proprietas: & quid inter ipsam & Actiuam vitam intersit, quanta posthinc breuitate distinguam. Vt in his cum Ecclesiæ regendæ cura commissa est, Contemplatiuæ virtutis fieri particeps possit. Vt in æquanimiter sustinendi sint diuina præcepta calcantes, an pro modo peccati debeant ecclesiastica severitate coargui. Vt in congressibus fratrum aut alendis, expediat facultates Ecclesiæ possideri, an perfectionis amore contenti. Quæ sit abstinentiæ credendæ perfectio: & vtrum corpori an & animæ necessaria debeat iudicari. Quantum à virtutibus veris virtutum similitudines distent. Quibus præcedentibus causis & subsequenti incrementis nasci soleant vitia, vel angustia: & quibus possint, adiuvante Domino remediis, vel quibusdam medicamentis immitti, vel sanari. Quot modis vel gradibus vnaquæque virtus possit impleri. Et an vera sit * illa Philosophorum sententia, quæ virtutum omnium velut * fontes quosdam quatuor virmates, vitia quoque quatuor, velut quosdam origines malorum omnium designit. Hæc sunt nimirum decem, quæ à me voluistis enodati capitula, non vt absolutior eorum vobis aliquid cognitionis afferret: sed vt vestra * magis cura * scriberet, si regulariter imperatum minus implevero, non nihil ædificationis talium studiosis horum, & his simulum capitulorum explicatione * conferri. Cæterum si tu ea nescires, nunquam tanto ordine discutienda proponeres. Ideo autem voluisti cognita * a * nostris vobis disputationibus illustrari, vt aut me, si aliquid fecus * quam ratio habet exponerem, faceretis emendati vel corrigi: sint certè per sollicitudinem vestram, meumque sermone ad aliorum notitiam poscent Catholice disputata perducere. * Nunc igitur quæ sit vitæ Contemplatiuæ proprietas, * Domino vestris orationibus adiuvante tractemus.

Hic vide-
re esse ille
Iulianus
qui in vtro-
que Conci-
lio Arausi-
cano, &
Carpeno-
racensi sub-
scribit.
* C. susce-
perim.
* Aliis ex-
penni.
* C. quia.
* C. sit
onus im-
positum.
* C. ma-
me.
* C. perfe-
ueranter.
* C. pote-
rit.
* C. deest.
* C. in-
munita.
* C. or.

* C. præci-
pitabit
* C. scri-
bat
* C. Philo-
sophorum
illa
* C. quod-
dam fon-
tes.
* C. magi-
stra.
* C. deest.
* C. con-
ferret.
* C. disci-
dand.
* C. deest.
* C. vt.
* C. Nunc
igitur iam
quæ.
* C. vestris
orari-
ni-
bus domi-
no adiu-
uans

CAPITA LIBRI PRIMI DE

VITA CONTEMPLATIVA.

- CAP. I. *Quod ea sit vita Contemplatiua proprie-
tas, vbi * Dominus mundus corde vide-
bitur.*
- CAP. II. *De qualitate vite futura.*
- CAP. III. *Quod eo iudicio Dei ab iniquis hominibus se-
parandi sunt Sancti, quo * ante sunt beati
Angeli ab inmundis spiritibus separati.*
- CAP. IV. *De resurrectione, vel vita Senilorum.*

- CAP. V. *Quod presentium contemptores etiam hic con-
templatiua vite beatitudo delectet.*
- CAP. VI. *Quod perfectio contemplatiua vita que hic
haberi potest, * illic perfectioni futura * C. deest.
comp. rari non possit.*
- CAP. VII. *Quod Dominum perfectè Sancti videre non
possunt, nisi cum ad beatitudinem futuræ
vite peruenerint.*

* C. Deus.
* C. iam. ?

- CAP. VIII. *Qua & quanta sit in hac carne vita Contemplativa perfectio, vel qualiter ei perficienda mundi contemptores inhareant.*
- CAP. IX. *Quod iam iam interest inter perfectionem vita istius & futura, & quantum interest inter perfectos qui peccare nolunt, & eos qui peccare iam non possunt.*
- CAP. X. *Quod hic Sancti Deum in assumpta creatura viderunt.*
- CAP. XI. *De qualitate glorificationum corporum, que in resurrectione futura sunt.*
- CAP. XII. *Quantum inter Contemplativam & altivam vitam interest.*
- CAP. XIII. *Quod Sacerdotes sancti contemplative vite fieri participes possint.*
- CAP. XIV. *Vbi locutus se excusat, quod Ecclesie magistros docere non audeat.*
- CAP. XV. *De negligentia sacerdotis qui doctrina sua agendo contraria, personam non potest implere doctoris.*
- CAP. XVI. *Quale periculum maneat eos, qui Ecclesiam sibi creditant vel relinquunt, vel strenue gubernare contemunt.*
- CAP. XVII. *Vbi anxium quod Ecclesiam nec relinquere, nec regere possit, pronocat sug-*


- CAP. XVIII. *gerendo quod eam melius regat exemplo. Quod parum valeat exemplo agenda monstrare, nisi etiam qua sint credenda, docendo sacerdos ostenderit.*
- CAP. XIX. *De virtute fidei, quod ad eam non solum credere, vel intelligere, sed etiam bene operari pertinet.*
- CAP. XX. *Quod nihil prosit sacerdoti, etiamsi bene vivat, si male viventem tacendo non corrigat.*
- CAP. XXI. *Luculsa descriptio sacerdotis carnaliter vivensis.*
- CAP. XXII. *Quod secundum sermonem Prophetam culpa sua pereant, qui sacerdotum increpationes, vel admonitiones perverfa voluntate contemunt.*
- CAP. XXIII. *Quod sacerdotes etiam qualiter possint iam simpliciter docere debeant, ut omnes eos docentes intelligant.*
- CAP. XXIV. *Quid intersit inter doctores, qui Ecclesiam simpliciter docentes adificiunt, & eos qui eloquentiam suam luculentis declamationibus iactant.*
- CAP. XXV. *Quales debeant esse Sacerdotes, qui volunt fieri vite Contemplative participes.*

* C. iam peccare non possunt.
* C. Dominum.

* C. ubi lo-
loc.

* C. relin-
quere vo-
lunt.

* C. sacer-
dotibus.
* vivunt.
* viventes.
* corrigunt.
* Carnaliter viventi-
um sacer-
dotum.
* C. Prophe-
tice.
* C. qui
alter.
C. decic-
tant.



D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS,

DE VITA CONTEMPLATIVA LIBER I

Quod ea sit Vita Contemplativa proprietas, vbi Deus mundo corde videbitur.

CAPVT I.



ONTEMPLATIVA Vita, in qua Creatorem suam creatura intellectualis ab omni peccato purgata, atque ex omni parte sanata vivit, a contemplando, id est, videndo, nomen accepit. Quod si ita est, illa vita vbi Deus videri potest, ipsa est Contemplativa credenda. In presentia autem vita miseris, erroribusque plenissima, Deum, sicuti est, videri non posse, dubium non est. In futura igitur vita, que ob hoc appellatur Contemplativa, videndus est: ned immerito. Si enim videte Deum, summum, solidumque est gaudium: summum vero gaudium premium bene creditori beatorum: & premium non adhuc pugnantis, sed iam vincentibus dabitur post triumphum: quis non videat quod omnes Sancti Deum in illa vita aeterna videbunt, vbi sine fine gaudebunt? Ibi gaudebunt, vbi premium reportabunt: ibi recepturi sunt premium, vbi non solum deicatis, sed etiam finitis hostibus, triumphabunt; ibi triumphabunt, vbi viceris aduersarii non habebunt. Ceterum in hac vita quamvis stenuè dimicemus, & adiuvante Domino, ceteras hostium, quibus circumfunditur, prosternamus; tamen si ab eis volumus vinci, nunquam pugnare definamus. Nec vincentes securus facient viliiter desudata iam prelia; sed magis sollicitant aduersarium rediuvia certamina. Ac sic, quia secundum scripturam sacre ferromeni, tota humana vita tentatio est super terram, tunc est tentatio finiendi, quando finitur & pugna: & tunc est finienda pugna, quando post hanc vitam succedit pugna securi victoria: vt omnes milites Christi, qui vtique in finem vite presentis diuinitus adiuti, suis hostibus infatigabiliter restiteunt, laboriosa iam peregrinatione transecta, regnent felices in patria. In qua humana natura ita reparanda est, & ab omni profus infirmitate sananda, vt nec peccata

* C. & ve-
rum.

* C. time-
bunt.

* C. defini-
mus.

* C. sancta.
lob 7.

ulla remaneat, nec peccata iam valeat. Cuius hoc erit totum premium, vt vite contemplatiue semel compos effecta, inexplibiter autorem beatitudinis conspicat suae de illo gaudeat, de illo quod sperauit obtineat, & in eo ad quod sancte vincendo petuenerit, sine fine permaneat.

* C. conce-
piscat.
* C. deest.
* C. quo.
* C. perue-
nit.

De qualitate vite futurae.

CAPVT II.

Am vero de qualitate ipsius vite futurae quid dicam, quae potius debet credi, quam dici? Nec ideo tamen debeo inde tacere, & quod valeo: quia dicere quantum volo, non valeo. Neque enim quia Deum ineffabilem credimus, fari de illo quod possumus, non debemus. Ita sane, vt plus credatur de illa vita, quam scribatur; quia nec potest tantum inde profert sermone, quantum potest mente complecti; & minus concipit mentis humanae quamlibet profunda complexio, quam se habet rei ipsius magnitudo. Ergo futura vita creditur beato sempiterna, & sempiternae beata, vbi est certa securitas, & secuta tranquillitas, & tranquillam iucunditas, felix aeternitas, aeterna facilitas; vbi est amor perfectus, nullus timor, dies aeternus, alacer morus, & vnus omnium spiritus de contemplatione Dei sui, ac de sua cum illo permanente securus; vbi ipsa ciuitas, quae est Angelorum Sanctorum & hominum congregatio beata, meritis fulgentibus micat, & aeterna salus exuberat, veritas regnat; vbi nec fallit quicque, nec fallitur, vnde nullus ciuitur beatus; & quod nullus miser admittitur.

* C. inde
tantum.

* C. deest.
* C. deest.
* C. timor,
nullus.

* C. micat
aeterna sal-
* C. nullus
beatus ei.

Quod eo iudicio Dei ab iniquis hominibus separandi sunt sancti, que ante sunt beati Angeli ab immundis spiritibus separati.

* C. iam.

CAPVT III.

Sed & hoc futurum credimus per iustum Dei iudicium, in quo non solum meritis, sed etiam locis sic ab iniquis iusti separandi sunt in aeternum, vt iam nec

nec

nec remunerati præmium finiant : nec damnari supplicium; quandoquidem propterea incorruptio & immortalitas dabitur etiam corporibus miserorum vt nec ipsi æternam pœnam finiant, nec ipsos conuiuat immortalis pœna, sed puniat. Ideo autem beata incorruptio & immortalitate lustorum corpora donabuntur, vt & ipsi in gloria, & in ipsius gloria æterna permaneant. Hoc iudicium, quod inter iustos homines iniustisque futurum dicimus, inter sanctos Angelos & immundos credimus factum. Nam cum essent vtique sine peccato creati & ad seruendum Deo suo feliciter instituti, eorum quidam voluntate propria deprauati noluerunt permanere quod facti sunt, & cum se contra Creatorem suum * typho superbiæ letalis hostiliter extulissent, de superna cæli regione proiecti sunt. Quos diuina sententia eo supplicio condemnauit, vt quia noluerunt perseuerare, cum possent, nec * uellent reparari, nec * possent. Siquidem prauaricatio: onis eorum fuit, quod irreuocabili iudicij amaduersione percussis sunt: & ad dampnationem iustissimam profectò pertinuit, quod uoluntatem redundi ad facultatem penitus amiserunt; sicut è contrario uoluntatis Sanctorum Angelorum fuit, quod malis sponte cadentibus, ipsi in sua dignitate manserunt, & diuino iustoque iudicio actum est, vt quæ fuit cum Deo suo manendi uoluntas, fieret permanendi uoluntaria felixque necessitas. Et idèd, quia nec peccauerunt vnquam, nec peccare iam possunt, illius Contemplatiuæ uitæ semel facti participes, inexpugnabiliter auctorem beatitudinis suæ conspiciunt, * ac meritò suæ stabilitatis in æternum felices effecti, de sua permanente securi sunt: Qui summum solidumque gaudium, quo insatiabiliter perficiuntur, de diuina contemplatione percipiunt, ac Deo suo insatiabiliter & amanter inseruunt, ità perfectè beati, vt nec cupiant beatiores fieri ultra, nec ualent.

De resurrectione, uel uita Sanctorum.

CAPVT IV.

Hæc est Contemplatiua uita beata, ad quam qui honorum operum consummatione peruenerint, beatis Angelis similes erunt, & simul cum Deo fine regnabunt. Quod hic * crediderint, ibi uidebunt, sui Creatoris substantiam mundis cordibus cõtemplantes: æterna exultatione gaudebunt: * diuina ac mutua dilectione possessi, Deo suo in æternum & inuicem sibi feliciter adhaerebunt, receptis cum incorruptione atque immortalitate corporibus; municipatam patriæ celestis accipient, atque eius in æternum ciues effecti, promissa præmia reportabunt. Ibi eis exuberabit tanta lætitia, tanta celestium gratia gaudiorum, vt Remuneratori suo pro tantis muneribus gratias agant, & nullum fastidium ex ipsa affluentium bonorum perceptione sustineant. Ibi ita patebunt singulorum singulis mentes, sicut corporalibus oculis subsiciant facies corporales: quia humanorum pectorum tanta ibi erit & tam perfectæ munditia, vt habeant vnde mundatori suo Deo gratias agant, non vnde offensi aliquibus peccatorum loricibus erubescant: quia nec ulla peccata ibi nec peccatores erunt, & qui ibi fuerint, iam peccare non poterunt. Nec latebit iam perfectè beatos aliquid secretorum, qui, quod est longè præstantius, ipsum uisuri sunt mundis cordibus Deum: quandoquidem humana creatura ità perfectæ erit, vt in melius aut * decenterius ultra mutari non possit. Cuius humanæ substantiæ ad Conditoris sui simplicitudinem sublimatæ, omnia bona quæ naturaliter accepta peccato corrumperat, reparabuntur in melius, id est, intellectus sine errore: memoria sine obliuione: cogitatio sine peruagatione: charitas sine simulatione: sensus sine offensione: incolumitas sine debilitate: salus sine dolore: uita sine morte: facilitas sine impedimento, saturitas sine fastidio, & tota sanitas sine morbo: quoniam quidem quicquid

hic corporibus humanis uitiandis aut ferarum morsus * ademerint; aut improprii casus abstulerint, aut malatum ualitudinum genera diuersa * discernerint, aut humana crudelitas amputauerit, aut si ignis, uel qualibet alia res aliquid debilitatis inulerit, aut ipsa senectus etiam sanis onerata negauerit, hæc * & his similia corporum dama vna ibi resurrectio reparabit, atque ea corpora membris omnibus restaurata, incorruptibilis sanitas obtinebit. Propterea quicumque ibi erunt, etsi differentibus mediis ab inuicem distabant: omnes tamen uia perfectione beati erunt, quia singulis præmia sua sufficientia erunt, & capere amplius præmiis suis iam perfecti non poterunt. Sicut enim corporalis saturitas omnes saturatos æqualiter habet, quamuis singuli diuersa non æqualiter, sed pro possibilitate perceperint: ita omnes Sancti etsi fuerint aliqua graduum suorum diuersitate distincti, vna beatitudine perfecti erunt, quia & uia perfectione beati futuri sunt. Cæterum in illa tantæ beatitudinis regione nec * maioris meriti sibi aliquid * quisque arrogabit: quia arrogancia ibi nulla erit: nec superioris inferior inuidebit; quia * ibi inuidus nullus esse poterit. Et idèd etsi ibi erit distantia mansionum, summa in illis erit vnitas perfectionis æqualitas, quibus erit regni celestis uia felicitas.

Quod contemptores præsentium etiam hic Contemplatiuæ uitæ beatitudo delectet.

CAPVT V.

Vi felicitati promouende ille suspirat, qui præsentibus omnibus futurorum Contemplatione renuntiat, atque à domesticis occupationibus, quæ nonnunquam perfectè viuere cupientium processum impediunt, in illam * diuinæ sublimitatem contemplationis euectus, ipsos etiam suæ carnis affectus exuperat. * Qui & insatiè se vniuersa despiciens, quæ plerumque animas de præteritæ uitæ sanctitatæ securas in terrena deiciunt, ipsihs etiam cælestibus appropinquat. * tan- to diuini vicinior factus, quanto supra humana omnia studio perfectionis ascendit, certus quòd si Contemplatiuam uitam hic incertis honoribus, diuitiis anxii, & caducis delectationibus plena uoluntate prætulit, veros honores, securas diuitiis, & delectationes æternas * inueniat, cum ad perfectionem contemplatiuæ uirtutis, in illa beata uita, ubi futura est, Deo remunerante, peruenerit. Etre vera quid erit honoratus eo, quem diuina clementia angelicæ dignitatis æqualitate bauerit? Quid diuitius eo, quem regni celestis ineffabiliter affluens beatitudo diuiterit? Aut quid etiam hic delectabilius Contemplatione diuina quæ sibi ueraciter inhiant incorruptibilem suauitatem futuræ remunerationis infundit? Quoniam quidem Contemplatiua uita hic quoque amatores suos futurorum bonorum consideratione delectat, ac sibi tota mentis intentione vacantes, quantum in hac uita fieri potest, dono sapientiæ spiritalis illuminat, & ad illam diuinæ plenitudinem uisionis, cuius spem studitis intenti cælestibus gerunt, incentione quodam ipsius consequende perfectionis inflammat, vt quod nunc in ænigmatibus cernunt, nec perfectè discernunt, tunc in illa reuelatione conspiciant.

Quod perfectio Contemplatiuæ uitæ, quæ hic haberi potest, illi perfectioni futuræ comparari non possit.

CAPVT VI.

Propter non sic contemplatiuæ uitæ sublimitatem in futuro, ubi perfectio perficienda est, prædicant, vt in præsentem eam negare non possit ab omnibus mundi contemptoribus: apprehendi, si modo se ad eam tota deuotione conuertant: si desiderio eius accensi, præsentia blandimenta fastidiant, & longè fortiores effecti, quam vt eo terrenæ occupationes illaqueent, diuinis rebus ac futuris promissionibus

Es. 4.
* C. typo.
* C. sub iudicio.
* C. uelint.
* C. possunt.
* C. præuaricationis eorum quod fuit irreuocabilis iudicij.
* C. factum.

* C. &

* C. crediderunt.
* C. diuina dilectione ac.

* C. in decenterius.

Nota.

* C. ademerunt.
* C. deceptorum.
* C. atque.

* C. maioris.
* C. deest.
* C. inuidia ibi esse non poterit.

* C. sublimitatem diuinæ contemplationis.
* C. deest.

* C. tantis.
* C. quantum.

* C. inueniunt.
* C. inuenit.

* C. deest.

considerandis inhæreant. Sed si * consideramus Apostoli Pauli sermonem, quo inter eam scientiam quæ hic est, & eam quæ ibi futura est, discriminans ait: *Ex parte sciens & ex parte prophetans*: Contemplationis diuinam quæ in hac vita est, illi futuræ conferre nec possumus, nec debemus: quando idem Apostolus adiungat & dicat: *Cum autem uenerit quod perfectum est*, in illa vita significans, *tunc euacuabitur quod ex parte est*: ac si quodammodo ex parte sentimus, tunc ad illam plenitudinem contemplationis diuinæ perducti iam perfectè videbimus. Nec sanè quia ibi rerum omnium notitia non per partes, sed simul & tota uidebitur, idèd saltem qualiscunq; in hoc fragili corpore * desperetur. *Et si enim corpus quod corruptum est, aggrauat animam, & deprimis terrena inhabitatio sensum multa cogitament;* tamen in quantum potest humana mens, quam suus Creator ad suam fecit imaginem, studeat etiam hic intelligibiliter Deum uidere per fidem, ut eum plenius uideat, cum peruenerit munere ipsius Conditoris sui ad speciem. Attende quàm diuinè sanctus Apostolus speciem fidemq; distinxit, ut diceret: *Per fidem ambulamus, non per speciem*. Fides ergo est per quam ambulatur, & (species quæ uidetur: quia in hac vita ubi per fidem bene uiuendo proficimus, bonorum operum quodammodò passibus ambulamus. In futura autem perueneritis ad speciem, iam non erit quòd uelut proficiendo ulterius ambulemus: sed ipsam speciem ad quam per fidem spiritualiter ambulando peruenerimus, insatiabili delectatione uidebimus.

Quod Deum Dominum perfectè Sancti uidere non possunt, nisi eum ad beatitudinem futura uita peruenierint.

CAPVT VII.

Quocirca sic hortandi sunt ad Contemplatiuam vitam, quicunq; plenè uoluerint, & Deo auxiliante potuerint, ut meminerint sibi ipsius Contemplationis diuinæ perfectionem, in illa beata uita quæ futura est, referuati, ut ibi Deum sicuti est, perfectè uideant, ubi & ipsi erunt uitæ æternæ ac regni cælestis consecutione perfecti. Cæterùm si hic perfectè potuissent substantiam Dei humana fragilitas contemplari, nunquam sanctus Euangelista dixisset, *Deum nemo uidit unquam*. Non dixit, nemo uidebit. Denique ut euidenter ostenderet uisionem Dei non negatam sanctis hominibus, sed dilatatam: quod in præsentis tempore negauit, in futuro promisit dicens: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt*. Nec hic dixit, quoniam ipsi Deum uident: Igitur si Deus, qui in hac uita sine alicuius elementi assumptione, nec potuit uideri, nec potest, in futura uita uidentis est: ibi est Contemplationis diuinæ speranda perfectio, ubi erit omnium bonorum plenitudo.

Quæ & quam a sit in hac carne uita Contemplatiua perfectio, uel qualiter ei seruenda mundi contemptores inhæreant.

CAPVT VIII.

Proinde uitæ Contemplatiuæ sectator ad Conditorum suum corde illuminandus accedat, ipsi contemplando atque insatiabiliter perseruendo uigilanter inferuiat, ipsum iugiter concupiscat, præ amore eius omnia quibus inde potest auerti, * refugiat, omnes cogitationes suas, ac totam spem ex illius delectatione suspendat, literarum diuinarum sacris meditationibus vacet, in his se diuinitus illuminans oblectet, ibi se totum uelut in speculo quodam resurgens consideret: quod in se prauumprehenderit, corrigat, quod rectum * est, teneat: quod deforme, componat: quod pulchrum, * excolat: quod sanum, * seruet; quod infirmum, assidua lectione corroboret: Domini

sui præcepta insatiabiliter legat, * inexplēbiter diligit, & efficaciter impleat, & quid sibi cauendum quidve sectandum sit, * ex eis sufficienter instructus agnoscat, mysteris earundem diuinarum Scripturarum perscrutandis insistat, Christum * promissum legat, repræsentatum uideat, prophetatam perdicionem populi contumacis intelligat, impleri leuget, de salute gentium gaudat, ex præteritis quæ prædicta sunt & impleta teneat, futuris promissionibus credat, * ab strepitu negotiorum secularium reuorsus, ea feruenter excogitet, quibus animum suum in desiderium futuræ remunerationis inflamet, studiis (spiritalibus, quibus in dies singulos melior ac melior fiat, inuigilet, amet ocium sanctum, in quo exerceat animæ suæ negotium, mortuum sibi deputet mundum, ac se mundi * blandientis illecebris exhibeat crucifixum; delectationis spectaculorum præsentium in comparabiliter anteponat sui Creatoris intuitum, semper se proficientem successu in fatigium diuinæ Contemplationis attollat, nunquam ne ad momentum quidem à promissionibus futuris considerandis auersus, ad terrena respiciat, eò aciem mentis indefinenter intendant, quò peruenerite desiderat: beatitudinem uitæ futuræ ante oculos animi sui proponat & diligit, ne metuat aliquid temporale, aut nec cupiat, ne aut metus amittendæ rei temporalis, cupiditas acquirendæ intensionem mentis eius emolliat; non enim huiusmodi corruptants nec aduersa concutiant: non inflat opinio secunda, nec sinistra deiiciat, nec falsa uiruperatio, siue laudatio augeat gaudia eius, aut minuat; non gaudet de temporalibus omnino, nec lugeat. Inter læta inuictus, ac tristitia; vnam faciem animo constanti obtineat, nec * peccatoris eius stabilitatem, quicquid promittit mundus aut minatur, excutiat: sed idem semper ac sibi similis perseuerans, mundi huius damna simul * & lucra non sentiat. Et cum hæc * & his similia Contemplatiuæ uitæ desiderio affectus impleuerit, non se hic iam ex * parte omni perfectum, sed persiciendum in illa beata uita, quæ futura est, immobiliter credat, atque ad eandem se, ubi Dei substantiam reuelata facie uidere possit, extendat.

Quod tantum interest inter perfectionem uita ipsius & iurura, quantum interest inter perfectos qui peccare nolunt, & eos qui iam peccare non possunt.

CAPVT IX.

NAm sicut hic comparatione iustè uiuentium dicitur quisque perfectus, quia iustus præcepta facit, perfectus autem præcepta transgredit: ita idem collatus illis absolutè perfectis, qui in uita beata futuri sunt, non est, ut ita dicam, perfectè perfectus, cui est dimissa est omnis iniquitas, non est adhuc sanata; sed sanator eius infirmitas; & ideo etsi non peccat, ut sit uerè perfectus, peccare tamen potest: quia non est consumpta omni infirmitate sanatus: ac per hoc, ubi ab omni peccato mundatur, peccare non poterit, ibi erit perfectè sanus * ac summè perfectus. Hic autem quantalibet quis excellentia sanctitatis emineat, quantalibet eminentiâ perfectionis excellat, potest quidem fieri pro modulo huius uitæ perfectus: sed non est sic de sua perfectione securus, ut non debeat esse de casu sollicitus, & utique ubi est sollicitudo, non est absoluta beatitudo. Quæ nequaquam perfecta credenda est, si secuta non fuerit: nec secuta erit, nisi omnem sollicitudinem securitas æterna consumpserit. Quapropter, qui dicuntur in hac uita beati, spe beatitudinis futuræ beati sunt: ipsa autem re non hic, sed in illa uita beati futuri sunt: quia ibi omnium Beatorum beatitudo perfecta erit, ubi humana natura ipsi gloriam conditoris, & suam perfectè beatificata uisura est, atque ei sine ullo defectu suæ beatitudinis adhærebit.

Quod

* C. Consideremus. 1. Cor. 15.

Ibidem.

* C. desperatur. Sap. 9.

1. Cor. 5.

Gen. 1. 1. Ioan. 4.

Matth. 5.

* C. fugiat.

* C. deest. * C. feruet. * C. excolat.

* C. Implebiter. * Cab. * C. addit. ibi.

Ioan. 1.

* C. 2.

* A. fias blandimentis illecebrisque.

* C. peccatori.

* C. ac. * C. atque. * C. omni parte. * C. eam.

Quod hic Sancti Deum in assumpta creatura viderint. CAPVT X.

Illos dico, qui velut conuersi, ex pristinis moribus nihil abiciunt, non mente mutati, sed veste, nec actu, sed habitu. Hi sunt, qui sermone tantum, non opere, seculo renuntiasse contenti seculariter viuunt, & vitia sua inani professione vitæ melioris abcondunt, ac religionis imaginariæ nomine palliati, obfcondunt virtutis pro virtute suscipiant. Prædicant magna, nec faciunt: acculant vitia, nec deponunt. Publicè sibi despicere simulant, quod occultè committunt. Magni student videri, non fieri. Laudant eos, quorum cupiunt prædicatione laudari. Leuant, vt vultus sui pallorem perniciosi laudibus vendant. Ad reprehendendos alios prompti, se non patiuntur à quibuslibet vel leuiter reprehendi. Ad faciem publicam patientiam fingunt, & in animo iracundiæ virus abcondunt, ad nocendum parati, cum nocendi tempus inuenierint, suotum actum negligentes fiunt, aliorum procati libertate censores. Impudenter se assunt virginibus sacris ac viduis, quibus tanto * inglutinantur affectu, vt facilius ab Ecclesiæ (quod dicitur quoque nefas est) quam ab earum communione discedant. Qui etsi cum illis fortè non * peccant, tamen malæ suspitionis de se præbendo materiam, vitam suam maculis sinistræ opinionis infamant. Taceo de illis, qui vandant lapsabundi corporis motu, desucentibus in talos vestimentis incedunt, & vagis laterum flexibus quodammodo fluctuantes, animorum dissolutionem veltiguis sinuosa mobilitate nutantibus produnt. Illos quis ferat, qui * adumbratæ pretendentes honestatis imaginem, ad hoc pupillorum, ac viduarum carum, velut tuendas simulata pietate suscipiunt, vt eorum facultates suis adiciant, & diuities ex pauperibus facti, vel ex diuitibus ditiores, tenentem censum per nefas accumulent, vt cum fuerint exundante patrimonio sumptuosiores effecti, nunquam materia voluptatis gulæ suæ dicitur? Hos igitur tales quare non arguant, qui arguendi potestatem diuinitus acceperunt? Nonne veretur, ne fortè cum tam flagitiosè viuentibus parcent, videantur probare quæ faciunt? Quid quòd etiam eos ad officium clericatus admittunt, & (proh nefas) quasi parum fit quod tales dissimulata seueritate non increpent, insuper & honorant?

Responsio, vbi ostenditur, quibus exigentibus casibus quorundam infirmitas blandè tractetur.

CAPVT V.

Go verò, si recolis, inquam, quid de sanctis Sacerdotibus fuerit disputatum, sufficiens accepisti responsum. Ecclesiæ quippe Doctoribus, sicut supra iam diximus, & censura inesse debet, vt arguant; & patientia, vt emendari nolentes foriter ferant, à Apostolico satisfaciens imperio, qui Timotheo præcepit, dicens: *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quasi diceret: Argue coæquales, obsecra seniores, increpa iuniores.* Sed propterea addidit: *In omni patientia & doctrina*, quia leniter castigat exhibet reuerentiam castiganti: alperitate autem nimia increpationis offensus, nec increpationem recipit, nec salutem. Item alio loco idem Apostolus dicit: *Vos qui firmiores estis, imbecillitates infirmiorum sustinete.* Sustinet ergo æquanimiter vt infirmos, quos emendare non poterit castigatos. Proinde quia nec obiurgari omnes expedire, nec omnes blandè tractari, sciunt sancti Sacerdotes atque discernunt, quos debeant temperata seueritate corrigere, & quos sacerdotali magnanimitate portare: & idè omnium quos per Dei gratiam curant, non voluntari, sed vilitati propiciunt. * Denique alios honorari deformiter ambientes, quibus non expedire nouerunt, non vitio alicuius inuidiæ, sed lætæ prudentiæ consilio prætermittunt, & alios latere cupientes honorant, vt eis aditum ad maiores profectus aperiant. Eos quos probant increpationem posse pati, castigant; & impatientes obiurgationis vt languidos palpant: non * eis adulando, quod tales

* sunt: sed infirmitatibus talium compatiendo, si fortè * C. fuit aliter sanari non possunt. Ceterum si Ecclesiæ communione priuentur infirmi, qui curati adhibita increpatione non possunt, aut intolerabilis mole tristitiæ supra modum grauati succumbunt, & Sanctorum omnium vultus, per quos possent restitui Deo, refugiunt certe ad omnem peccandi impudentiam, si fuerint exacerbati, profiliunt: & quidquid mali occultè faciebant, publicè perpetrabant: in tantam vesaniam reparandæ salutis desperatione prolapsi vt * serua verba contempnent in iocos extitabiles impudenti verbanitate conuertant * ac maledicaces in se ex ipsa iactatione turpitudinis suæ turpiter viuendum maluolus lætities pascant. Propter hoc ergo, blanda pietate portandi sunt, qui increpari pro sua infirmitate non possunt: Et re vera, si peccanti iulubrem pudorem, dum pro eo erubescit, incutias, ac verendum quam pro peccatis eius afflumis, in cum pia animi compassione transfundas, facillè in illo reprimis omnem peccandi licentiam, atque ei totam impudentiam demis, licentiosæ turpitudinis hortatricem. Tunc mors eius verècundia custos integritatis ornat, vt ei placeat quod aut sordebat, quando * in sordibus erat, & sordidus erat: * vt sordeat quod aut placebat, quando ipse bonis omnibus displicebat. Sanctos viros amando sectabitur, & sectando in eorum similitudinem paulatim vitæ prioris emendatione formabitur, vt ei quàm laboriosum fuit in sublimitatem virtutis euadere, tam deformis sit in vitia turis quibus se gaudet caruisse, descendere: Quia sicut virtus onerosa est vitioso: * ita virtutis amico vitiosa * voluptas amara est. Ecce quomodo peccantes omnes blandè tractat aut increpat, qui nihil aliud, nisi eorum salutem, quibus vult prodesse, considerat.

Quòd illi peccata aliena impatienter accusant, qui sua non cogitant.

CAPVT VI.

TAm dñ enim quis peccata sua, quæ nosse, aut desle-
rebat, ignorat, quamdū curiosè aliena confiderat. Quòd si mores suos ad seipsum conuertens aspiciat, non * requirit * quod in aliis specialiter reprehendat, sed in se ipso quòd luceat. Proinde fratrum nostrorum vitia non facile debemus accusare, sed gemere: vt in iuicem onera nostra portantes, legem Christi possimus implere: qui vitique non accusauerit peccata nostra, sed tulit, Euangelista dicente, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Itaque si ille qui sine * peccato fuit, nos peccatores ineffabili pietate sustinuit, & sustinere nõ desinit, non interitum nostrum desiderans, sed profectum: nec mortem peccantium, sed salutem: * quare nos exemplo nostri Saluatoris & Domini non sustineamus infirmos, cum & ipsi aut infirmi sumus, & volumus à Deo portari: aut si sani sumus, possumus adhuc vt fragiles infirmari.

Quantum remedi; habeat confessio peccatorum: & quale mereatur occultatio dolosa supplicium.

CAPVT VII.

HVc accedit quod & ipsa peccata sic habentur occultata, vel aliena nobis, vel aliis nostra, vt plerunque & sanctus inter peccatores lateat, & famam sancti obtineat peccator. Innocentem si te tueri nõ potest, suspicio iudicis incauta condemnat: & reum calliditas ingenij viuacis excusat. Veruntamen non diuinum, sed humanum fallunt ista iudicium. Et quid mirum, si animos aliorum quales sint, sine ipsorum confessione nescimus, cum nos ipsos ita hodie nouerimus, vt quales futuri simus trahino nesciamus? Cùm verò nobis fratres quilibet peccata sua tanquam medicis vulnera quibus videntur, aperiant, operam dare debemus * vt quanto * C. quantum ad sanitatem, Deo Athore, perueniant, ne in peius rocyus.

dissimulata

* C. agglutinantur.

* Alias peccant.

* hæc quatuor voces ad o. h. im. abstant à C.

* Alias salutaris. * C. maledic.

* in sordibus erat, & desunt in C.

* C. & * Alias sic ita est avara vitioso voluntas virtutis amico. * C. voluntas.

* C. requirit quid. Gal. 6.

Ioan. 1. * vilo C. adde.

* C. nos quare.

2. Tim. 4.

Rom. 15.

* Deinde.

* C. eos.

diffimulata curatione proficiant. Ea autem crimina quorumlibet si ipsis criminosis confiteri nolentibus vndeque claruerint, quæcunque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, veluti igni quodam pie increpationis vrenda sunt, & curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinentur, ac pie increpationis medela profecerit in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint: tanquam partes corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, saltem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrupturam isti, qui emendari despicunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in Sanctorum societate permanerint, eos exemplo suæ perditionis insiciant. Porro illi, quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessæ, nec ab aliis publicata, si ea confiteri, * aut emendare noluerint, Deum quem habent testem. ipsum habituri sunt & ultorem. Et quod eis prodest humanum vitare iudicium, cum si in malo suo permanerint, ituri sint in æternum. Deo tribuente, supplicium. Quod si ipsi iudices fiant, & veluti iniquitatis viatores hic in se voluntariam pœnam seuerissimæ animaduersionis exercent, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia: & lachrymis ææ vera cordis compunctione fluentibus restinguunt æterni ignis incendia. At hi, qui in aliquo gradu Ecclesiastico constituti aliquid occultè crimen admittunt, ipsi se vana persuasione decipiunt, si eis videtur propterea communicare, & officium suum implere debere, quod homines occultatione sui criminis saluant. Exceptis enim peccatis, quæ tam parua sunt, vt caueri non possint, pro quibus expiandis quotidie Deo clamamus, & dicimus: *Dimittite nobis delicta nostra, sicut & nos dimittimus delictis vestris nostris*; illa crimina caueantur, quæ publica suos auctores humano faciunt damnari iudicio. Qui autem ea commiserint, & idè proderè meruunt, ne sententiam in se excommunicationis accipiant, sine causa communicant: immò verò dupliciter contra se iram diuinæ indignationis exaggerant, quod & hominibus innocentiam si gunt, & contempto Dei iudicio, abstinere se ab altari propter homines erubescunt. Quapropter Deum sibi faciliùs placabunt illi, qui non humano conuicti iudicio, sed vltro crimen cognoscunt: qui aut propter illud confessionis produnt, aut nescientibus aliis quibus occulti sunt, ipsi in se voluntariæ excommunicationis sententiam ferunt, & ab altari cui ministrabant, non animo, sed officio separati, vitam tanquam mortuam plangunt: certi quod reconciliatio sibi efficacis penitentia fructibus Deo, non solum amissa recipiant, sed etiam ciues supernæ ciuitatis efficiant, ad gaudia sempiterna perueniant.

Quod iniquè, & non simpliciter arguentes, vani sint ac diuino iudicio condemnandi.

C A P V T VIII.

I Am de illis, qui leui suspitione permoti, simpliciter viuentes obiurgant, vt & illos incondita correptione confundant atque deciant, & sibi per hoc nescio cuius discretionis gloriam querant, non est meum aliquid dicere, super quibus tam perspicuè diuinus sermo pronuntiat, vt * expositor non egeat. Ait enim in Ecclesiastico Spiritus S. *Est correptio mendax in.* * *ira conuulsiuosi: & est iudicium quod non est bonum.* Vtique contumeliosus hominis & superbi correptio que dicitur mendax, superbia est, non aliquid humilitatis * iudicium, & ideo non est bonum. Quid potuit euidentius, quid aperiùs dici, quam vt contumeliosum diceret mendaciter arguentem? Quia & contumeliosus est qui mendaciter arguit: & mendaciter arguit, qui contumeliam facit. Item in Proverbiis: *Testis falsus non erit inuincutus, & qui arguit iniquè, non effugiet.* Quis est falsus testis, nisi qui hominem quemlibet de criminibus indiscussis

obiurgat? Quem propterea iniquè increpantem dicit non impunitum futurum: quia innocenter nullis pro-uocantibus meritis, arguendo * vult esse reum. Quod autem dicit de eo qui iniquè arguit, non effugiet; quid aliud debet intelligi, nisi iram Dei non effugiet, qui aliquem non sic corripit, vt emendet, sed vt se proaciter iactet: Sed de contemptoribus præceptorum Dei, & de correptionis ac patientiæ virtute, sufficienti ista quæ diximus, ne in vno capitulo iusto amplius immorari, aut cætera breuiùs quàm longè sit, transcurramus, aut intentionem vestram neglectius nimidum protelati voluminis oneremus. Videamus itaque quid nos etiam continentia capituli sequentis edoceat. Verum inquit, congegandis fratribus, ut alendis expediat facultates Ecclesiæ possideri, an perfectionis amore contemni.

Quod Sacerdotes nihil propriè habere debeant, & Ecclesiæ facultates quasi communes, pro quibus Deo rationem reddaturus sunt, inspiciant.

C A P V T IX.

Expediunt facultates Ecclesiæ possideri, & amore perfectionis proprias contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes Ecclesiæ facultates, & ideo quisquis omnibus quæ habuit, dimissis, aut veditis, sit re sue contemptor, cum præpositus fuerit factus Ecclesiæ, omnium quæ habet Ecclesiæ, officitur dispensator. * Deinde sanctus Paulinus (vt ipsi melius notis) ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogauit, sed cum postea factus esset Episcopus, non contempti Ecclesiæ facultates, sed fidelissimè dispensauit. Quo facto, satis ostendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis posse * que sunt communia Ecclesiæ possideri. Quid sanctus Hilarius? nonne & ipse omnia * bona sua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen cum merito perfectionis sua feret Ecclesiæ Arelatenis Episcopus, quod illa tunc habebat Ecclesia non solum possedit, sed etiam accepit Fidelium numerosis hæreditatibus, ampliatu. Isti ergo tam sanctam tam perfecti Pontificis factis eidentibus clamant, posse, & debere fieri quod fecerit. Qui utique homines tam secularium, quam diuinarum literarum sine ambiguitate doctissimi, si scirent res Ecclesiæ debere contemni, nunquam eas * debuerunt, qui omnia sua reliquerat, retinere. Vnde datur intelligi, quod tales ac tanti viri qui volentes esse Christi discipuli, re-nuntiauerunt omnibus quæ habebant) non vt possessores, sed vt procuratores facultates Ecclesiæ possidebant. Et ideo sciens nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota Fidelium, prætia peccatorum, & * patrimonium pauperum, non eas vendicauerunt in usus suos, vt proprias, sed vt commendatas pauperibus diuiserunt. Hoc est enim possidendo contemnere, non sibi, sed aliis possidere, nec habendi cupiditate Ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subueniendi suscipere. Quod habet Ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet commune, nec aliud inde eis qui sibi de suo sufficiunt, * debet erogare: quando nihil aliud sit habentibus dare, quàm perdere.

Cum quo damno anima sua ab Ecclesia, quæ pauperes pascit, accipiant illi, qui sibi de suo sufficiunt.

C A P V T X.

N Ec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grâdi peccato suo, * vnde pauper victurus erat, accipiunt. De Clericis quidem dicit * Spiritus sanctus: *Peccata populi mei comedunt.* Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta quibus indigere videntur, accipiunt: ita possessores, non alimenta quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Ipsi quoque pauperes, si se possunt suis artificibus aut laboribus

Excommu-nicationis vius.

* C. vel emendari.

* sibi C. add. Penitentia vitas.

Matth. 6.

* C. videri vult reus.

* C. denique.

* C. Ecclesiæ que sunt profectio communia. * bona deest in C.

* C. habent.

* C. deest.

* C. patrimonium. * C. quod habet Ecclesiæ cum omnibus nihil habentibus habere commune. * C. non habet, debet,

* C. expositione. * C. 9. * C. ore. * C. indicium. * C. indicium.

Prou. 19.

* ea C. add. * C. Propheta. Osee 4.

expedire, non præſumant, quod debet debilis aut infirmus accipere, ne forte Eccleſia, quo poteſt omni ſolatio deſtitutus neceſſaria miniſtrare, ſi omnes etiam nihil indigentes accipiat, gratuita, illis quibus debet, ſubuenire non valeat. Qui autem Eccleſiæ ſeruiunt, & labore ſuo velut debita reddi oportere credentes, ea quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt, nimis carnaliter ſapiunt, ſi putant, quod Eccleſiæ fideliter ſeruientes ſtipendia terrena, ac non potius præmia æterna percipiant. Secularis quippe militia quia cœleſtia non habet, terrena ſtrenuè militantibus præſtat. Vnde fatis indignum eſt, ſi fidelis, & operoſa deuotio Clericorum, propter ſtipendium temporale præmia ſempiterna contemnat. Quod ſi quilibet miniſter Eccleſiæ nõ * habeat vnde viuat: non ei præmium reddat hic; ſed neceſſaria * præſtat Eccleſia, vt in futuro præmium laboris ſui recipiat, quod in hac vita iam ſpe dominicæ promiſſionis certis expectat. Illi quoque, qui * vel idonei nihil quidem ſibi dari velut debitum poſcunt, ſed tamen Eccleſiæ ſumptibus viuunt, non eſt meum dicere, quali peccato cibos pauperum præſumendo ſuſcipiant: qui Eccleſiam quam iuare de propriis facultatibus deberunt, ſuis expenſis inſuper grauant, propter hoc fortiſſis in congregatione viuētēs, ne aliquos pauperes paſcant, ne aduenientes * ſuſcipiant, aut ne ſuum cenſum expenſis quotidianis imminuant. Quod ſi aliquid de fructibus ſuis Eccleſiæ, velut pro ipſa expenſa ſua contulerint, non ſe præferant inani iactantia illis, quos nihil habētēs paſcit & veſtit Eccleſia: quia perfectior eſt ille, qui ſe mundi rebus expoliat, aut qui cum nihil habuerit, nec habere deſiderat, quàm ille qui ex multis quæ poſſidet, Eccleſiæ aliquid præſtat, ac ſe de eo quod præſtat, forſitan iactat. Dura ſunt quæ dico, nec ego diſſiteor. Dura ſunt, ſed obſcurare nolentibus. Cæterum ſi * faciant iſta, quæ difficilia non facientibus ſunt, ſtatim facientibus facilia ſiunt. Non ergo ea quæ nolimus obſeruare, impoſſibilitas nobis facit dura, ſed nouitas. In vſum veniant, & neminem frequentata conturbant. Num quero, * quid eorum ſit quæ dixi difficile: vt homo id quod opus non habet, ab Eccleſia non accipiat; an vt quod habet ſine cauſa contemnat: Si propter hoc non vult ſua relinquere vt habeat vnde viuat, vt quid accipit vnde rationem reddat: vt quid * de peccatis alienis ſua multiplicat?

* C. habet.
* C præſtat.
* C. velut.
* Aliàs expiciant.
* C. ſiant.
* C quid ſit eorum quæ dixi difficile:
* dl. C. deest.

*Qui ſunt, qui etiam cum profectu anima ſua * opibus ſuſtentantur Eccleſiæ.*

CAPVT XI.

Itaque ſacerdos cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit à populo diſpenſanda, & fideliter diſpenſat accepta, * qui omnia ſua aut parentibus reliquit, aut pauperibus diſtribuit, aut Eccleſiæ rebus adiungit, & ſe in numero pauperum paupertatis amore conſtituit: ita vt vnde pauperibus ſubminiſtrat, inde & ipſe tanquã pauper volūtarius viuat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cū perfectione virtutis vitæ neceſſaria, ſiue in domibus ſuis, ſiue in congregatione viuētēs accipiunt: quia ad ea accipienda non eos habendi cupiditas ducit, ſed cogit viuendi neceſſitas.

* C. quia o. ſ. a. r. aut Eccleſ. reb. adiunxit.
* C. idè. ob. pi. debere earum quæ

Quid facere debeant Clerici, quorum infirmis non poteſt ſua contemnerre.

CAPVT XII.

Illi autem, qui tam infirmi ſunt, vt poſſeſſionibus ſuis renuntiare non poſſint, ſi ea quæ accipiunt erant, diſpenſatori relinquant, nihil habentibus conferenda, ſine peccato poſſident ſua: Quia & ipſi quodammodo ſua relinquant, quando propriis contenti rebus, nihil eorum quæ labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt. Quod ſi putant idè * accipi debere eorum quæ confe-

runtur Eccleſiæ, portionem, ne eam videntur abicere, ſe vero non poſſe ſua relinquere, quod eis deforme ſit inter ſuos, pauperes reddi; nouerit eſſe deformius, poſſiſſores de elemoſynis pauperum paſci.

Quæ ſint gaudia vera, vel vera diuitia: & quid impedi- menti aſſerant bona præſentia amatoribus futurorum.

conferuntur Eccleſiæ portionum, ne eas.

CAPVT XIII.

Heu quàm ſubtiliter nos ille decipiendi artifex fallit, quanta cæcitate oculos noſtræ mentis abducit, ne diſcernamus gaudendi auidi, vnde iuſtiſſis gaudeamus: aut ne cupientes augeti diuitiis, nouerimus, quas quibus incomparabiliter præferamus? Nam gaudere quidem bonum eſt: ſed qui gaudet, ſi non inde gaudet vnde debet, non poteſt bonum eſſe quod gaudet. Siquidem gaudet & raptor, quum deſiderata rapuerit; gaudet & ebriofus, quum exoptatæ offerationem potationis inuenerit: gaudet & adulter, quum ad delectationem fruendi corporis concupit peruenierit. Sed cum ſit gaudere bonum, de his atque huiusmodi gaudere grande eſt malum. Hæc & his ſimilia ſunt, vnde gaudere non vult mundus, cum ſuis amatoribus periturus. Hæc ſunt quæ repudiare debemus, vt de bona conſcientia, de ſanctitate morum, de acquiſitione virtutum, de dono Dei, & de promiſſione futuri regni ineffabiliter gaudeamus. Ditari quoque diuitiis grande eſt bonum, ſed inde ditari vnde non debeas, non eſt habenda facultas; ſed deſtandâ calamitas. Nihil enim calamitoſius, nihilque miſerius eo qui iniquus acquiſitionibus creſcit, quem locupletem fraudes faciunt ac rapinæ. Illæ nobis ſunt ambiendæ diuitiæ, quæ nos ornare poſſint pariter & munire: quæ nec acquirere poſſumus inuiti, nec perdere: quæ nos contra hoſtiles impetus armant, à mundo diſtendant, Deo commendant: ditant animas noſtras atque nobilitant: nobiſcum ſunt, intra nos ſunt. Diuitiæ noſtræ credendæ ſunt pudicitia, quæ nos pudicos, iuſtitia quæ iuſtos, pietas quæ pios, humilitas quæ humiles, manuſuetudo quæ manuſuetos, innocentia quæ innocentes, puritas quæ puros, prudentia quæ prudentes, temperantia quæ temperantes, & charitas quæ nos facit Deo & hominibus charos, * virtutum potentes, ſeculi contemptores, ac bonorum omnium ſectatores. Hæc ſunt non omnium, ſed ſanctorum ſanctæ virtutes, non diuitum ſuperborum: ſed humilium pauperum facultates, patrimonium cordium, diuitiæ incorruptibiles morum, quibus non abundant, niſi * illi qui illis carnalibus ex corde renuntiant. Quæ quamuis & ipſa ſint bona, vt pote à bono Deo creata: tamen quia ſunt bonis mali que communia, ſtudent ea ſpirituales viri contemnerre, quò poſſint illa incomparabiliter meliora, quæ ſunt bonorum omnium propria, peruenire: quoniam non eſt tale bonum quod habent & mali: quale illud eſt, quod non habent * niſi boni. Corporale bonum quando habent iniqui, iplorum eſt premium: quando habent iuſti, non eſt eorum præmium, ſed temporale ſolacium. Item boni temporalis amiſſio ſit exercitium iuſti, & iniuſti ſupplicium: quia & iuſtus deſiderio cœleſtium captus, omnia temporalia ſiue habeat, ſiue amittat, omnino non ſentit: & iniquus quod cum delectatione * habet, ſine dolore non perdit. Propter hoc igitur eis qui militant Deo fugiendæ ſunt ex toto corde diuitiæ, quas qui habere volunt, ſine labore non que- runt, ſine difficultate non inueniunt, ſine cura non ſeruant, ſine anxia delectatione non poſſident, ſine dolore non perdunt. Apoſtolus autem Chriſti militibus dicit: *Volo vos ſine ſolicitudine eſſe, & Radix omnium malorum eſt auaritia. Quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis?* ac ſic ſenſus iſte terrenus eis, à quibus vicioſe diligitur, non eſt voluptatum materia, ſed dolorum. Quapropter expedit

* C. vitio- rum im- potentes.
* non habet illi C.
* C. iniqui.
* C. habui.
i. Cor. 7. i. Tim. 6.
* C. poſſi- dere.

expedit facultates Ecclesie possideri, vt inde viuatur, qui non seculo cuius gaudia fugitiua repudiant, sed Deo * seruiunt, cuius ineffabilia bona desiderant.

Qualiter intelligatur, quod dicit Apostolus, Qui in factario operantur, quæ de factario sunt, edunt.

CAPVT XIV.

1. Cor. 9. DE talibus dicere videtur Apostolus. *Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant.* Qui nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum velle intelligi, nunquam secutus adingeret. Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium adnuntiant, de Euangelio viuere. De Euangelio viuunt, qui nihil habere proprium volunt, qui nec habent, nec habere aliquod concupiscunt, non suorum, sed communium possidiores. Quid aliud est de Euangelio viuere, nisi laborantem inde vbi laborat necessaria vitæ percipere? Apostolus tamen quid sic Euangelium prædicauit, vt nec de Euangelio viuere, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, et de se confidenter eloquitur.

Ego autem nullo horum usus sum. Et quare hoc dixerit, secutus aperuit dicens? *Expedit mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euascut.* Euacuare dicit gloriam suam, si ab eis, quibus prædicabat, voluisset accipere vitæ * corporalis expensam: nolbat quippe in præsentem laboris sui fructum, sed in futuro recipere. Si ergo ille, qui nihil habebat, noluit de Euangelio vbi laborabat, sed suis manibus viuere, nec gloriam suæ mercedis amittere, quid nos, qui & propria nolimus amore possidendi, non viuendi necessitate, relinquere, & accipere insuper volumus, non vnde viuamus, sed vnde censum nostrum incrementis damnabilibus augeamus.

* Alias temporalis C.

* Alias de qualitate cupiditatis. * De cupiditate, qualiter eis, quos semel inuaserit, dominetur.

CAPVT XV.

1. Vbet * ecce nobis perniciosa cupiditas, vt diuina pariuidentes possessionum terretrium damnosa compendia cogemus; vt in eis totum sollicitudinem curamque ponamus, * vt inde nos torbida vanitate iactemus, vt amplitudine patrimonij diffusioris elati, sicuti pauperes spiritu negligamus. O facinus inauditum I Suali iugo Christi contempto, ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione suscipimus, & Domini nostri * leui onere, quod subiectos non onerat, sed subleuat, posthabito, plumbeum pondus nostris cruciibus aggeramus, quòd citius potest deponi, quam ferri: quia & ipsa cupiditas, quæ nobis subiecti vltro volentibus hoc pondus imponit, contemni potest facilius quam expleri: & idè qui se illi volentes dederint expugnanti, voluntatem resistendi vlticris non habebunt, tyrannicè dominantis. Et hoc fit iusto Dei iudicio, vt qui cupiditati resistere nolimus ingreffura, iam resistere nequeamus ingressa. O plangendum miserabiliter mentis expugnatae scruinium! O * intolerandum * dæmoniaca cupiditatis imperium! vt ex hostibus suis quo potest * vincere, * victores faciat suos, promittit ingentia, & bonorum temporalium pollicitatione deceptos impellit iam miseris & miserandis in turpia. Tenet nos lucrorum penaliter trahit contentis addictos, & in sua ditione captiuos: nec trahit inuitos; sed quod est deterius, quocunque voluerit, volentes ducit. Vastat in * nobis quicquid vercedit aut pudoris inuenierit: & quos suis triumphis iam addixit, adhuc tanquam * respiciendis suspectos omnibus viribus honestatis exarnat, ne quando contra eam qui bellare nolimus, rebellemus. Rapit nos, ac passim vt omnia acquisitionum genera cupidos acquirèndi dispergit. Non permittit animum liberum, non

* C. ecce enim iubet nobis.
* C. Vnde.
* C. leui onere, quod subiectos non onerat, sed honorat: nec deprimit sed subleuat: vt subiecti contentissimi, hoc ergo leui onere posthabito.
* Alias leuè onus superbie reuincimus quod subiectos non onerat, sed honorat: nec deprimit sed subleuat: hoc ergo onere posthabito.
* Alias excedendum.
* C. dominè.
* neutrum est in C.

stabile corpus * vagante animo mobiliter, aut quietum, & velut quædam caduera in pastum feris aubus bestisque proiecta, captiuos suos immundis spiritibus tradit, nò lacerandos, sed audissimis mortifetorum criminum faucibus deuorandos: nec tamen vt esse iam desinant, sed vt penalerit viuatur. Denique in viuis corporibus adhuc portant funera sua: id est viuis simul & mortui. Hinc est, quod peccato viuentes quantum nos cogitauerim opum * oblectet accessio, ipsa fruendi carnalium delectatione sentimus: & quantum virtutum sustineamus inopiam, velut mortui virtutibus ignoramus.

Quòd Deum perfectissimis illi possideant, qui terrenis possessionibus ex cordis renuntians.

CAPVT XVI.

Hæc sunt propter quæ non explendis voluptatibus sed congregandis fratribus, aut alendis expedit facultates Ecclesie possideri, vt vni sollicitudines omnium in sua facultate viuendum sustinentes, omnes, qui sub eo sunt, fructuosa vacatione poriantur spiritualiter & quiete. Idè intercepti istud aduerbium: quoniam qui ociosa quære perfruitur, nisi spiritualiter vixit, nec more peccatum viuunt. Et idè is, quem nulla corporeæ necessitatis cura sollicitat, nulla occupatio domesticæ sollicitudinis inquietat, nullus litigator infestat, nullus calumniosus exagitat, quid aliud curare debet harum molestiarum, & his similibus liber, nisi vnde ad meliora proficiat, vnde vitia sua profectibus quotidianis imminuat, virtutes auget, & pro carnalibus, quæ contempsit, spiritualia bona possidet: in his se diuinitus adiutus exerceat: ea semper amplectatur ac diligit: & non solum omnibus aliis delectationibus suis, sed etiam ipsis suæ carnis cruciatibus anteponat. Vt qui nihil sibi reliquit, quod formidaret amittere: ea pro quibus omnia quæ habebat, abiecit, tanta firmitate fidei retinet, vt si necesse fuerit, pro eis libenter suum corpus impendat: Proinde quem possidendi delectat ambitio Deum, qui possidet, omnia quæ creauit, expedita mente possidet, & in eo habet quæcunque habere sanctè desiderat. Sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur à Deo, sit ipse primitus Dei possessio, & vt efficiatur ei Deus possessor & portio. Et quid potest esse felicius, cui * efficiatur suus conditor cuius, & * C. efficiatur. * C. hereditas esse dignatur.

illo possidet? Quia omnium conditor cui nihil eorum quæ fecit valet æquari, non dedignatur cum his quæ condidit, possideri. * Denique quod vltra querit, cui * Deinde, omnia suus conditor sit: aut quid ei sufficit cui ipse non sufficit? Hunc possidebat, & ab illo possidebatur ille, qui dicebat in spiritu: *Portio mea Dominus, dixi custo. Psal. 118. dire legen tuam. Et: Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei.* Sed & ipse cum dixit: *Filius Leui non dabitis partem inter fratres suos: ergo Dominus portio eorum.* Satis ostendit, quod hi, qui terrenæ hereditatis contempserint portionem, Deum spiritualiter mereantur possidere: cuius ditati numeribus, omnia quæ præclara habentur in hoc mundo, fastidiunt: & ipsum possidere vel ab ipso possideri, eo solo perfrui, atque illi adherere inseparabiliter concupiscunt. Vnde datur intelligi, quòd qui temporalia bona, qui seculi gaudia petitura sectantur, ac diligit, quæ & quanta sit * multitudine supernæ dulcedinis non didicit. Quis enim cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud querit: aut quis non pro amore illius omnia quæ putantur magna, contemnit? Ergo qui vult Deum possidere, renuntiat mundo, vt sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo si quem terrenæ possessionis adhuc delectat ambitio: quia quam diu sua * C. reliquon * relinquunt, mundo, cuius bona retinet, seruit: & qui- vtique

Psal. 118.
Psal. 15.
Num. 18.
Deut. 18.
* C. diuina dulcedinis multitudine.
* C. reliquon

viuque non potest mundo seruire simul, & Deo : ac sic propterea voluit Deus cultores suos omnibus renuntiare, propter quæ diligit mundus, vt exclusi cupiditate mundi, diuina in eis charitas possit augeri, vel perfici. Et idè decimas atque primitias frugum, primogenita & sacrificia pro peccato, vel vota quæ sibi Deus iussit offerri, sacerdotibus ac ministris distribuere debere constituit, vt deuotissimo populo vitæ necessaria ministrante ipsi Creatori ac pastori suo liberis mentibus ministrarent, atque in eius cultu sine vlla sollicitudine corporali proficerent, vt terrenis occupationibus implicati officio suo dignas excubias strenue curate non possent. Nunc autem, quod Christiani temporis sacerdotes magis sustinent quam curant possessiones Ecclesiarum, etiam in hoc Deo seruiri: quia si Dei sunt ea quæ conferuntur Ecclesiæ Dei opus agit, qui res Deo consecratas non alicuius cupiditatis, sed fidelissimæ dispensationis intentione non deserit. Quapropter possessiones, quæ oblatas à populo suscipiunt Sacerdotes, non sunt inter res mundi deputari credendæ, sed Dei: quoniam si vestes, ac vasa, & cætera, quæ in factis vlti ministrantibus erant, sancta vocabantur: nec in vsu humano reuocari iam poterant, diuinis semel ministeriis consecrata: quomodo non ea quæ conferuntur Ecclesiæ, sacra credenda sunt, quibus non vt seculari rebus luxuriousè, sed sanctè, vt Deo consecratis vtuntur ad necessaria Sacerdotis: vt illis omnibus, qui se perfectionis amore sub vno constitunt, & sua sibi non vendicant, Ecclesiæ facultates ad hoc ipsum collectæ sufficient, vt quicquid omnibus occupationibus absoluti proficiunt, fructus illius, qui vnus pro multis occupatus est, fiatque ita ille, qui sollicitudines omnium sub se seruiuentium portat, in congregatione sua proficere proficiat: vt sicut illius occupatio omnium suorum facta est fructuosa vacatio, ita omnium discipulorum perfectio gloriosa magistri honor habeatur & gloria.

Quod nihil proficiant, qui abstinentes à cibis, vitis seruimus: nec profiti illis facultates abicere, qui suas faciunt voluntates.

CAPVT XVII.

Item quaesitis, quæ sit abstinencia credenda perfectio: & vtrum tantum corpori, an & animes debeat necessitas iudicari. Si hominem totum virtus hæc quæ abstinencia nominatur, perfecta sanctificat, non solum corpori, sed & animæ necessaria est; quia omnis homo ex corpore constat & anima. Sed in eis, qui diuersis vitis subiacentes, aliquid sibi eorum quæ vsui nostro necessaria sunt, interdicit: abstinencia quidem, sed carnalis & imperfecta esse debet intelligi. Ea autem spiritalis atque perfecta est censenda; quæ abstinenciam tam ab illicebis carnalium voluptatum, quam à peccatis omnibus facit alienum, cuius nec animam desideriorum morbi corruptum, nec imperio gulae dominantis quæ sitæ delitiæ vires corporis frangunt. Proinde ille abstinens verè credendus est, qui vitiorum omnium liber effectus est: ac relictis * corporalibus voluptatibus elaborat, non vt concupiscentiam suæ carnis exstaret, sed vt mortalem vitam necessarium perceptione sustineret. Quoniam quidem quicquid sine quo potest viui percipitur, non sustentandæ vitæ, sed * fouendæ luxuriæ carnis impenditur. Hæc * itaque virtus, quæ abstinencia, non solum delicatarum ciborum, sed etiam malorum omnium nuncupatur, cum omnibus omnino necessitati sit, tum maxime illis familiarior, atque coniunctior esse credenda est, quibus iuxta illud quod in Actibus Apostolorum legitur factum, vnum cor est, & anima vna, diuinæ charitatis igne conflagra, & quibus sub vnus ordinatione viuentibus omnia omnium communia sunt: si tamen ita eis vna sit vita, sicut fit vna substantia: & nulla sit in eis diuersitas animorum, quibus est commu-

nio facultatum; quia vt fieret & esset animorum sancta coniunctio, necessaria est facultatum iudicata communio. Cæterum quid eis prodest, quod facultates suas abiciunt, quum voluntates proprias non relinquunt, cum sit longè præstantius voluntatibus propriis abrenuntiare, quam rebus? Res suas etiam mundi * quis Philosophi abicere potuerunt, & nunc quilibet hæretici possunt. Sed nec illi, cum suæ * voluptatis fuerint amatores, secundum voluntatem Dei vixerunt: & isti dominicæ voluntati suæ voluntatis studio contradicunt. Non ergo res ea nos Deo commendat, quam & inimici Dei faciunt: sed illud, quod non nisi verè Christiani, & per * hoc amatores Dei perficiunt. Hi sunt, qui voluntatibus suis * & rebus proiectis, suo se Creatori ex toto corde subiciunt, ac suum velle ex eius voluntate suspendunt: & idè quicquid eis sensus carnis sequendum faciendumque * suggerit, instinctu capti delectatione contemnunt.

Quanta bona primus homo abstinentia bonum negligendo perdidit.

CAPVT XVIII.

Quod si primus homo voluisset * se in illa paradisi beatitudine custodire, vt à fructu vnus interdicitæ arboris icinassent, nec statum illum tantæ felicitatis amitteret, nec eum voluntaria salutaris præcepti transgressio necessitati corruptionis ac mortalitatis addiceret, vt tanta beneficia Dei sui, quæ in natura suæ conditionis acceperat, aut corrumperet peccato corruptus, aut perderet. Quis enim sufficienter enumeret, quæ & quanta bona illi abstinentiæ contemptus ademerit? quod intellectus illius mentis dignitate donatus, imaginem sui Creatoris accepit: quod soli Deo suo subiectus, omnia visibilia sibi subiecta confexit: quod ei ad viuendum vsus affatum lignorum omnium, quæ erant in Paradiso, feracitas diuina iussione seruauit: quod arbor vitæ mysticum cibum non vnde viceret, sed vnde vitam corporis non finiret, sui Creatoris munere ministravit: qui cibum quandiu perciperetur, ita percipientem se in vno statu sacramenti cuiusdam latentis figurata significatione serualet, vt eum nec vlla infinititate corrupti, nec ætate mutari * & fenescere, nec dissolui morte permitteret. Non inquietabat molesta sollicitudo quietum: non fatigabat labor anxius ociosum: * non somnus opprimebat inuitum: non amittendæ vitæ timor angebat de immortalitate securum. Habebat * facilem viuendam corpus ex * omni parte sanum, tranquillum motum, cor mundum, signatus pœnalis mali, habitator paradisi, expers peccati, capax Dei. Postremò quid eo felicitus fuit, cui erat orbis subiectus, nullus infectus, liber animus & visibilis Deus: * Quoniam quidem nisi ante peccatum Deum videre in assumptione visibilis creaturæ soleret, quomodo se iam peccator effectus, à facie * Domini, quem nunquam viderat, absconderet? Potuit ergo ita videre Deum, priusquam peccaret Adam, sicut eum Patriarchæ viderunt. Sed quando ait: *Vocem tuam audiui, & timui*: ex illa iam videndi Deum sanctitate ceciderat, iam se indignum videndi Deum reddiderat. *Vocem tuam*, inquit, *audiui, & timui*, èd quod nudus essem, & abscondi me. O quantum securitatis habuit: qui sibi bene fuit conscij: & quantum perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati! sicut isti qui se absconderunt à facie Domini de sua turpitudine, non de nuditate confusi: qui non idèd erubescunt, quia veste erant extrinseci nudi, sed quia extrinsecus protectione diuina nudati. Denique & ante peccatum nudi erant, & non erubescunt: quia nihil contra voluntatem Dei, vnde confunderentur, admiserant.

Ibidem.

* deferunt C.
* C. iam non sunt res mundi credendæ, sed Dei.
* C. facro vsu.

* facturas collecta.
C. sufficiat.

* Alias viuentium C.

* alias concessa C.
* est C.

* Alias corporeis.

* C. mouenda.
* C. namque.

Act. 4.

* C. huius.

* Alias voluntatis fierent C.

* C. hæc.
* C. rebusque.

* C. suggesti ferit.

* absq. C.

Dammum quod Adam peccando incurrit.

Genes. 1.
* C. omni.

* C. aut.

* C. nec.

* C. facile.
C. omnibus partibus.
* C. quandoquidem.

* C. Dei quem nunquam vidisset.

Genes. 3.

De peccato primi hominis, & de malis que illum peccantem, Deo indicante, secuta sunt.

CAPVT XIX.

SED iam videamus (si placet) qualiter illi homines primi commiserint tam grande peccatum, quod & ipsos de Paradiso proiecit in hoc vita penalis exilium, & in eis originaliter totum damnauit genus humanum. Et mihi quidem videtur quod non edent de ligno prohibito, nisi concupiscerent; nec concupiscerent, nisi tentati; nec tentarentur, nisi deserti: nec desererentur à Deo nisi prius desererent Deum; nec desererent Deum, nisi superbirent, & similitudinem Dei * miserrabiliter appetissent: ad quam peccenturi essent sine corporis morte, si sub Deo suo viuentes, præceptum quod acceptant custodissent: vt qui posse non mori acceptant in natura, non posse mori consequerentur in gloria: & ibi accepturi essent præmium non posse peccare, si hæc eorum meritum fuisset, peccare noluisse. Non igitur à Creatore suo in creaturam diuinitatis * afflictatione collapsus moueret aperta concupiscentia, nisi eos ante corruptissem occulta superbia: in eis per serpentem diabolus propinaret tam ferale consilium, nisi prius eorum deprehenderet appetitum.

Si, inquit, gustaueris de ligno scientia boni & mali, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Hæc sunt illa tria, quæ in mundo esse, & diligere non debere à dilectoribus Dei, contestatur * Ioannes Apostolus dicens: Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt: quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio faculi, que non est ex Patre, sed ex mundo est. Quæ nisi illi, qui à dilectione Dei iam defecerant, diligere * cepissent, nunquam * male suasi serpentis consilio credidissent. Itaque concupiscentia carnis ab eis impleta est, quod de ligno vetito gustauerunt: concupiscentia oculorum, quod ibi * aperiri oculis cupierunt: & ambitio sæculi, quod se fieri posse quod Deus est, crediderunt. Proinde de statore carnis, & oculorum curiositate, ac faculi ambitione corrupti, à ligno vitæ, ex quo eis accendæ mortis, & salutaris continuandæ gratia præstatur, abcessi sunt, & moribundam qualitatem eorum corpora contraxerunt, vt iuxta sententiam Dei, eo die credantur mortui, qui in eis penalis facta est necessaria moriendæ, & per lignum illud, quod * scientiæ boni & mali ex causa nomen accepit, à quo se abstinere eum possent, miseri neglexerunt, quid interesset inter bonum quod amiserant, & malum quod incurerant, ipsa pœnâ suâ discernerent: qui si amisso tanto bono, nullum malum incurerent, quale perdidissent bonum, forte nescirent. Dulcior enim sit salus, cum dolor exercitac: & sanitas amittit: dulcedinem languoris amaritudo comendat; ac sic, ad hoc illi malum non discendo, sed experiendo sentire ceperunt, quod melius ignorarent, vt ex ipsa miseria sua sentirent, quantum beatitudinem perdidissent: atque ita quos non mouerat fortassis boni naturalis amissio, moueret saltem mali penalis iusta permissio. Hæc per excessum * necessarium dicta sunt nobis de primis hominibus, vt qui nolunt damnationis eorum subire supplicium, caueant prolapsionis exemplum.

Quod omnia bona que in Adam corrupti perdidimus in Christo reparari * recipimus.

CAPVT XX.

QVAMVIS enim ex Adam simus carnaliter nati, non ipsum tamen debemus imitari, sed Christum in quo tenati sumus, & viuimus, quando veterem conuersationem salubriter inuouati deponimus. Quid est imitari Adam, nisi per carnalibus * desiderijs ac concupiscentijs morte mulctari? Et quid est imi-

tari Christum, nisi carnalibus concupiscentijs ac desiderijs crucifigi? Sicut aliud nec vltimum conuersatione deponere, quam non secundum carnem, que veterascit & moritur, sed secundum Deum viuere, qui solus potest perseuerantes in se inuouare penitenter, & * beare. Quapropter, sicut quando in Adam fuimus omnes, ipso cadente * occidimus: ita quia in Christo iam esse cepimus, qui pro nobis in nobis dignatus est mori, & nos peccatis nostris illi commortui, cum illo spiritualiter resurgamus: In illo omnia bona que potuimus habere, perdidimus; in hoc etiã maiora, & sine fine habenda recepturi sumus, si perseueranter eius * iustitia tenemus. Adam nos * sub noxa habuit malis omnibus per propriam culpam à quibus nos liberauit aduentus Christi per gratiam. Ille in nos culpam suam transmisit, & pœnam ihic, * qui culpam nostram suscipere, vt opte conceptus & natus sine peccato non potuit, de leceptione pœnæ nostræ culpam nostram simul aboleuit, & pœnam: & vt totum dicam, Adam nobis eripuit paradysum, Christus donauit cælum.

Qualiter viuere debeant, qui Christum imitari desiderant.

CAPVT XXI.

ET idèd si in * Deo esse volumus, quod esse debemus, sicut * Ioannes Apostolus dicit, quomodo ille ambulauit, & nos spiritualiter ambulemus. Quid est ambulare sicut ille ambulauit, nisi contemnere omnia prospera que contempnit, non timere aduersa que persequitur, libenter facere que fecit, * fieri docere que * docuit, sperare que promissit, & sequi què ipse secutus? * Quid est enim sequi, nisi præstare beneficia etiam ingratas, non retribuere secundum merita sua maleuolis, & orare pro inimicis, amare bonos, misereri peruersis, inuitare auersos, suscipere in charitate conuersos, & æquanimiter pati subdolos ac superbos: Ad hoc etiam pertinet, quod ait S. Paulus Apostolus: Si resurrexeris cum Christo, que sursum sunt querias, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Illi resurgunt cum Christo, qui moriuntur sicut ille peccato, ea tamen distinctione seruata, * quod ille mortuus est peccato, non suo, sed nostro. Vnusquisque autem nostrum, non omnium moritur peccato, sed suo. Quid est peccato mori, nisi damnandis operibus omnino non viuere, nihil concupiscere carnaliter, nihil ambire? Vt * sicut qui mortuus est carne, nulli iam detrahatur, nullum auersatur aut despiciat, nullus pudicitiam callidâ circumuentione corrupti, nemini violentus existit, neminem calumniatur aut opprimit, non inuidet bonis, aut insultat afflictis, non luxuriæ carnis inseruit, non violentiæ deditus, in se bibendæ sitim bibendo magis ac magis accendit, non odiorum facibus inardescit, non compendia iniusta scatur, non potentibus aut diuitibus adulatur, non iniqua curiositate raptatur, non domesticæ sollicitudinis curâ distenditur, non officiosis occurrentium salutationibus delectatur, nec superbiorum iniurijs fatigatur, non eum superbia inflat, non ambitio ventosa præcipitat, non uana gloria turpiter inflat, non desiderium gloriose opinionis in flammam; non * distentio alieni ætus illaqueat, non ad societatem turpium turpitudinis amor inuitat; non rabies infanti furoris exagitat; non sumptuosarum deliciarum studium maciat, non ardor animosæ contentionis exanimat; non facit impudentem audacia; iniquum iniustitia; ferum inclementia; varium inconstantia; pertinacem contumacia; insanum uesania; delitiosum gula; rebellem inobedientia; vanum iactantia; infidelem perfidia; leuem facilitas; sæuam crudelitas; & * manducatorem turpis edacitas; impatientem mobilitas; mobilem instabilitas; vagum spiritualis infirmitas; iracundum animositas; suspiciosum peruersitas; uer-

ac deside- rii.

* C. habere.

* Aliàs cecidimus C.

* Aliàs subnoxiatur, vel subuocatur. vt obnoxiauit. * C. quia.

* Aliàs damuabiliter.

* C. afflictione.

Gen. 3.

* Sanctus. C. add. i. Ioan. 2.

* Aliàs concupisceret. * C. maleuolus. * Apertus C.

Gen. 2.

* scientia C.

* C. necessaria.

* C. recipimus.

* C. concupiscentijs

* C. illo. * Sanctus C. add. i. Ioan. 2. * C. docere que mandauerit fieri. * Aliàs mandauit.

* C. abest à. * C. quid est enim sequi nisi.

* C. quoniam.

* C. sicut mortuus carnis.

* Aliàs distinctio C.

* Aliàs manducationem mobilitas; ducomen turpem edacitas. C.

bosum vanitas,*iniuriosum malignitas: qui remotus est prorsus à secularibus illecebris, remotus ab * im-munditiis & * inimicitias, remotus ab insidiis alienis, remotus à rapinis vel occultioribus vel apertis, remotus à mendacijs, siue periurijs, postremo remotus ab omni genere flagitiorum * atque facinorum, quibus carnaliter viuentes Deum offendant: & mortui peccato non seruiunt. Sicut, inquam, carne mortuus nec facere potest ista quæ dixi, nec pati: ita & his, & talibus vitis omnino non viuunt, qui * viuentes Deo carnem suam cum vitis & concupiscentiis crucifigūt.

Qualis temperatiō vi debeant, qui à voluptate delibabunt, vel ab immoderata perceptione ciborum communiū, atque à vini immoderato usu cupiunt abstinere.

C A P V T XXII.

Membra sua, quæ sunt super terram, mortificant, quando insolens corpus ieiuniorum continuatione castigant: quando intra necessarium modum suum temperant appetitum: quando non solum se à delicatioribus cibis moderata distributione suspendunt, sed etiam in ipsis communibus nihil carni suæ pro desiderio, sed pro sustentandæ vitæ necessitate permittunt: certi quod nec deliciae qualibet, si absque desiderio percipiuntur, officiunt: & viles cibi plerumque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiuntur, impediunt. Hinc est quod sanctus David aquæ in se concupiscentiam castigauit, atque eam sibi à suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfactore videretur, effudit: & sancto Heliz perceptio carniū non concupita non nocuit. Vnde datur intelligi quòd veraciter abstinentes escarum non naturas, sed concupiscentias damnant, ac voluptates suas desiderati cibi, vel potus abusione mortificant. Qui autem non solum à qualitate, sed etiam à quantitate ciborum cupiunt abstinere, nihil aliud student: nisi vt quantum stomacho reficiendo, & fami eximendo satis esse viderent, inuigilant: nec explant suos appetitus auditate percipiendi, sed comprimant: atque eis saturitas edendi finem non faciat, sed voluntas: qui tam à cupiditate pretiosorum ciborum * animos, quàm à nimia perceptione vilium continent; qui c bis nec lautioribus volunt carne luxuriante distolui, nec distensionem ventris * onerari, quando abstinentes viri nec delitiosi soleant esse, nec auidi. Iam de vino abstinendo, vel percipiendo quid dicam? Vnde sanctus Apostolus certam fixit regulam, dicens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Quasi diceret: *Luxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia*, non natura, & propterea non vti nos vino, sed inebriari prohibeo: quandoquidem instrictum stomachum moderatus vsus vini confortat, ebrietas animum corpusque debilitat. Denique Timotheo suo discipulo, qui se longa abstinentiæ distributione iam frigerat, & stomachum suum aquæ perceptione corruerat: modico vino vti debere præcipit, dicens: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtire propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* Ac per hoc, nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantum pro corporis salute percipiunt, nec hoc eis offert voluntas, sed permittit infirmitas. Quæ si defuerit, à vino est abstinentium, ne vini perceptio quæ instrictum sustentat, sanum corpus incendat: quandoquidem vino vti, & vsui habere oleum, nullus dixerit esse peccatum. Sed hæc idè non debemus carni desideranti præstare, ne cum illi licita concedere ceperimus, poscat illicita: & sibi obsequentes in minimis, in flagitia puniendi compellat: ac naturali ordine perturbato, non spiritus corpus, sed spiritus corpori dominantem deseruiat. Huc accedit quod & ipsam mentem

abstinentiæ fructus alacrem facit: carnem quoque non vsque ad lassitudinem fatigatam, sed spiritu * ordinanti subiectam mobillem reddit. Sensus etiam quos dicuntur crassos efficere, vel grauare congestæ delitiæ, consuetudo parcitatis exonerat, & velut * quadam politura religiōis exercitationis attenuat.

Quod viuentes carnis concupiscentia carniū polluat, non natura.

C A P V T XXIII.

Ceterum si à quadrupedibus abstinentes, phasianis altilibus, vel aliis auibis pretiosis, aut piscibus perfruantur, non mihi videntur ressecare delectationes sui corporis, sed mutare: nec pro abstinentia, sed velut pro neficio qua immunditas, vel certè, quod verius est, * pro stomachi nauseantis teneritudine * delicias illas communes ac viles abicere, quo possunt aliis non solum carnis, sed etiam delicatioribus, ac pretiosioribus carnisbus suas voluptates explorare: cum, sicut iam supra patet, non aliquid carniū, quæ vsui humano concessæ sunt, nobis naturæ demandæ sint, quæ Deus instituit: sed carnales concupiscentiæ fugiendæ, quas sensus carnis diabolus introduxit. Illi autem qui parcos videri volunt, & gloriam sibi velut de abstinentia districtiore conquirunt, sic ab omnibus animalibus iudicant temperandum, vt peregrinis pomis, ac sorbitiuiculis delicias, cæterisque aliis cibis immanem sui corporis impleant appetitum: cum spiritus illi abstinentia non aliquid ciborum vsuum, sed desiderium suadeat compescendum. Et illi magis parumque seruire censendi sunt, qui sibi non aliquid rerum perceptiones, sed delectationes corporis interdiciunt. Illi quoque, qui negata sibi vini perceptione diuersorum poculorum potioibus inundantur, nequaquam mihi abstinentiam videntur implere, * quia ad hoc fortassis à vino se suspendunt vt mercetur laudem: & interditi sibi vini * perceptionem compensant suauioribus poculis voluptatum. In vini enim vsu non à vino tantum, sed ab omnibus quæ accipientes inebriant, vel ab alijs quæ et si non ebrietatem, suauitatem certè percepta conciliant, abstinēbit, vt sit veritate abstinentiæ perfectè consummatus: non eius imagine fortis splendidus, intus cauus hominibus, velut purus, & Deo simulatæ virtutis fordis plenus. Nec minus à cupiditate possidendi superflua, quàm à voluptate percipiendi nobis est abstinentium: quoniam cum omnia quæ habemus, pro nostris vsibus hebemus, ea quibus vti * nolis, ardentem habere velle, vt etiam lucris hinc inde questus augere, nihil est aliud, quàm non tolerandæ necessitati, sed intolerandæ cupiditati seruire: nec possum dicere. Vt sit vnde pauperibus quotidie erogetur, mea possideo: quando nemo perfectiùs erogauerit eo, qui nihil sibi perfectionis intentione * relinquit ex proprio.

Quam vile sit, ieiunio, vel abstinentiæ, aduenientium charitatem plerumque proferre.

C A P V T XXIV.

Veruntamen se abstinere, vel ieiunare debemus, vt non nos ieiunandi vel abstinentiæ necessitati subdamus: ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Si enim quolibet aduenientis ieiunio intermisso, resicio, non solum ieiunium, sed impleo charitatis officium. Ceterum si propter abstinentiam spirituales fratres, quos noui mea remissione delictari, contristo, abstinentia mea non est virtus dicenda, sed vitium: quoniam quidem ipsa abstinentiæ ac ieiuniorum continuatio, nisi fuerit, quando res exigit, prætermissa, & me inflat, & fratrem meum, cui charitas iubet seruire, contristat: vel certè mihi nihil incelle charitatis flatur. æ

* C. Irriforem. ab * inimicis C.

* Alijs vt viuant C.

* C. ordinatè. * C. quædam.

* C. propter sto enim teneritudinē. * C. delicatas illas cōmunes ac viles carnes abicere.

1. Reg. 13. 1. Paral. 11. 3. Reg. 17.

Alias voluntates C.

* ad C. animos abicif.

* vilibus C. a. d.

Ephes. 5.

1. Timotheo.

* qui & ad hoc C. * C. perceptione. comp. poc. suauioribus voluptatibus.

* C. nobis liber, ardentem.

* C. reliquit.

fraternæ demonstrat, cum sine abstinentia quemlibet hominem Catholicum charitas sola perficiat & * omnes abstinentia aut perdat sine adiunctione charitatis, aut pereat. Quia ergo abstinete aut ieiunare etiam Manichæi, vel quilibet alij hæretici possunt: vt pote, qui omnes carnes pro abstinentia, sed pro immunditia detestantes, corpora sua panis & aquæ perceptione * afficiunt, non pro magno ducamus, quando ab his, quæ illi quoque reiciunt, abstinemus; sed * quando abstinentiam nostram fides commendat, charitasque consummat, quas illi non habentes occidere se possunt, * ædificari autem, aut perfici taliter abstinendo non possunt. Ipsi verò Catholicis Christianis, qui siue non valendo abstinere, siue nolendo, omnia vsui nostro concessa, cum gratiarum actione percipiunt, non nos

propter abstinentiam præferamus: ne fortè plus humilitatis, aliarumque virtutum habeant illi, vnde * nobis iure abstinentibus præferatur. Quocirca si volumus nobis abstinentiam nostram, ieiunæque nostræ proficere, à superbia imprimis, quæ aut expellit omnes virtutes, aut minuit, & iactantia cuiuslibet inimica virtutibus, atque ab omnibus vitis omnino discedamus, vt profit nobis quòd à cibis * delicatioribus abstinemus: quia tunc nobis proderit, quod corpora nostra, vel certè corporis inclementia rigore districte abstinentiæ castigamus, si carnalibus desiderijs absoluti, sanctis virtutibus floreamus. Sed iam finem liber * accipiat, vt de virtutibus ac vitis, vnde hæc pauca tetigimus, latius ac plenius in tertio volumine, donante * Deo, disputemus.

* c. iure nobis.
* delectabilibus abstinemus C.
* Alias postulat.
* C. Do-
* mino.



PRÆFATIO LIBRI TERTII.

DE vita Contemplatiua, & quantum ab ea differat actualis: vel qualiter possit ipsius contemplatiuæ virtutis fieri adiuuante Deo participes. * in primo volumine absolui. De actuali quoque vita, vbi que esset religiosæ increpationis vtilitas, ac patientiæ virtus ostensa est: & qua-

liter tractandæ essent Ecclesiæ facultates, vel de * do-

* c. modo.

CAPITA LIBRI TERTII DE VITA CONTEMPLATIUA.

- CAP. I. Quantum à veris virtutibus virtutum similitudines differunt.
- CAP. II. Quòd superbia sit maiorum omnium causa.
- CAP. III. Quòd superbia, ex qua procedunt omnia mala, humilitatis virtute vincatur, & omnia vitia tunc fugata deperant, si virtutibus cedunt.
- CAP. IV. De cupiditate, quæ ita est mixta superbiæ, vt nihil peccati fiat, quòd non ex vtraque procedat.
- CAP. V. Quo animi tormento inuidios affigat inuidia.
- CAP. VI. In qua & quanta mala concupiscentia carnis erumpat, si * eis mens corrupta consentiat.
- CAP. VII. Quòd etiam hoc, quo * impudicitia quælibet necessitas vetat, si pudè viuere consuecant, ad anorem castitatis ascendant.
- CAP. VIII. Quibus indicijs possit ostendi superbia, quæ vel in perdis aperta est, vel in fclis occulta.
- CAP. IX. Quib. signis inuidiorum declaratur inuidia.
- CAP. X. Quæntis malis vanitas vanos inuoluat.
- CAP. XI. De vtilitate timoris, & quòd efficaciter peccatis obstat.
- CAP. XII. De futuro iudicio, vel æternitate supplicij, ac de qualitate gehennæ.
- CAP. XIII. De laude obuiatis.
- CAP. XIV. Qualiter pessimi ea que de charitate sanctus Apostolus dixit, intelligi.
- CAP. XV. Quam vna perfectionis charitatis in se fundatis exhibeat.
- CAP. XVI. De qualitate virtutis, & qualiter sibi consentientes informet.
- CAP. XVII. Quib. gradibus conuersi in culmen perfectionis ascendunt.
- CAP. XVIII. Que sit quaternarij numeri credenda perfectio, & quòd quatuor virtutes, que dicte sunt principales, ac fide venientes à * Deo collata iustificent.
- CAP. XIX. De temperantiæ qualitate, vel opere.

- CAP. XX. Quales esse debeant, quos animi fortitudo nobilitat.
- CAP. XXI. De iustitia vel fide, quæ ex ipsa procedit.
- CAP. XXII. De qualitate, quòd ad eandem pertinet humana societatis vtilitas.
- CAP. XXIII. Quòd duo sint iniustitiæ genera.
- CAP. XXIV. De liberalitate, & qualiter beneficentia opus debeat exerceri.
- CAP. XXV. De differentiâ amorum, & quantum ab eis differat perfecta dilectio.
- CAP. XXVI. Quid sit sua cuique tribuere.
- CAP. XXVII. Quòd actiualem vitæ tres virtutes, id temperantia, fortitudo, iustitiaque consumment; & prudentia, quæ * & quanta virtus, menti cognitionem rerum latentium præstat.
- CAP. XXVIII. De sociali virtute; & quòd non rectè faciant, qui eam possunt, nihil humana societati * proficiunt.
- CAP. XXIX. Quòd de prudentia ac sapientia fonte cognitionem omnium rerum bibant, qui percipiendâ scientia seruennt inuigilant.
- DAD. XXX. Quòd prudentes nec alijs noceant, nec sibi noceri permittant; & quòd eis ibi sine admixtione alicuius erroris consummata prudentia, vbi erit sine vilo peccato vita perfecta.
- CAP. XXXI. De affectuibus quatuor, quòd inter vitia numerari non debeant, si earum vsus ex bona voluntate procedat.
- CAP. XXXII. Quòd hi affectus sine quibus in hac vita rectè non viuunt, in illa futura beatitudine non sunt, quæ nec timorem habitura est, nec dolorem.
- CAP. XXXIII. Qualiter virtutes quatuor, quæ * dicte sunt principales, aut in præsentibus nos à peccato defendant, aut in æternum nobiscum sine vilo peccato permaneant.
- CAP. XXXIV. Vbi se Locmor de toto opere excusat.

* c. consummatur. C. c. est.
* C. proficiant.
* C. præ-dicta.

* omnis.
* confi-
* ciant C.
* C. quod.
* c. ædifi-
* care.
* c. primi
* volumen.
* sit c.
* c. c.
* impu-
* dentia c.
* c. Do-
* mino.



D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS, DE VITA CONTEMPLATIVA LIBER III.

Quantum à veris virtutibus virtutum similitudines differunt.

CAPVT I.



VÆRETIS * quantum à veris virtutibus virtutum similitudines differunt. Non dico, quantum à medicamento venenum: quia medicamentum ita corpus aliquoties sanat, vt id defendere à mortis necessitate non valeat. Et venenum non auferri facit vitam corpori, quasi auferenda non esset, nisi fuisset acceptum: sed accelerat corporis mortem, quod erat aliquando diutius fortè victurum. Sed planè dico à veris virtutibus tantum similitudines distare virtutum, quantum distat à veritate mendacium: quia & similitudo virtutis, quæ videtur virtus esse, cum virtus non sit, nihil est aliud quam mendacium: & idè non est virtus dicenda, sed vitium. Et vera virtus est veritas, cui qui amanter adhererit, à peccati morte resciscitatus, mori vltra non poterit: nisi cum ab ea deprauiata voluntate recesserit. Sicut contrariò virtutis simulatio, quæ est, vt dixi, mendacium veritati contrarium, animam separat à Deo, vità suà non interituram, sed in supplicio, quæ est illius mors, pœnaliter sine fine victuram, Scriptura dicente: *Os quod mentitur, occidit animam.* Ac per hoc, sicut virtus animam sibi veraciter inhaerentem, si fuerit vera, iustificat, ita simulata condemnat. Et quid iustificatio animæ, nisi eius est vita perpetuè beata, ac beatè perpetua? Sicut condemnatio animæ pena eius est sententià, quæ mors probatur, & ipsa perpetua. Itaque dupliciter rea est anima, si & bonum non faciat, vnde spiritualiter viuat: & appetat similitudinem boni, sub qua malè viuat & lateat. Superbus vult se credi constantem, prodigus liberalem, avarus diligentem, temerarius fortem, inhumans parcum, gulosus humanum, ignauus quietum, timidus cautum. Imprudentia fiducia sibi nomen adscribit, proccacitas appellationem libertatis * offendit, eloquentiam fingit verborositas, & curiositas malum sub studio spiritualis colore delitescit. Hæc etsi possunt humano ingenio discerni, tamen sine dono Dei, quantum mihi videtur, nec virtutes possunt appeti, vel haberi, nec earum similitudines, quæ sunt vitia virtutes imitantia, declinari in tantum, vt infidelibus nihil profuisse credamus, etiam si sunt aliquas per corpus virtutes operati: quòd eas nec à Deo suo se accepisse crederent, nec ad eum, qui est finis omnium bonorum, referre voluerunt. Et quid dico? Nihil eis profuerunt; imò etiam nocuerunt, dicente Apostolo: *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Non dixit, Omne quod non est ex fide, nihil est: sed dicendo, Omne quod non est ex fide, peccatum est, declarauit quòd omnia bona, aut ex fide gesta virtutes sunt, quæ profectò iustificat, aut si fuerint sine fide, non sunt aliqua bona credenda, sed vitia, quæ non iuuant suos operarios, sed condemnant, inflatoque præcipitant, atque à finibus æternæ salutis eliminant. Sed quid ego hæc de infidelibus, vnde nullus ambigere videtur, exaggero? cum sanctus Apostolus etiam Fideles quosdam, qui credentes in Deum, non secundum Deum, sed secundum hominem viuunt, carnales nomen, dicens: *Et ego, fratres! cum venissem ad vos, non vobis perni loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: non dum enim poteratis; sed nec ad. no*

quidem poteris: adhuc enim estis carnales. Et tanquam quaeremus, quid per carnales velit intelligi, secutus adiunxit: *Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Quid potest his duabus animi pestibus inueniri deterius, zelo & contentione? quibus carnales, qui secundum hominem viuunt, etiam in hac vita torquentur: cum & contentio hæreticos reddat, & zelus imitatores diaboli Paradisum primis hominibus inuidentis efficiat? Ac sic, quando Fideles iustitia, pietate, misericordia, & mansuetudine, humilitate, innocentia, cæterisque virtutibus gaudent: aut secundum Deum viuunt, & virtutes veras habere credendi sunt, quæ spiritualiter viuentes adeptæ sanctificent, & Deo commendant: aut secundum hominem viuunt, & non sunt veræ virtutes, sed virtutum similitudines, quæ nihil carnaliter viuentibus profunt. Quapropter qui religiosè, qui continentèr, qui sobriè, qui misericorditer viuunt, si Deo, cuius munere vt bene viuat, adiuuatur, adscribit, secundum Deum spiritualiter viuunt. Si verd omnia quæ bene facit, suis viribus adscribat, quasi etiam sine adiutorio Dei ad bene agendum sibi sufficiat, secundum hominem carnaliter viuunt: Et idè aut bene non viuunt, aut nihil ei proderit, quidquid boni propter homines facit: quia humanis laudibus delectatur, hæc iam temporalem mercedem recipit suorum operum, quæ temporaliter fecit. Igitur ille secundum hominem viuunt, qui secundum seipsum viuunt, qui si poterit, esse cum quibus vult pergit quòd vult, dormit quando & quamdiu vult, loquitur quæ vult, & vbi vult: manducat, & bibit quando, & quod vult, & quantum vult, ridet ac lætatur inter quos vult: postremò quidquid naribus suauè est, quicquid tactu blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid cæteris sensibus carnis suæ iunctud, exercet, ac sequitur qualiter vult, qui omnia licita vel illicita carnaliter vult. Qui autem secundum Deum viuunt, non quod eum carnaliter delectat, sed quod adificat, spiritualiter facit, & omnia desideria carnis spiritualibus desideris delectatione compefcit, futura præsentibus anteposit, carnem spiritui subdit, & quicquid cupit aut agit, non vult ex sua, sed ex Dei sui voluntate procedere, cui placere totis viribus concupiscit. Itaque, si utrunque iam claruit, quod virtutes veras non videantur habere qui simulat: & illi simulat, qui non ex fide, aut non propter Deum, sed propter homines tantum boni aliquid operantur, elemosynas ac ieiuniis, vel abstinentiæ cæterisque bonis operibus seruando, non vt boni fiant, sed vt se bonos hominibus fingant, nec ad recipiendam sempiternam mercedem, sed ad comparandam gloriam popularem; videamus nunc quibus præcedentibus causis & subsequenibus incrementis, nasci soleant vitia, vel augeri: & quibus, adiuuante Deo, remediis possint velut quibusdam medicamentis immui, vel sanari.

Quod superbia sit malorum omnium causa.

CAPVT II.

Est quidem hoc * caput valde perplexum, sed si otetis illum qui dixit: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in uobis;* & alibi, *Dilata os tuum, & ego adimplet illud:* ea quæ mihi vel homini impossibilia sunt, illuminant Domini, vel docente,

* C. quæ sitis.

Cap. I.

* Alias ob tendit C.

Rom. 14.

2. Cor. 3.

Ibidem.

* C. fig. nando.

* est C.

* iocatur C.

* C. &

* C. capitul em. Match. 10. Psal. 80.

docente, possibilia sunt. Consideramus ergo quæ causæ præcedant, * quæ vitia subsequantur. Quod ut credibilis videatur, non hoc à me prudentia vestra perquirat; sed vobis, & mihi, vel omnibus Scripturæ divina consultæ respondeat: quæ velut si iam quæreremus ab ea, immobilē sententiam protulit, dicens: *Initium omnis peccati superbia.* Quid potest apertius, quid probabilius dici? Initium, inquit, non alicuius, sed omnis peccati superbia, ut euidenter ostenderet quòd ipsa sit peccatorum omnium causa: quoniam non solum peccatum est ipsa, sed etiam nullum peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa. Siquidem nihil aliud omnne peccatum, nisi Dei contemptus est, quo eius præcepta calcantur. Quem contemptum Dei nulla res alia persuaadet hominibus, nisi superbia, quæ etiam in ipso diabolo, ut diabolus ex Angelo serer, æternæ perditionis exitit causa. Denique & ipse sciens se per superbiam de cælestibus contriisse, & in hunc caliginosū aëris carcerem trusum, homini lubertentem quem Deus fecerat sine vilo peccato, vitium persuasit serpentina calliditate superbia: cæcus, quòd recepta superbiâ, quæ est malorum omnium causa, facile iam peccata omnia, quæ non nisi superbo concipiuntur animo, perpetraret: Hinc est, quòd idem primus homo superbi spiritus elatione corruptus, omnem posteritatem suam quæ in illo * radicaliter fuit, necessitati corruptionis ac mortalitatis addixit: ut corruptibilis & mortalis effectus, corruptibiles mortalesque generaret: atque ita quod in illo egerat puniēda superbia, in omnibus ex illo natis peccati fieret * pœna. Et propterea non eo modo iam postulum peccato resistere, sicut ille potuit, cui nihil aliud vult non peccare, quam nolle. Nobis autem irreprehensibiliter vivere velle non sufficit, nisi ipsum velle nostrum, quod languida possibilitate deficit, diuina virtus adiuerit: quia illum ad non peccandum etiam iuuare poterat adhuc sana natura, nos iam * impedit vitia: & illum peccare fecit sola peccandi * voluptas: nos etiam cogit plerumque peccati iam facta necessitas. Propter quod Deo clamamus, & dicimus: *De necessitatibus meis eripe me.* Ac sic idèd fortassis dicit diuina Scripturæ: *Initium omnis peccati superbia:* quod ipsa præcessit in diabolo; & per ipsum superbuerus est homo, de quo dicit Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines peruenit, in quo omnes peccauerunt.* Cæterum nos qui primo homine peccante, peccauimus, non in nostra peccata iam vici, sed in eius natura, in qua fuimus, * & corruptionem velut de radice superbiæ morbo * conceptam contraximus, & in ipsa corruptione nostra omnes peccatorum causas habemus, qui non corruptibiles effecimur, quia peccamus, sed quia corruptibiles sumus, omne peccatum ex ipsa corruptione nostra committimus. Primus autem homo non idèd peccauit, quia corruptibilis fuit, sed cum incorruptus esset, seipsum peccando corripuit, & corruptionem suam in nos propagatione transiecit: & idèd ibi nobis auferenda est tota mortalitas, omnisque corruptio, quæ facta est ex peccato, vbi etiam sine vilo peccato. hic videri vbi non iam sana est, * sed adhuc sanatur per gratiam nostram naturam, quæ infirmata est per culpam, piis conatibus nostris resistit ipsa concupiscentia vitiosa, non naturalis, sed naturæ nostræ indita pœnaliter & inferta, quæ peccato facta est: & peccatum si vicerit, scit. Quam licet quandoimortaliter viuimus, habeamus; non eam tamen studio nostræ voluntatis * adiuuamus, & vincimus: quoniam non eam in nobis sentiendū, sed in consentiendū, peccamus: nec ipsa itatim vt nos pulsauerit, vincit; sed si mentem nostram (quod abusi) de sublimitate propositi sui in consensum peccati deiecerit.

* C. quas.

Eccles. 10.

Esa. 14. Luc 10. Gen. 3.

* C. radicaliter.

* C. causa.

* Alias implet. * Alias voluntas C. Diu. 14. Eccl. 10.

Rom. 5.

* C. illius corrupti. * C. corrupta. * C. sed adhuc sanatur non infra naturam quæ est infirmata per culpam, sanatur: per gratiam, &c.

* C. adiuuamus, sed vincimus.

Quòd superbia ex qua procedunt omnia mala, humilitatis virtute vincatur, & omnia vitia tum fucata deperant, si virtutes cedant.

CAPVT III.

Proinde si superbia est initium omnis peccati, & concupiscentia pœna peccati; non potest aliter vinci concupiscentia vitiosa, nisi prius caueatur humilitas virtute superbia, quæ eius est inimica: Superbia voluntas facit Dei præcepta contemsum, humilitas custodiri: Superbia ex angelis demones fecit, humilitas homines sanctis angelis similes * reddidit: Illi in belles * C. reddidit. * diabolo subditos facit, hæc humiles Christo conungit. Superbi cupiunt in se, quod non faciunt, prædicari: humiles refugunt, quicquid boni operantur, agnoscunt. Illi vitia sua à se alienando peruersitatem suæ voluntatis excusant, & bona sua suis viribus deputant, semetipsos turpiter iactant; isti si quæ peccata commiserint, voluntarie consiēdo semetipsos accusant, & omnia bona sua diuino muneri deputant, Deum iugiter laudant. Quapropter si vitus * non habet in animo vitioso, superbia humilitatis cedit imperio; quia non potest mens regnum habere virtutum, nisi prius iugum excusserit vitiorum. Tunc enim vitia fideliter * expulsa discedunt, si virtutibus cedant: * C. ex- * Alioquin vel subsistunt ad tempus eiecta, vel redeunt; peccatora nisi virtutes in locis vitiorum, quæ faciunt depulsa, successerint. Quapropter pietas in nobis crudelitati resistat, iram patientia fundata coëctet, pudicitia libidinem vineat, animositatem tranquillitas tollat, verbositas taciturnitas moderata compescat, delectatio spiritualis desideria carnalia imminuat, abstinentiæ rigor aculeos carnis obtundat, curiositati studium spirituale succedat, sobrietati cedat ebrietas, mansuetudini succumbat immanitas, dominetur leuitas auiditas, Dei & proximi charitate crescente, consumatur tota mundi cupiditas, excludat paritas vera luxuria, castiget indoluitas virtus ignauiam, reprimat humilitas * C. pro- * profunda iactantiam, pellat simplicitas pura recordiam, non impediatur varietas fucata constantiam, emendati mores augeant disciplinam, frangat clementia religiosa seuitiam, & funditus eradicet bonitas adquisita malitiam, ut expulsiōe vitiorum celebretur introductio gloriofa virtutum. Sed de virtutibus in * capite sequenti videbimus, nunc de vitis, vt cepimus, prosequamur.

*De cupiditate, * qua ita mixta * est superbiæ, vt nihil peccati sint, quod non ex vtraque procedat.*

CAPVT IV.

Si vtrunque iam patuit, qualiter intelligatur, quod Scripturæ dicit: *Initium omnis peccati superbia:* hoc etiam videamus quod sanctus Apollolus dicit; *Radix omnium malorum est cupiditas:* cum Spiritus sanctus, qui locutus est per Prophetam, per Apollolum quoque locutus sit, nec sibi * possit esse diuersus; sollicitè considerare debemus, quare ille initium peccati superbiæ, hic radicem omnium malorum cupiditatem nominari voluerit. An forte sermonem propheticum Paulus Apollolus, vt solet exposuit? quandoquidem siue initium omnis peccati, siue radicem omnium malorum dicas, vnum idemque * significes. Porro cupiditas atque superbia intantum est vnum malum, vt nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia * cupidus possit inueniri. Siquidem & diabolus, in quo tenet superbia principatum propriæ * voluntatis, ac perditionis humane cupidus fuit: & ipse homo per appetitum arboris inter iustitiam diuinæ similitudinis affectum morboque affectum cupiditatis ostendit. De superbia namque nascuntur hæreses, schismata, detractiones, inuidias;

* C. reddidit. * Deo C. add.

* negatio abest à C.

* C. ex- * peccatora

* C. pro- * fundam,

* C. capi- * tulò.

* C. quod * sit.

Eccles. 10. 1. Tim. 6.

* C. possit esse diuersus.

* C. signi- * ficat:

* C. possit inueniri cupidus.

* Alias potestatis.

* C. mor- * bosè.

inuidia, verbositas, instantia, contentiones, animofitates, ambitio, elatio, præsumptio, vanitas, inquietudo, mendacium, peritium, & cætera eiusmodi: Sed hæc quis dubitet ex cupiditate quoque procedere, cum omnes qui fuerint illis omnibus moribus, quos nominavi, corrupti, habeantur & cupidi? Item cum gulosos, imperantes, ebriosos, auaros, rapaces, fornicarios, adulteros, stupratores, incestuos, flagitiosos cupiditas reddat, quando possunt sine superbia tales fieri? Sine qua omnino non possunt Dei præcepta contemni, quibus prohibentur illa omnia mala, quæ superius comprehenduntur. Ideoque si volumus consummate nostri certaminis euisum, caueamus imprimis cupiditatem atque superbiam, non duo mala; sed vnum, à quo trahunt omnes mali actus initium. Nam sine superbia quæ possunt saltem inchoari peccata, cum dicitur: *Initium omnis peccati superbia*? Aut sine cupiditate, quæ est malorum omnium radix, quæ possunt fieri mala, cum sine radice omnia, aut nulla deperunt, aut mortua? Deinde si quodlibet peccatum perpetrare non possum, nisi malæ delectationis consentiam, quod cupiditatis est proprium, & Dei præcepta contemnam, quod est superbiam malum, quomodo non ex cupiditate, quæ est radix malorum omnium, & ex superbia, quæ iuitium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatum?

Quo animi tormento inuidos effigit inuidia.

CAPVT V.

Inuidus certè, qui alienum bonum, suum facit inuidendo supplicium, nullà videtur ad inuidendum concupiscentiã prouocari, sed tantum superbiam morbo vexari. Sed si animi eius pestem, qua præcipitur incensus, subtiliter atque rimemini, inuenietis eum & perditionis eius cupidine, cuius cupit interitum, & superbiam malo teneri, quo sibi iugiter ingemiscent, meliorem cui inuidet, aut ferri. Quis facile potest, quale sit hoc malum, verbis exprimitur, quo inuidus odio hominis persequitur diuini munus in homine: cum potius amari homo debeat, etiam pro sui meriti sanctitate: Tantos inuidus habet pœna iusta tortores, quantos inuidiosus habuerit laudatores. Siquidem inuidiosum facit excellentia meriti, inuidum pœna peccari: nec ei ab homine potest remedium adhiberi, cuius est vltimus oculum.

In qua & quanta mala concupiscentia carnis erumpat, si eius mens corrupta consentiat.

CAPVT VI.

Qui concupiscentiæ carnis addictus, nunquid non videtur nihil habere superbiam, cum præsertim passio ipsa eum videatur humiliare luxuriæ? Et tamen nisi prius Deo rebellis existeret, cuius salubre præceptum de pudicitia conseruanda, superbi spiritus præsumptione contemnit, nulla eum lasciuie cupiditas prouocaret. In animo eius diu discerpant Dei contemptus & metus. Sed aut contemptus Dei præponderat, & superbus animus, recepta cupiditate, pudicitiam perdit: aut obtinet metus, & animus Deo subiectus cupiditati simul ac superbiam contradicit. Plerosque enim gula & abundantia vini turpiter in luxuriam solunt: alios * in iniuriam pudicitie sordidæ cogitationes incendunt: nonnullos de proposito castitatis occasiones oblatæ deiciunt: quosdam sub impudicitie iugum exempla perditè viuipetium mittunt. Sunt alij, quorum vitam lingua turpis inflamat, * aut turpem conscientiam manifestat: qui prius inuercendos sermones aut proferant libenter, aut audiunt, ac deinde paulatim morbo crescente ab honestate deficiunt, attritoque pudore viles efficiunt, dum indecenter elegantes videri solent, passim iam turpibus verbis impudenter insanunt. Hoc enim loquuntur quique, quod diligunt, &

delectabiliter audiunt, quod assiduis cogitationibus volunt. Cogitatio quippe est, quæ mentem, sicut turpis inquinat, ita si fuerit honesta, purificat. Aut si non excogitatione facies mentis existit, sed qualitas cogitationis ex mente, non sordidæ cogitationes mentem sordidam reddunt, sed ex mente sordidæ cogitationes * existunt. Quod si ita est, pulchrotum corporum formæ per oculos irreptens, animum non mouent incorruptum: & quando corruptibiliter mouent, non corrumpunt sanum, sed ostendunt propria voluntate corruptum. Turpia quoque verba per aures ingressa, quid prævalent, si non fuerint arbitrio mentis admissa? Quando autem prævalent, non ipsam corrumpunt mentem, sed iam corruptam sponte reperiunt. Auribus enim casti obsecrati sermones cum sono deficiunt, nec feretum pudici cordis irrumpunt. Quid palpamen * tenerum, quod menti iam vitiosæ blanditur? Nunquid potest ad animum admitti per tactum, si animus incorruptum seruet professionis suæ propositum? Ac sic, prius integritatem sui animus sponte vitiosus amittit, & sic delectationem tactus admittit. De cibi vel potus cauenda delectatione, iam dixi sufficienter, vt arbitror, in secundo volumine, vbi quanta potui breuitate, perfectionem spiritualis abstinence commendavi. Sed & hic hoc breuiter dico, quod per os carnis non irumpit delectatio gustus ad mentem, nec erumpit sermo turpis ex mente, nisi se voluntariè mens autè corrupat, quam recipiat aliquid vnde corrumpatur, aut proferat. Cæterum si animus sub Deo suo firmius ipsius Dei sui munere perseveret: nec quibuslibet delitiis lenocinantibus cedit, * nec proferat aliquid turpe, nec recipit. Iam de odoribus pauca perstringam, vt totam tentationem quinque partium sensus verbis includam. Quos odores per aditum narium aut affectat mens ægra, aut diuinitus adiuta repudiat: quæ si se suo Creatori subiciat, atque ei, qui dignitas eius est & salus, amanter inhereat, non solum nulla eam vitiorum fœditas decolorat, sed nec delectatio vlla carnalis efformatur. Quod si à charitate sui conditoris & illustratoris inflata resiliat, ac se resiliato interiore solidoque bono, foras in exteriora bona proficiat: quicquid in ea neruorum potest esse, resoluuntur: quicquid virium, debilitatur, & frangitur, * tuncque ei actio spiritualis efficitur onerosa, & ipsa in carnalibus fit iniqua: ita vt omnia quæ, per sensum corporis sentit, non vitanda, sed iam vitata turpiter concupiscat: & quædo corpus nihil sensibilem sentit, ipsa sibi delectabiliter recordando, sensum rerum imagines representat. Apud se intus audit sine voce, quicquid cantilenæ suauis aut iocationis obsecræ per flexuosos aurium meatus influxit. Ibi ei odor * malè suauis corruptibiliter fragar, qui per patulas narium cauernas irreptit. Ibi eam sapor oblectat, quem ad se per illicebtram voluptuosi gustus admittit. Ibi persistit nescio quid moliter blandum, quod ei exterior tactus impressit. Ibi colores varios & illicites formas concupiscibiliter videt, quas ei oculorum curiositas nunciavit. Quæ mens ita absentibus plerumque imaginibus corporum delectatur * affecta carnaliter, vt nimia sordidæ cogitationis intentione defixa, non sibi imagines corporum videatur amplexari, sed corpora. Hinc est quod ille corporis fluxus, qui fit in dormientibus sine culpa, interdum vigilantibus contingat ex culpa. Aliud est enim quod in dormiente fit, aliud quod vigilans facit. Ibi naturaliter plenitudo humoris expellitur: hic turpiter concupiscentia publicatur. Sed hæc concupiscentia illis vigilantibus hunc elicit fluxum, quibus per sordida colloquia sordidum commouerit appetitum. Hi sunt, quibus vsui est feminatum descriptio: Illa rudis est, illa dicacula, illa deformis, illa formosa; alterius placet ornatus, gestus alterius, illius etiam laudatur sine forma festiuitas, illius sola formositas. Inde transi-

* Alias exeuunt.

* terrenum C.

Cap. 22. & 23.

* seductibus C. add.

* C. tunc.

* malè deest C.

* C. affectata.

* Alias meæ.

* C. superbia mala.

Inuidiæ petalices.

* C. ad.

* C. &.

tur ad mores, & aliam talibus commendat taciturnitas moderata, aliam turpem videri facit libertas incondita. Hæc & his similia colloquentes, suggerunt concupiscentiæ suæ materiam. * Hæc tamen idè concupiscunt, qui aut loquuntur libenter, aut audiunt. Qui nisi concupiscentiæ morbo corrupti essent, nunquam vel loquerentur talia, vel audirent: quia non eos ista corrumpunt, sed corruptos ostendunt. Ac ne me ista veraciter arguerent quiskquam iudicet arguendum. nouerit propter hoc fortè ab Antiquis fuisse decretum, ne quis adolescentium legeret Geneseos librum, ac partem acriter Ezechielis Prophetæ, vel Canticum canticorum, & cætera talia, in quibus generationes, & actus, & nomina quorundam scripta sunt mulierum. Quas licèt secundum historiam fuisse credamus, earum tamen nominibus virtutes figuratas accipimus: quoniam sicut illæ non solum viris suis per sanctos mores, sed etiam extraneis sine dispendio sui pudoris ob nimiam pulchritudinem plauerunt, ita sanctæ virtutes & suos mirabiles omnibus reddunt, & extraneos quadam admiratione sui perstringunt. Hinc est quod & ipsi qui vitiis viuunt, virtutes vitii anteponunt: quia aliud est quod faciunt morbo, aliud quod coguntur * placere iudicio. Sed ne fortè hæc spiritualia secundum carnem adhuc carnales acciperent, nec virtutes cogitarent, quas mulieres illæ significant, sed ipsas cogitando carnaliter depericent, consultò iuniores legere sunt illa prohibiti, quæ sicut spiritualiter accepta viuificant, ita carnaliter intelligentibus, ipsa carnalis intelligentia occasiones carnalis concupiscentiæ subministrat. Earum quisque nomina frequenter habet in ore, quarum desideria vulnerato gestat in corde, aut turpitudinem quam exercere vellecuntur in factis, tener in animo, reus non humano iudicio, sed diuino.

* C. Nec. Lege Hieronimii primo Commentariorū Ezechielis proemio, & eundem ad.

Paulinum de omnibus diuinæ historię libris.

* Aliàs probare C.

* impudencia C.

*Quod etiam hi, quos ab * impudicia qualibet necessitas vetat, si viuere pudicè consueuerint, ad anorem castitatis ascendant.*

CAPVT VII.

Tales pudicos aut temperatio corporum facit, aut timor supplicij temporalis ab impudiciæ actione suspendit, aut occasio denegata desinit. Sed licet voluntas sit impudicæ, qui necessitate pudicæ est, tamen si & ille temperati corporis de beneficio naturæ suæ Deo auctori omnium naturarū gratias agat: & ille quem timor in bono pudicitia tenet, atque is cui facultatem mechandi negat occasio, viuere pudicè consueuerint, in virtutem plerumque de necessitate proficiunt; & paulatim ipsius pudicitie delectatione crescente, pudici veraciter fiunt, & ita proficiunt, vt iam non sermone, sed virtute forè impudicitie detestantes, non timore penæ carnalibus incentibus obstant, quod est incipientium proprium; & sed excretionem peccati resistunt inquietos carnis affectus, quod est castitatis consummata fastidium: non quod animus vnquā desinat in hac carne cum vitiis habere consuetum; sed quod cum alac ac prouocat, & quantum fieri potest, in præsentis vitæ perniciam ipsa numerositas triumphorum: si modò non se in corpus sensibilem captus delectatione deiciat; sed excretionem delectationum sublimiter roboratus, supra corpus se corporalium victor attollat, ac Deo suo, sub quo eum viuentem desideria repudiata non vincunt, in æternum glorificandus adhæreat.

Quibus indicia possit ostendi superbia, quæ vel in perdisis aperta est, vel in fictis occultis.

CAPVT VIII.

Iam nunc videamus, quibus indicia possit superbia deprehendi: vt sicut in superioribus claruit nullum peccatum sine illa posse committi: ita hic signa eius elu-

ceant, quibus cauenda possit ostendi. Omitto illos, quos etiam ipse habitus, & incessus superbos * ostendit: quorum erecta ceruix, facies torua, truces oculi, & sermo terribilis nudam superbiæ clamant. Qui libidine * dominandi possessi, quos possunt, violentè sibi subiiciunt, humana iura diuinaque confundunt, non otibus intumescunt, palli cuncta diripiunt, suis criminibus gaudent, & seipsos, superbiæ corrupti morbo, non capiunt. Hæc ergo prætere, in quibus superbia tam aperte regnat, vt nec dignetur se occultare, nec valeat. Illos tantum dolendos ostendo; atque eorum exempla cauenda denuncio, quos iam conuersos & aliquantulum proficientes superbia occultè captiuat, quos in profundum malorum fraudulenta dominatione precipitat, & ne inde vnquam possint * emergere, iugiter calcet. Ipsa in cordibus talium locum diaboli facit. Ipsa ei aduententis immunitum pectus familiariter pandit. Ipsa introentem suscipit. Ipsa captis ius perditè viuendi constituit. Ipsa omnes virtutum exarctat, quos semel inuaserit. Ipsa quicquid in eis remanserit, quod vitis possit obuii, ne contà se forte conualescat, interimit. Inde est quod his quos superbiæ mentis tabes purulenta corripit, in quoniam suorum non obseruant imperata, sed iudicant de suis negligentis obiurgati, aut rebellant insolenter, aut murmurant: de loco superiori disceprant, præferri se etiam melioribus impudentè affectant: simplicitatem spiritualium statum irriterent exagitant, suas sententias procaeter iactant; obsequia delata fastidiunt, negata pertinaciter quarunt: natales moribus anteponunt: iuniores suos elati despiciunt, conferri sibi aliquos posse non credunt: æquari senioribus designant, super eos se solo animi tumore constituunt. Non seruant in obsequio reuerentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam. Habent in intentione pertinationem, in corde duntiam, in sermone inocationem iactantiam, in humilitate fallaces, in iocatione mordaces, in odio pertinaces, subiectionis impatientes, potentie sedatores, omnibus bonis odibiles: ad opus bonum pigri, ad communionem feri, ab obsequium duri, ad loquendum quod nesciunt prompri, ad supplantandum parati, ad omnia quibus subsistit fraterna societas inhumani: temerarij in audendo, clamosi in loquendo, fastidiosi in videndo, præsumptuosi in docendo, esserati deformiter in cachinno, onerosi amicis, infesti quietis, ingrati beneuicis, inflati superbiis, & imperiosi subiectis. Hæc sunt superbiæ grassantis indicia, quibus Deus offenditur, & recedit, ac superba corda desinit. His malis diabolus passus exultat: inuitatur, vt veniant: superbas mentes intrat, vt reneat: erigit, vt elidat; fouet, vt perdat, qui inexplacabiliter de ipsa perditorum captiuitate tripudiat, vt captiuos suos quos superbiæ viribus sibi subiecit, iure possideat, & omnia illa mala, quæ superius comprehendit, per illos exerceat. Meritò igitur per iustum Dei iudicium deseruntur huiusmodi oculo damnati supplicio: quoniam non volenter addicti, sed sponte cedunt superbiæ decipientis imperio; qui vire quos possunt, * si voluerint, repugnatè liberè voluntatis arbitrio, liberati per donum Spiritus sancti, & mantri. Verumtamen etiam tales, si ad recipiendum salutare diuinitus animati spem respicientem concipiunt, nec se in peccatis suis desperando contemnant, poterunt fructuose satisfactionis medicamento sanati, & superbiæ quæ eos à Deo suo tamesfactos excusserat, fundatæ humilitatis assum prone damnanes, vinculis æternæ damnationis absolui. Quod qualiter fieri possit, supra iam diximus, cum de ipsa superbia, vnde processerit, quod peruenierit, & quid egerit, tractemus. Nam quia à diabolo processit, ad hominem primum peruenit, & in ipso totum genus humanum vclut in radice, & Aliàs peccantis, fructum naturæ sponte * peccati vitiatione corruptis.

* Costendunt.

* C. dominante.

* C. Emergi. Aliàs bonis omnibus C.

* C. audient. do.

* si voluerint, & abstinent. C.

Quibus ſignis inuidorum declaratur inuidia.

CAPVT IX.

Ordo ipſe exigere videtur, vt de inuidia quoque pauca dicamus, quæ in tantum de ſuperbiæ fonte manauit, vt diabolus qui per ſuperbiam periit, hominem primum ſtatim, ſuccenſus inuidiæ ſelle, perdidit: * namque in diabolo proceſſit. Proinde, quia idem diabolus ſuperbendo inuidus, non inuidendo ſuperbus apparuit, non ſuperbia fructus inuidiæ fuit, ſed inuidia ex ſuperbiæ radice proceſſit. Vnde, quoniam quantum inuidos affligat inuidia, ſuperior iam ſermo prodidit, non hinc de illius ſupplicio dicendum videtur, quo ſuos animos inuidi laniando conſiciunt, ſed hoc tantum, donante Domino debemus offendere, qualiter inuidi ſanctæ & videntium merita, ſua faciunt inuidendo peccata, & quantum in eis bonum corruptant inuidi, qui quicquid boni fieri, vel dici in ſanctis audierint, aut omnino non credunt, aut res bene geſtas in malum malè interpretando conuertunt. Omne malum, quod de illis mendax fama iactauerit ſtatim, tanquam ſi ipſi viderint, credunt. Feraliter eis qui illud verum non eſſe probare voluerint, contradicunt. Omnia ſuis æmulis ſingunt, eorum profeſſu deſiciunt, odia intra ſe abſcondunt, & in ſuos cruciatus enatiunt, proſcipientibus inuident, peccantibus fauent. De bonorum malis gaudent, de peccatis bus lugent, * de inimicitiiſ gratuitis ardent, de preheſi di * peccatoris ſui malitiam timent, ſemper amati, nunquam certi. Amici diaboli, iniunici etiam ſui, omnibus odioſi. Ad gaudenda anxij, ad plangenda læti, vtrobque * diſperſa. Inter amicos diſcordias ſeruant, diſcordantes ad tempus, ſi poſſunt, in diſſenſione conſiſtunt. Opinionem bonorum mendaciter decolorant: in ſpiritualibus carnalia laudant, vt ſpiritualia bona eis deſſe perſuadent. Amicitias ſimulant, vt eos qui ſe incaute ſibi commiſerunt, qua poſſunt arte, decipiant. Odiorum ſibi occaſiones prauis ſuſpicionibus coaceruant: dæmones, quorum ſectantur facta, lætificant. Sanctos viros quibus ſunt noti, contritant, velut amici in obſequio, hoſtes in animo. Continentes in verbo, turpes in facto. Prodigij ſecretorum, teneas malorum. Prompti ſui picionum malatum, inanes bonorum. Pleni fordium, præditi fraudibus. Adverſarij corde virtutibus, prauis moribus, & inſidioſi cunctis ſecum in ſimplicitate viuuntibus. Hæc & ſi familia ſunt, quæ omnes inuidos bonis voto, ſiue animo inimicos offendunt. In hæc mala ducuntur, qui inſectando * ſectandos, & diligendos abominando, feraliter in communionem bonorum omnium ſeipſos excludunt, vt illud bonum iure non ſit eis, quos perſequuntur in bonis. Conſiderate, obſecro, qualiter inuidos punitura ſunt mala ſua, quos etiam bona puniunt aliena. Vbi iſti fieri poterunt boni, qui ſunt in bono mali: aut quando bene malis vſari ſunt, qui male bonis vti non deſunt? Bene malis vſi ſunt Martyres ſancti, in teſtimonio Saluatoris noſtri veraces, & in caſtris ſpiritualibus strenui bellatores, qui tribulationibus & damnis, ac variis cruciatibus affecti, pariter & probati, terrenis celeſtia mutauerunt: & * de bono vſu malorum profeſſi ad gaudia bonorum perennium perueniunt. Item bonis vti tur inuidus malè, quia omnibus bonis quæ miſer exercatur, abiunctus, animi ſui ſupplicio relinquatur aſſiſſendus. Et quis ei poterit ſubuenire, qui ſe ſibi exhibit inuidendo carniſcem? Aut vnde ſibi * parabit ſalutem, qui de ſalutis * materia (bonis malè vtendo) facit perniciem? Verutamen ſi inuidi quoque ſicut alij peccatores diuinius inſpirati, in ſpem recuperandæ ſalutis adſurgant, ac ſibi quales ſunt, Deo placituri diſplaciant, ſi non imitentur Cain, qui poſtquam dominantis inuidia furore cæcatus, germano ſuo vitam per ſcelus extorſit, & animam ſuam fraterni corporis morte percuſſam ſupplicio æternæ mortis addixit, confe-

quendæ veniæ deſperatione depreſſus, ait ad Dominum: *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear*, hoc eſt dicere Deo. * Indulgeri mihi non peto, quia peccatorum meorum magnitudo, indulgentiæ tuæ vincitur magnitudo. Denique nuſquam legitur aut penituiſſe de ſuo ſcelere, aut veniam meruiſſe. Si ergo * huius abhorrentes exemplum ſe ſibi auferant, & ſe Deo ſuo reſtituant, nec ſe in profundum malorum ſalutem deſperando proiciant: quis dubitet, imò quis non firmiter credat, eſſe prioris malitiæ veniam poſſe conſerri, ſi modo inuidiſ vulnere ſalutis correſti, amaritudinem ſui peccatoris dulcedine fraternæ dilectionis expellant, eos ſimpliciter amando quos oderant, vt ad bonum fraternæ communionis ac pacis, bonorum omnium quorum grauabantur meritis, adiuuentur exemplis?

Quantis malis variis de vanis inuoluat.

CAPVT X.

His itaque ſuper inuidia diſputatis, quam graui malo etiam vanitas vanos inuoluat, conſequenter expediam. Quæ vt facilis vitari poſſit, quid in ſe corruptionis habeat, breuiter declaramus. Eſt enim vanitas inflata quædam circa delectationes variis animi languentis affectio, potiendi honoris auida, ſimul & neſcia, morbo excellentiæ inanis aſſata, caua, morbida, turbulenta, animorum leuium domina, malè fundatis omnibus blanda, repugnantibus fumea, capiendos ſeductoria, ac pris inuidia, ſimulatio que dam vitium, * anima vitiuorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum, dulcis miſeris, amara perfectis, periculosa dubiis, imperioſa ſubicctis, inſiſtima fundatis, * facile captiuat, capriuos oblectat, ambitioſos vexat, anguſtos in flat, in flatos humiliter; cui ſeruiunt tumidi, ſub qua iacent elati, quom inueniunt perdit, ad quam currunt lapſuri, in qua ſibi videntur ſtare iam lapſi. Hæc eſt vanitas, quæ non aliquas virtutes, vt peratur, exaltat: ſed licentiam vitiuorum, cum fuerit a vitiſoſis recepta, corroborat: ceterum mentes virtutum plenas omnino non penetrat. Vanus ergo, ac nullis ſultis virtutibus tentat: & ipſos faſtu ruinoſa: ambitionis inflatos, in occultata dedecora quadam publice ferendi delectatione precipitat, * ſicut vacuam nauim tempeſtas in diuerſa tumidis fluctibus iactat, & in arena frumentis ſua grauitate manentibus * leues ex ea veniſ paleas capit. Quod ſi ita eſt, non vitiſoſos facit vanitas, ſed oſtendit: quæ illos ſui * eſtillato vento circumfert, ac lubricis circumactos affectibus rotat: qui ſe ad omnes eius impulfus ſtudio propriæ voluntatis accommodant: qui ſe de operibus, quorum ſibi conſcij non ſunt, turpiter iactant: qui ſe ab omnibus prædicari per neſas affectant: qui ſanctos viros ſui comparatione * depreciant: qui vitio auræ popularis elati, nihil ſibi deſſe perfectionis exiſtimant. Occurrentium ſalutationibus gaudent, ſuis adulatoribus fauent, voluptatibus parent, omnibus turpibus placent. Geſtunt docere quod neſciunt, eredi de ſe ſublimia volunt, delectabilia grauibus anteponunt: texerantur verbo, quod animo concupiſcunt: appellationes virtutum vitiſis ſuis * imponunt. Sei ipſos fallunt, fauentes ſibi decipiunt. In promiſſione honeſta veloces, in exhibitione mendaces. A bono mutabiles, mali tenaces. In verbo graues, in animo turpes, vbique fallaces. Læti ad proſpera, fragiles ad aduerſa. Inflati ad obſequia, anxij ad opprobria. Immoderati ad gaudia, faciles ad humana, diſſicles ſemper ad honeſta. His ergo & ſimilibus delinitis vanitas premit, nec eos aut ſuum morbum ſentire, aut ad medicum venire permittit. Et quid eſt ad medicum venire, niſi infirmum ſuas infirmitates agnoſcere, nec placere ſibi, ſed de factis qui illi videbantur eſſe glorioſa, conſuſiſi. Quod certè illi non faciunt, qui deſiderio comparandæ opinionis incenſi, eis tantum operibus,

Genef. 3. * C. indulgere.

* C. ab habitibus abhorrentes exemplo.

* Aliis animi.

* incultos C. add.

* ſtranguat C.

* C. ſic.

* C. leuis.

* C. caſſatos.

* C. depreciant.

* C. anteponunt.

* C. Nam quia a.

* Caps.

* Alias bonorum.

* abeſt (de) a C. * peccati. * Alias peruerſi C.

* non C. add.

* C. & de bono vſu eo bono vſi malorum profeſſu, ad g. b. * C. relinquunt.

* C. p. abet. * materia contra hit bonis malè vtendo de perniciem?

videtur ab his terribilibus malis, quæ Fidelium mentes salubri terrore concutiant, atque ab omnibus vitiolis delectationibus abducunt, & quæ amatores voluptatum suarum tunc suæ damnationis experimento probabunt, quando iam, quod est omni infelicitate miserius, se emendare non poterunt: ab his, inquam, terribilibus ac tristibus malis ascendamus ad illa sublimia, quibus proficiunt mentes in spem promerendæ beatitudinis affurgunt, * ab iurisque terrenis, cælestia concupiscunt, & quoniam proficere cupientes à salubri timore incipiunt, & ad charitatem proficiendo perueniunt, nos quoque sufficere iudicantes quod de incipientium timore tractauimus, etiam de charitate, quod ipse, cuius munus est, donauerit, disputemus.

De laude charitatis.

CAPVT XIII.

Charitas est, vt mihi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis, ac presentibus prorsus averta: iuncta Deo inseparabiliter, & vnita: igne quodam S. Spiritus, à quo est, & ad quem refertur, incensa: iniquitatem omni extranea, & corrupti nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionationum omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morum, vni cælestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtutum pugnantium, palma victorum, * anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum. In suis motibus suscitata, languentes sanat, perditos * instruit, spem desperatis inspirat, pacificas mentes inhabitat, fructuosa in penitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in Martyribus, operosa in omnibus omnino Fidelibus. Quam fides concipit; ad quam spes currit, cui profectus omnium seruit, ex qua quicquid est boni operis, vitit, sub quâ obedientia cretat, per quam patientia vincit, propter quam carnalia blandimenta denotio religiosa contemnit: sine qua nullus Deo placuit, cum quæ nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Hæc est Charitas vera, germana, perfecta, quam ex cælestiorem viam nominat Sanctus Apostolus. Et verè ipsa est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via peruenit nullus quod tendit, ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare.

Quæritur possint quæ de charitate Sanctus Apostolus dixit, intelligi.

CAPVT XIV.

Itaque iam qualis, & quanta sit hæc charitas, non lapidum via, sed motum, à Apostolo * docente dicamus: *Si linguis*, inquit, *hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habero, factus sum velut araneum sonans, aut cymbalum tintiens.* Hominum vel Angelorum linguis inanem facundiam quorundam significatam debemus accipere, quæ omnia quæcumque voluerint, accuratè quidem, arque eloquenter enuntiant: sed quamuis ornate copiosèque * differant, tamen si docendi officium vanitate placendi magis, quàm consulendi charitate suscipiant, non vt aliquos doceant, sed vt se doctos ostendant; nec proficiunt, sed plausum à suis auditoribus querant: si totam conscientiam diligentiam transferant maledicacæ ad linguam, & studiosis eloquentiam velint curare, quam vitam: si supercilio vanæ loquacitatis elati, dicta sua magis cupiant laudari, quàm fieri: nec sint de sanctitate operis, sed de sermone elucubrati venustate solliciti; nunquid non tales meritò æramento sonant, aut tintinnii cymbalo comparantur? qui in modum tintinnantis æramenti, vel cymbali præclata magis quæque appetunt sonare, quàm facere: nec erubescunt à seipsis aliter viuendo, quàm

prædicare discrepare: qui vt quoquo modo turpitudinem suæ conuersationis obnubilent, honesta prædicare non cessant * non vt auditores sui eorum prædicatione non proficiant; sed vt ipsi videantur curare quæ prædicant: Sed videamus quæ his adnectat Apostolus, *Si habuero*, inquit, *Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil sum.* Non ad hoc ista dicit, quasi aliqua bona fine charitate habere aliquos non possint: sed quia nihil proficit habentibus eas, si à charitate defecerint. Ipsa autem & hic necessaria est, vt omnia bona, summum bonum * charitatis habentibus proficiat, & ibi est etiam * profectio permanebit, cum omnes perseverantes in se ad visionem Dei perduxerit. Cæterum prophetia, & mysteriorum omnium notitia, vel scientia, necnon & ipsa fides, vel cætera talia, quæ non perfectioni Fidelium, sed fragilitati necessaria iudicantur, in illa sancta perfectione Sanctorum, quò in charitate radicati peruenire contendunt, peruenientibus necessaria esse non poterunt, cum illis incomparabiliter meliora, ac perfectiora successerint: quia nec prophetia ibi opus erit, cum ad illud quod, futurum promittebat, quædam perduxerit: nec scientia, quæ velut Lucerna quædam in huius seculi nocte Fideles illuminat, cum in illius vitæ die peritæ Sol viuis Iustis effulserit: nec mysteriorum notitia, aut ipsa fides necessaria erit, quando ad ea, quæ per mysterium significabantur & credebantur, ex fide perfectio Christiana peruenit. Charitas verò hic quidem necessaria est, quæ non separat à diabolo, purificat à peccato, reconciliat Deo: sed ibi perfecta erit, cum perfectos Deo, à quo est donata, coniunxerit. Adhuc Apostolus laudem diuinæ charitatis amplificans, adiungit & dicit: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, vt ardeat: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Nec immerito: Si enim non quid, sed propter quid faciamus in illa vltima examinatione querendum est, elemosynæ, vel traditiones corporis in mortem quod proderunt non habentibus charitatem? Ipsa ergo habenda est, ipsa sectanda, sine qua nec elemosynæ, nec occisio corporis, nec illa omnia superius dicta, vel alia quæuis bona perducunt aliquos ad salutem: quia quælibet actio bona vel passio, nisi ex fide, quæ per dilectionem operatur, extiterit, nobis prodesse non poterit. Quapropter nihil eis peccati damnabilis remanere poterit, nec deerit aliquid boni, quibus charitas, omnis inquinamenti mandato, & bonorum omnium mater affluxerit: quoniam quidem si *charitas patiens est, benigna est, si non annulatur, non agit perperam; non inflatur; non est ambivosa; non quærit quæ sua sunt; non irascitur; non cogitat malum; non gaudet super iniquitate; non gaudet autem veritati: si omnia a sufferre; omnia credi; omnia sperare; omnia sustinet;* & eos in quibus fuerit, omnibus his bonis quæ habet imperit: quid illis esse potest in hac vita perfectius, qui tantis abundant charitate in se regnante virtutibus? Proinde quòd videmus aliquos patientiæ * mole fundatos inconcussam pectus læuientibus malis opponere: abundantiam sanctæ benignitatis * affectus, bonum suum velle cum omnibus habere commune, non aliquibus ardentibus inuidiæ facibus loqui, non agere perperam, sed simpliciter cum omnibus, * quibuslibet puritate exhibere: nullo fastu perniciosæ vanitatis inflati, nihil eorum quæ sunt aliæ, crimine cupiditatis ambire: quæ sua sunt præ communionis bono non querere: nulli malum, quibuslibet irritatos iniuriis, cogitare non super * alienius, aut sui operis iniquitate, sed de veritate gaudere: omnes inquietos, vel inquietudines, fundata animi tranquillitate sufferre: post hanc vitam pœnas diuinitus comminatas credere * metuendo, præmia promissa sperare gaudentes, reuelatione filiorum Dei: discere et fortiter sustinendo:

* C. abdicat. tisque.

1. Tim. 1.

* C. amica.

* C. inflatur. rat.

1. Cor. 12.

* Aliis dicente C. 1. Cor. 13.

* C. differant.

* Cadd. tamen. Ibidem.

* C. charitatem. * C. profectio.

Ibidem.

Gal. 5.

1. Cor. 13.

* C. patientia bene fund. * C. effectum suum v. c. o. h. communem. * C. quibus debet puritas exhiberi.

* Aliis alienius aduersi operis.

* C. add. non met.

sustinendo; quando ergo videmus hæc, & talia bona aliquos posse, nouerimus, non eos magnitudine virtutis suæ posse, quod volunt ardentur, & faciunt; sed de beneficio illius charitatis, quæ non ex nobis, sed diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Quantum perfectionis charitas in se fundatis exhibeat.

CAPVT XV.

i.Tim.1.

ERGO si charitatem Deo exhibeamus, & proximo, & corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, facile peccato resistemus, bonis omnibus abundamus; seculi blandimenta contemnimus, & omnia quæ difficulta sunt humanæ fragilitatis, vel aspera, etiam cum delectatione persequimur, si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quæ peccat, ex qua minus diligit Deum, quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis vnde peccati desideris feruamus. Et quid est diligere Deum, nisi illi occupare animum, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum quem ipse in se censuit diligendum, in ipso amore feruere legitimum modum, nec penetrare dilectionis ordinem consistit totum? Ordinem dilectionis illi perueniunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua minus diligenda, plus diligunt, aut proximos non sicut se ipsos, aut Deum plus quam se ipsos forte non diligunt: Sed de mundo, quod diligit omnino non debet, ipseus Dei nostri per sanctum Ioannem Apostolum vox est, dicentis: *Nolite diligere mundum.* Corpus autem nostrum, quia pars nostri est, ad hoc nobis diligendum, ut saluti eius, ac fragilitati naturaliter consulamus, & agamus quatenus Spiritui ordinate subiectum, & ad æternam salutem, accepta immortalitate, & incorruptione perueniat: non suis voluptatibus dissoluendo, animæ rigorem sibi cedens emolliat, puritatem pollutat, & totam dignitatem suæ delectationis morbo corrumpat. Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas utilitates nostras, non propter sperata beneficia vel accepta, non propter affinitates vel consanguinitates; sed propter hoc tantum, quod sunt naturæ nostræ participes, diligamus: quia non eos sicut nos ipsos amamus, quando propter illa superius dicta diligimus. Neque enim idem proximum tanquam seipsum diligit quisque, quia filii fratres, aut foror, pater aut filius, mater aut filia, nepos aut neptis est: Carnaliter quippe amat, qui taliter amat: quoniam non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit; sed proximi nostri credendi sunt omnes homines naturæ nostræ; sicut dixi, participes. Nam si propinquos nostros, quamvis incompositos, turpes, ac male moratos plusquam quolibet Sanctos, quos à nobis secundum sanguinem vocamus extraneos, diligamus, non solum carnaliter diligimus, sed etiam grauiter in tali eorum dilectione peccamus. Proinde secundum nos proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & ad æternam vitam consequendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus, quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus; & sicut nobis subuenire operamus, ita eis pro viribus subuenimus: aut si facultas defuerit, voluntatem subueniendi tenemus. Quæ propter hæc est proximi tota dilectio, ut bonum quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum, quod tibi nobis accidere, nolis & proximo. Illi vero plus quam se, diligunt Deum, qui pro eis amore suæ ad tempus saluti non parant; se ipsos tribulationibus ac periculis tradunt, nudati facultatibus propriis, patriæ suæ exortes fieri, parentibus & vxoribus ac filiis suis renuciare parati sunt, & ut totum dicam, ipsam corporis mortem non solum

* Aliis dilectione. * C. ab. Deut 6. Matt. 22. Luc. 10. Marc. 12. * C. occupari animo c. s. v. e. effectum. * Aliis compulsi animo. Marth. 5. Videatur Aug. 117. lib. de doctr. Christ.

i.Ioan.1.

non refugiant, sed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis sui vitâ magis quam à Deo, vitâ vitæ suæ, discedere. Ille igitur nobis dilectionis ordo seruandus est, iuxta illud quod dicit Spiritus sanctus: *Ordinauit in me charitatem:* ut sicut ordinata charitas poscit, Deum principaliter diligamus: & propter ipsum, in ipso ea, quæ diligenda sunt, tantum, quantum ipse præcipit, diligamus. Ipse enim præcipit ut corpora nostra propter nos, proximos sicut nos, & ipsum suum diligere quam nos debeamus: ita sanè, ut eis quos nobis coniunctiores familiaritas facit, si eos sana non reprobatur, & vitâ commendat, nos amplius impendamus; omnium profectus nostros ille credimus, & de aliorum peccatis possum de nostris misericorditer iudicamus. Sic ergo possunt in hac vitâ illi esse perfecti, qui perfectè diligunt Deum. Et illi perfectè Deum diligunt, qui volendo quod vult Deus, & nolendo quod non vult, nec vilis peccatis quibus offendunt, ad quietem: & semper se ad virtutes, quas ipse dignatur donare, diligendas & habendas extendunt. Hi sunt, qui omnia bona quæ implere poterint, ab illo se adiutos ut possint, veraciter credunt: quicquid mali commiserint, vitio suæ voluntatis adserunt: quicquid boni non potuerint implere, ab illo se possint iugiter petunt: cum potuerint, illi gratias agunt. Bona eius quæ fuerint consecuti, etiam aliis conferri facilliter volunt, & vsque in suos inimicos dilectionis suæ latitudinem porrigentes, hoc omnes cupiunt esse quod ipsi sunt. Satis de vitis, eorumque remediis disputatum: nunc iam qualiter vnaquæque virtus possit adquiri, breuiter differamus.

Cant. 1.

* C. præcipit. * C. præcipit. Leuit. 19. Matt. 22.

* C. 50. ferre.

De qualitate virtutis, & qualiter sibi conferentis informet.

CAPVT XVI.

OMNIS sancta virtus res est diuina, in corpore profanus, atque mundissima; quam mentes inquinatæ non inquinant: sed ipsa inquinatæ emaculat, cuius participatione formantur infomia, fuscitantur mortua, sanantur infirma, corriguntur praua, reconciliantur * aucta. Hanc non habet nisi Deus, & is cui dedit Deus. Quæ in animo habitat, sed animo corrupta sanctificat, ad quam nullus accedit inuitus, quam nullus amittit, nisi propria voluntate deceptus. Nempe eam sibi conferre potest, cum possit auferre; alteri autem nec conferre præualeat, nec auferre. Itaque cum talis ac tanta virtus, cuiuslibet inter voluptates suas adhuc marcescenti resuscitet, atque ei ad se concupiscendam desiderium salubre commoueret, protinus in animo eius duarum delectationum contrarium rixam confurgit: & mentem voluntas aduersùm se incipit delectatione diuisam in diuersa ducit, ac reducti, modò comprehendendo quod elegerat, modò quod reprehenderat eligendo: atque in alterutrum latus se cogitationum varietate versantem, ipsa velut virtutis ac vitæ repida medietas, vexat ac lacerat. Quoniam quidem quælibet hominem, donec se in eo quod elegerit certa definitione confirmet, quamdiu modò non vult quod volebat, modò velle incipit quod nolebat; velut in quodam deliberationis incertæ biuio constitutum, discerpit ipsa diuersitas voluntatem. Hinc enim virtus admonet suæ salutis, & vocat; inde consuetudo vitiosa discedere à se volentem remouat, & reuocat: & paulisper à se auertit, nec ad virtutem plene conuerso, vitæ voluptatis admonitione blanditur, & omnes illecebras, quibus olim perditæ fruebatur, ostendit. Turpia quoque desideria quibus vincitur, immittit, ac iam penè fastidienti blandum nescio quid molliet infusurat: & supplicat, ne præponat mollius dura, læris tristia, certis dubia, præsentem voluptati futura cogitet quam penale sit arque difficile, dulcis carentem * delinens, illecebris renuciare carnalibus, abstinentiæ iugis grauari laboribus, ieiuniorum ac vigiliarum

* C. aduersa.

* C. eum. * C. desiderio salubri. * C. diuisis.

* C. præsentium vol. * C. diuisis.

continuatioe torqueri, certa carnis afflictione præmium dubiæ remunerationis ambire, contra diabolum decipiendi peritum resistens arma * corripere, insidias eius ac fraudes vigilantis animi cautione vitare: quàm * denique miserum sit enormitate tantæ asperitatis euitum, hac diabolica fraude decipitur, ad repudiata redire, voluptatibus quas abiecerat, frui, & omnibus quæ incautè laboriosum suscipiendum propositum contemperat, delectari. His & talibus vitiosa consuetudo, dubium sanctæ definitionis affligit. Virtus contra, quæ continentia nominatur, morantem confidenter obiurgat, ad delectationes puras, castasque delicias, quibus fruuntur omnes sui amatores, inuitat: offerre nudo iustitiæ vestimentum; illuminato sui apparatus demonstrat ornatum: diffidenti de se protectionis suæ promittit auxilium: hortatur & prouocat, vt definitionis ambiguitate deposita, propositum spirituale suscipiat: perseveraturum se in suscepto labore propositi sui, non sua possibilitate, sed Domini miseratione confidat, nec suis viribus, sed gratiæ omnipotentis fretus auxilio, contra diabolicas impugnationes victricia arma corripit: cogit quanti, & quantæ poterunt, & possunt, quod se posse desperat: vnde illi, vel illæ poterunt, inde se posse firmiter credat certa spe spiritualia carnalibus, & terrenis cælestia, & futura præsentibus anteponat.

Quibus gradibus conuersi in culmen perfectionis ascendunt.

CAPVT XVII.

CVM * verò quis persuasione ac pulchritudine virtutis illectus aliquanulùm à priore conuersatione recesserit, statim ei alia tentatio, contra quam luctetur, occurrit: Nam quem carnalis voluptas superata dimiserit, mundi vanitas occupabit: sicut nobis illi exemplo sunt qui delectationem sibi fatiæ libidinis interdiciunt, & ventosæ vanitatis licentiam suæ voluntati permittunt: turpitudini * concubitus contradicunt, & ambitioni succumbunt, vntur delitiis ac vitiis accuratis ad luxuriam, comatulis * pueris, ac potentibus equis ad pompam, accipitibus ac saginatis canibus ad venatum, venationibus crebris ad luxum, & * ad ambitiosi apparatus iactantiam necessarium mentiuntur ornatum: iam ridere effuse, vocem prociçibus ca. hinnis attollere, turpes iocos libenter audire, aliorum pœnam suam facere fatigando lætitiæ, vitibus quoque quamuis turpes, explore delitiis, * seruis necessariis indigentes abieciere, domos amplissimas & ornatas extruere, facultates suas indefinenter augere, alienis persuadendis, si possibilitas patiat, inhiare; non rem cupiditatis, sed nescio cuius utilitatis existimant: vt illa, quæ dixi, vel alia multa similia, non solum libenter exercent, sed etiam hinc eos obiurgantes irideant: ineptire credentes illos, qui licita & vitata nobilibus crimine ambitionis infamant. Sed * qui hoc quoque malum diuinitus adiutus eiecerit, & spiritualis continentia viribus sultus omnia quibus potest à perfectione retardari, calcauerit, mentem suam sanctæ virtuti studio bonæ voluntatis inclinauerit: tunc delectabitur, ac deo ut natus omnes reginæ virtutis in se regnantis obseruat: ac sic cum Deo suo vnus Spiritus factus, nihil aliud agit semper aut cogitat, nisi vnde clarior ac nobilior fiat, & oblectationes victorum omnium puris delectationibus vincat.

Quæ sit quaternarius numeri credenda perfectio, & quòd quatuor virtutes, quæ dictæ sunt principales, ex fide viuentes à Deo collata iustificent.

CAPVT XVIII.

Videamus nunc, an vera sit Philosophorum illa sententia, quæ quatuor virtutes, velut quosdam virtutum omnium fontes: ita quoque quatuor, velut

quosdam origines omnium malorum definiunt. Principales quatuor esse virtutes non solum Philosphi sentiunt, sed etiam nostri consentiunt: Sed quare quatuor, vel quæ sint operi singularum, hoc Domino illuminante, debemus breuiter demonstrare. Quaternarium numerum perfectioni sacratum penè nullus ignorat. Siquidem totus orbis Oriente & Occidente, Aquilone & Meridie, quatuor determinari partibus, siue angulis inuenitur: & ipse Adam qui est humani generis pater, vel generale nomen, quod dicitur homo, quatuor literis explicatur. Corpus quoque quatuor elementis extructum, quaternarij numeri in se continet sacramentum. Ipsius etiam animæ quatuor esse affectiones, quibus vel ad bona vitur, vel ad mala, & Antiqui subtiliter inuenerunt, & eorum inuenta probantes Posterij susceperunt. Sed & quatuor flumina, quæ de paradisi fonte procedunt, vel quatuor Euangelia, diuini cursus rotæ quatuor, & animalia, alæ eorum quatuor ac facies, dignitatem numeri huius abunde commendant, & idè virtutes istæ, quæ tantum continent perfectionis in numero, sollicitè considerate debemus, quantam sanctitatem conferant animo Christiano, & quam nihil perfectionis * vsquam sit, quod in istis virtutibus non sit. Nam si temperantia facit temperantem, prudentia prudentem, iustitia iustum, fortitudo fortem, eo qui temperat, iuste & prudenter agit ac fortiter, nescio quid possit esse perfectius. Itaque difficile quidem est nobis nomina virtutum, quæ ex illis quatuor, quas principales diximus, oriuntur, ostendere: sed cum proprietates, & actus earum ceperint aperiri, ex ipsis * affectionibus singularum, quæ virtutes ex quibus existant, forsitan apparebit. Veruntamen hoc in primis nosse, & tenere debemus: quod istæ quatuor virtutes, vel omnes quæ ex illis existunt, dona sint Dei: & quod nullus eas habet, habuit, aut habebit, nisi cui Deus, qui est omnium virtutum proprietates & origo, contulerit: quoniam quicunque, quocunque tempore, in quacunque gente in Deum credentes ex fide vixerunt, illius dono temperantes ac prudentes, iusti ac fortes fieri vtique poterunt. Qui autem nescientes Deum, vel etiam blasphemantes, sine fide vixerunt, nihil earum virtutum à Deo accipere, vel habere potuisse credendi sunt.

De temperantia qualitate, vel opere.

CAPVT XIX.

Sed iam videamus, quæ sit proprietates singularum, Temperantia temperantem facit, abstinentem, patrem, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum, serium, verecundum. Hæc virtus si in animo habitat, libidines frænât, affectus temperat desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat, omnia intrâ nos confusa ordinat, ordinata corroborat, cogitationes prauas remouet, inserit sanctas, ignem libidinosæ voluptatis extinguit, animi teporem desiderio futuræ remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, & totam semper ab omni vitiorum tempestate defendit. Temperantia intemperantiam nostram ad honestum modum redigit in cibo ipso vel potu, vt contenti simus appositis, ne poscamus impudenter, quod aut ille, qui poscit, forte non habet: aut alios, quod desiderio nostro placet, offendat: aut gulæ nostræ intemperans appetitus apparet: nec iudicemus eos qui volunt cibis, quos ipsi percipimus, abstinere: nec eis reuerentiam faciamus, qui ea quibus ipsi abstinent, forte percipiunt, & Deo gratias agunt: certe quòd satis miserum fit, aliquos de cibi vel potus perceptione damnare, aut nobis arrogare per abstinentiam & sanctitatem. Temperantiæ est quòd reuerentiam senioribus exhibemus, æquales germanicis honoramus, iunioribus gratiam paternæ mandati impendimus, quòd præstamus loquenti seniori silentium, quòd ipsius

* C. arripere.
* C. deinde.
* C. a.

Genes.

Ezech.

* C. vnumquam.

* C. effectibus.

* C. concupit.
* C. puerulis.

* vxor (ad) deest C.

* serios C. rect.

* Aliis si quis.

ad loquendum præstolamur imperium, quod non attollimus immoderatum in colloquutionibus sonum, quòd tisiu* prorumpere non permitimus in cachinnum, quòd nulli detrahimus, nec detrahentes æquanimitèr defuimus: scientes, quòd tam illi qui detrahunt, quàm illi qui detrahitibus adquefuerunt, vanitatis morbo corrupti sunt. Qui ad hoc alius viles videri volunt, vt se commendent eorum corruptione quos carpunt; & videamus ea vitia non habere quæ multoties in aliis reprehendunt, quod malum temperantia tollit, cui qui seruire voluerit, non quod reprehendat in fratribus: sed vnde Deum laudet, attendit. Ac per hoc ipsius temperantia est, quòd non solum temperantes in omnium membrorum officii sumus: sed etiam quòd omnia libenter, quæ nos moderatos ac sobrios faciunt, obseruamus. Sed de temperantia hæc dicta sufficiant, vt & de fortitudine differamus.

Quales esse debeant, quos animi fortitudo nobilitat.

CAPVT XX.

ANimi fortitudo ea debet intelligi, quæ non solum diuersis pulsata molestiis inconcussa permaneat, sed etiam nullis voluptatum illecebis resoluta succumbat. Alioquin si impetus quidem malorum seruiumtum frangat: si calamitatibus quibuslibet impædis obstitat: si inter iniuriarum sæua, inter procellas angentium pressuratum, inter inimicitias ac damna presentia, atque multimodas persecutiones infatigata persistat: & tamen de ipsa se aduersariorum sustinentia iactet, nec de dono Dei, quo illustratur, exultet: sed carnaliter se de vulgi fauore, quo prædicatur, oblectet: quosque gaudeat ex eo, quod laudatur, quàm ex eo quod habet vnde laudetur: & per hoc humanam laudem diuinis* muneribus anteponat: quis dubitet hanc animi intentionem virtutem dici non posse? Quæ si virtus esset, fortiter etiam blandimentis talibus repugnaret, nec adqueficeret mollibus quæ, adiuuante Domino, dura quæque vel aspera superasset. Quosdam namque insuperabiles asperis passionibus facit mundi cupiditas: in quibus non patientia laudanda est, sed miranda duritia. Eos vero quos ad tolerantiam passionum fortes Dei charitas reddidit, nulla* delectatio carnis, nulla voluptas male blanda contumit: quoniam si non quid, sed propter quod pariamur, plurimum refert, non in eis patientia est, qui æquanimitèr patientur angentia, sed in eis tantum, quos fortiter facit sustinere iustitia. Denique Dominus non ait: *

* aliis operibus C.

* C. delectatio carnis mala, non vol.

Math. 5.
* C. Beati qui per.

* add. C. vel superatorum,
* C. cadit.
* C. canimus.
Eia. 12.
* C. laudatio.
* C. quæ.

* Aliis dilectio.

quicquid carnalibus placet, in hoc mundo displiceat, quicquid pretiosum videtur esse, vilescat: quicquid mundum, futurorum contemplatione fordescat: nec ab his que iam per gratiam Dei elisit, se pariat: elidi: quia & turpius videtur animum ab his vitiis vincit, quæ viciat; & nihil ei proficit aliqua superfluitas, si aliquid, quod neglexerit superare, subiacere: quando non ille fortis haberi solet, qui in aduendis laboribus periculique clarescit, aut frangendi voluntatibus ac demandis influit: sed ille magnus & sublimis, ille potens atque dignus fortitudinis appellatione censendus est, qui nihil sibi vitij, bellare, aut dominari permiserit: modò ablit ignauia, ne nos id desperemus posse, hoc possumus: ablit praesumptio vitiosa, ne nobis hoc, quod per Dei gratiam possumus, ascribamus: quia sine de munere Dei, quo fortes efficiunt, desperemus: sine nos de nostra* possibilitate iactemus, idonei ad resistendum vitiis esse non possumus. Et vitique animi fortitudo tam desperandi ignauiam debet excutere, quam iactantia* contrare.

* vox (migo) inducta est in C. ablit ign.

De iustitia, vel fide, qua ex ipsa procedit.

CAPVT XXI.

HÆtenus de virtute, cui nomen est fortitudo, disputauimus: Videamus iam quid etiam iustitia nobis* afferat in hac vita præsidij, & qualiter ipsa quoque in eorum peccatoribus, qui se illi tradiderunt, nullis vitiis valeat impugnationibus superari. Fides enim, quæ est iustitiæ fundamentum, quam nulla bona opera præcedunt, & ex quo omnia procedunt: ipsa nos à peccatis omnibus purgat, mentis nostras illuminat, Deo conciliat, cunctis participibus naturæ nostræ confociat, spem nobis futuræ remunerationis inspirat, augeat in nobis virtutes sanctas, ac nos in eorum possessione confirmat.

* C. esset.

* C. sed ex qua omnia bona pr.

De aequalitate, quod ad eandem pertinet humani societati vilitas.

CAPVT XXII.

EX iustitia manat & æquitas, quæ nos facit vt omnium necessitates hominum nostras esse dicamus, nec nobis tantum, fed etiam generi humano nos natos esse credamus: & quicquid culibet homini nocere potest, tanquam si nobis noceat, euitemus: quia qui homines sumus, nihil humani à nobis alienum putare debemus. Siquidem belluatum est sibi viuere, nec suas vtilitates in commune conferte. A quibus non solum mentis prerogatiua, sed etiam seruator iuris æqualitate distabimus, si nos in omnium commodis vel in commodis cogitantes, sicut* nostris vilitatibus, ita omnium sociorum* vilitate naturæ nostræ viuamus. Deinde si iniucem persequi, lacere, vel perdere, seratum est proprium, quis dubitet excellentiam humanæ competere, vt se alterutrum iuuent, instruant, ædificent, & vilitatem communem tanquam propriam curent? Vnde datur intelligi, quod qui opprimendis, ac decipiendis hominibus, homines nati persistunt, in mores ferinos, non naturæ, sed vitæ mutatione degenerent.

Terent. ita Heautons
* Forte in
* C. deest
vox (vtili.)

Quod duo sint iniustitia genera.

CAPVT XXIII.

DVO sunt iniustitiæ genera: vnum quo iniurias irrogamus, alterum quo ab aliis irrogatas, cum possumus, propulsa negligimus. Quodammodo enim nos opprimimus, quando oppressos defendere, cum possumus, ab oppressione contemimus. Nec mihi aliud prodest, quod non circumueniam alicquem, neque de capio, si* decipi, aut circumueniri permitto. Hoc idem de peccatis* licet intelligi: quia si peccantem videris, &

* quando cum oppressores defendere possumus ab oppressione contemimus.
* C. decipienti circumuenire perm.
* C. debet.

non solum non arguo, sed etiam ei peccanti consensio, participem me damnationis eius efficio: & in omnibus peccantibus pecco, quando eos quos scio peccasse, siue peccare, quodim crudelis animi malignitate non increpo. Nec vero audiendi sunt illi, qui se dicunt propterea delinquentes obiurgare non posse, ne eos qui se emendare noluerint, sibi faciant inimicos. Qui dum peccant eorum voluntarij, saluti non parant. At si non ex iactantia, sed ex misericordia, & cum quadam pietate compatientes animi castigemus, & illi nos sentiant non minus peccatis suis moueri, quam nostris, aut in bonum statum reformati, nobiscum Deo gratias agunt: aut si eos in peccato tenet adhuc peccandi dulcedo, & salutem suam nobis curæ esse certentes, malum reddere pro bono voluerint, magis malle debemus eorum inimicitias, qui noluerint emendari, contrahere; quam Dei offensam, dum peccantes palpamus, incurere. Sed de his quoniam in libro secundo plura iam diximus, reliquis iustitiæ partes, vt ceepimus, exequamur.

De liberalitate, & qualiter beneficentia opus debeat exerceri.

CAPVT XXIV.

DE iustitiæ adhuc fonte procedunt liberalitas, beneficentia, charitas, & cætera eiusmodi, quibus multipliciter iuari homines possunt. Liberalitas * quæ etiam in eos qui nihil indigere videntur, exuberat; in qua liberalitate rei familiaris ponitur amplior. Beneficentiæ multa sunt opera, quibus necessitati laborantium misericorditer subuenitur, & de terreno censu cælestis hereditas comparatur; si modò absque vlla ostentatione opus beneficentiæ fiat, nec nos ad misericordiam faciendam turpis amor gloriæ populatis impellat. Inuenti sunt quidam, qui diuersis quidem diuersorum necessitatibus subueniunt, sed aut appetitu comparandæ opinionis impulsu, aut carnali pietate commoti, au spe recipiendi quod datur, aut reddendi quod acciperent, necessitate constricti. Sunt alij, quos ad largiendum aliquid in pauperes sola mouet versuta cupiditas: qui ad hoc aliqua erogant, vt hic maiora recipiant: & quicquid eis velut pauperum * pastoribus datum fuerit erogandum, esurientibus illis pro quibus sustentandis accipiunt, totum, aut propè totum quod acciperint, in suas voluptates expendunt: & quod est deterius, inter munificos ac misericordes haberi, vel etiam præ illis prædicari, cupiunt concupiscunt. Ab his omnibus, & horum similibus longè diuersi sunt illi, qui non se in operibus suis; sed Deum cupiunt prædicari, quos ad opus bonum spes futura remuneracionis adducit: & ipsum solum volunt habere sui operis testem, à quo se recepturos credunt tota fidei firmitate mercedem.

De differentiâ amorum, & quædam ab eis differat perfecta dilectio.

CAPVT XXV.

ITAQUE iam de charitate, vnde plura in hoc libro supra disserui, quia locus exigit, hic quoque pauca perstringam. Taceo de carnali amore, qui incipiens à coniugio, manat in filios: quia talem amorem cum pecoribus habemus, bestis quoque communem. Propinquoium * etiam prætereo: quia & ipse adhuc ad carnem pertinere videtur, & sanguinem: Nec de illo aliquid dico, quo etiam amicos amamus, tamen etiam ipse referatur ad aliquod commodum temporale. Non quod hi amores honesti non sint, cum sint omnibus naturales, sed quòd his omnibus sit ille incomparabili diuersitate præstantior, quo Deum diligimus gratis, & amicum. Cæterum qui amicum propter commodum quod-

libet amat, non amicum conuincitur amare, sed commodum. Et vique qui aliquem propter rem temporalem quamlibet amaerit, cum res ipsa temporalis desierit esse, amare cessabit. Qui autem diligit propter Deum, sicut Deus æternus est; ita in æternum ipsa amici dilectio permanebit. Et ite Deus, qui nihil est maius aut melius, propter quid diligitur? Propter seipsum perfectè diligitur. Si verò saltem propter illa quæ præstat, amator: non vique gratis amat; quia iam illud propter quod diligitur, ei quod dictu quoque nefas est, antefertur. Ipse quippe est omnibus amatoribus suis vita beata, ac salus æterna, & regnum, gaudiumque perpetuum. Hæc accipient qui Deum diligunt: quia solus erit illis omnia, quando ipse fuerit in omnibus omnia.

Quid sit sua cuique tribuere.

CAPVT XXVI.

QVAPROPTER si in hac vita iustitiam conamur implere, cuius iustitiæ opus est proprium sua cuique tribuere, Deo nos, à quo sumus facti, reddamus nec dominari ea nobis, quibus naturaliter præpositi sumus, permittamus. Domineur vitis ratio, subiciatur corpus animo, animus Deo, & impleta est hominis tota perfectio. Ac per hoc, & nos iustitiæ facti participes, sua cuique tribuimus, si inferiora melioribus & virtutibus carnalia oblectamenta subdamus: & sicut viuencia vitæ carentibus, sensibilia viuenticibus, intellectualia sensibilibus, immortalia mortalibus rationcinando præponimus: ita bene viuendo voluptuosos vitilia, vitilibus honesta, honestis sancta, sanctis perfecta omnia præferamus. Vetutamen nec corpus spiritui, nec appetitus obtemperare poterit rationi, nisi Deus qui ipsum spiritum creauit & corpus, delectatus cogitationibus nostris, requiescat in nobis: ac tanquam verus agricola in agro suo, * sic in corde nostro proficiat, vt quicquid in eo fides plantat, deuotio rigat, ipse ad incrementum consummatæ maturitatis adducat: atque ita nobis voluntariè sibi subiectis desideria mala subiiciat, vt ex ipsiis actibus nostris, quis sit habitator noster, & cuius in nobis fiat voluntas, appareat.

Quòd actiualem vitam tres virtutes, id est, temperantia, fortitudo, iustitiæque consummationem: & prudentia quæ est quarta virtus, menti cognitionem veritatis latentium præstat.

CAPVT XXVII.

HIC est ordo naturæ atque iustitiæ, quem qui tenere voluerit & obseruare, perfectionem vitæ actualis implebit. Cui actuali vitæ tres illæ virtutes (de quibus quæ dicenda * iussa sunt, Deo donante, * Aliàs vidixi) proficiunt. Siquidem temperantia & animi fortitudo, atque iustitia spiritualis est actio, sine qua nihil omnino valet illa quæ ad prudentiam videtur pertinere cognitio; quia nihil nobis proderit implenda didicisse, nisi ea quæ didicimus, studeamus implere. Ergo vis animi, quæ in appetitum rationemque diuiditur, ad perfectionem bonæ actionis implendam, cognitionemque rerum latentium consequendam, his quatuor virtutibus, vnde * etiam iam disseruimus, adiuuatur. * Quarum tribus, temperantia scilicet & animi fortitudine atque iustitia informatur ipse appetitus, vt actio fiat. Prudentia verò rationem, quæ est acies mentis illuminat: vt & ratio appetitum gubernet, & rationi appetitus obtemperet. Nam virtus omnis (sicut veteribus placet) tribus in rebus verè versatur. Quarum vna est in perspicendo, quid in qua re vetum, sincerumque sit, quod prudentiæ minus est proprium, de quo loco suo videbimus. Altera quæ animi perturbatos affectus, quos Græci dicunt

Cap. I & 2.

* C. est add.

* Aliàs partibus.

* (sic in) deest C.

* Aliàs vidixi) proficiunt.

* C. ecce iam d. * C. quibus.

* C. quoque.

admodum coarctet ac temperat, vt omnes appetitiones, quas illi *appetit* vocant, rationi obediens efficiat. Tertia vt his quibus congregantur, vt velinus ad eorum salutis & nostræ plenitudinem capiendam. Quæ omnia ad reliquarum trium virtutum pertinere videntur officium, ex quibus temperantia & fortitudo plurimum valent in coarctandis animi perturbationibus ac frændandis, quas perturbationes nonnulli passionēs, alij ægritudines vocant. Quibus modificatis, & quadam temperantia ac fortitudinis lege compositis, omnes virtutes in homine suo Creatori subiecto, sine vllis vitiorum contradictionibus regnant.

De sociali virtute: & quod non recte, faciunt, qui cum possint, nihil humanæ societatis proficiunt.

CAPVT XXVIII.

Vilitia verò qua sunt iusti, qui eam fuerint operati, socialis quædam virtus accipitur: eò quòd ipsa beneficium, quæ aliis præstat, augetur. Quis enim non eo ipso prohibet, quo proficere alium cupit? Quis non misericordem sibi Deum facit, qui misericors erga laborantes vel errantes extiterit? Aut quomodò non augebit in se omnia bona sua, qui ea non solum non inuidet habentibus, sed etiam non habentibus, in quantum potest diuinitus inspiratus impertit? Ex quo videndum est, vtrum iuste faciunt illi, qui se remouentes ab occupationibus cunctis, ac studiis spiritualibus offerentes, nihil humanæ societati proficiunt: & desideria sua commodis omnium præferentes, vtilitatem communem desideratæ vacationis electione contemnunt: cum profectò laborantibus opem ferre nolle, cum possis, & communi bono posthabito, otiosa quiete frui velle, nihil habeat æquitatis. Cui æquitari qui seruiunt, omnes omnium bono viuunt, ac velut sibi inuicem nati, salutem mutuam tuentur * ac diligunt. Ac per hoc, contra iustitiam faciunt hi, qui merito suæ conuersationis vel eruditionis electi, otiosum studium fructuosæ vtilitatis regendæ multitudinis anteponunt: & cum possint laboranti Ecclesiæ subuenire, operosæ administrationis laborem, fruendæ quietis contemplatione refugunt. Sed quoniam sunt multi, qui se impares tantæ sarcinæ norunt, tales iuste se, etiam quasi, non offerunt: ne videantur non Ecclesiasticos labores velle suscipere, sed honores ambire: cum dignitas Ecclesiastica nec ambienda sit, nec vitanda. Quæ verò præsele, & prodesse populis possunt, si quaesita non fuerint, iuste seipsos percipiendæ sapientia studijs tradunt. Veruntamen si & illi qui lucris per se proficiuntur crescent, & isti qui in seipsis sub Deo suo sapientia spiritualis perceptione proficiunt, in proposito suo permanent, itineribus quidem diuersis incedunt; sed ad vnam patriam tendunt, & ad vnum regnum disparibus militantes officiis, Christo Rege omnium vocant, perueniunt. Quis enim nescit, quòd sicut * otiosum studium ineffabilem suauitatem sapientia cælestis infundit à carnalibus otiosis: ita spiritualis occupatio laborum sanctorum multiplices asserat fructus humanæ societatis vtilitatis occupato? In ipsis quoque studiis spiritualibus quantum possint Ecclesiastici viri proficere, quis sufficienter enumeret: cum & inferiores docendo, seipsos exerceant, & conferendo cum æqualiter eruditis, cautiore in pluribus fiant: & ab eruditioribus audiendo, malè sibi persuasa deponant: recta firmius teneant, occulta cognoscant: & confirmantur in eis, quorum * dubijs fluctuabant? Sed quoniam disputationis ordo despicit vt etiam de prudentia, quæ principalis virtus quarta ponitur, pauca dicamus, de iustitia sufficienter ista quæ diximus.

Quod de prudentia ac sapientia fonte cognitionem omnium rerum habent, qui percipiendâ scientia seruetur inuigilant.

CAPVT XXIX.

Prudentiam * ac sapientiam plerique in indagatio-
ne veri, & inuentione conserunt. Credo propter
eà quod nec sapiens ritè dici possit, cui * prudentia,
nec prudens, cui sapientia desit. Quapropter nihil
aliud prudentiæ ac sapientia munus accipitur, nisi in-
quisitio & comprehensio veritatis: qui veritatem pruden-
ter querere, & sapienter inuenire poterit, is pruden-
s, is sapiens iure vocabitur. Hoc ideo præmi-
serim, vt quicquid de prudentia fuerit disputatum,
id totum etiam de sapientia dictum possit intelligi:
quia ita sibi hæc duæ virtutes implicatæ sunt, & vnitæ,
vt vna quælibet earum sine altera non possit esse: vt
nec imprudens * sapientia, nec insipiens possit dici *
prudentia. Si ergo tota humanæ vitæ perfectio in actio-
ne & cognitione consistit: sicut * & in plerisque actio-
nem temperantia, ac fortitudinis, atque iustitiæ con-
summatione probauimus: ita cognitionem rerum pro-
uenire consecutione prudentia comprehendimus. Cogna-
tio rerum, quæ de prudentia fonte confertur, * spiri-
tuales omnes à carnalibus vitis defecatos illustrat; &
ab omni delectatione noxiæ curiositatis auerfos deside-
rio contemplandæ virtutis inflammat, vt humanarum
rerum, diuinamque scientiam consecuti, prudentes
ac sapientes veraciter fiant, prospiciant imminetia
mala simul & caueant: nec parent vlla esse mala, nisi
ea quæ malos efficiunt: nec eis vllæ perturbationes,
velut ignaris earum, modestè aliquid, aut tranquillita-
tis excutiant: inter fallentia & solida bona discernant:
nihil in hoc mundo casu aut iniuste, sed omnia,
Deo volente, ac permittente, fieri prudenter accipiant,
aliter intelligentes aut doceant sapienter, aut arguant;
dolores varios ac diuersas infirmitates que mortaliter
videntes affligant, non semper peccatis præcedentibus
sequi: sed plerumque ex ipsa conditione mortalitatis *
accidere corruptibiliter naris intelligant: & * scientes se non
dammari aduersis præsentibus, sed probati: ex ipsa
tolerantia passionum occasionem comparandæ sibi
patientiae viriliter agentes arripiant; nec ipsis aliis
noceant, nec sibi nocere permittant. Tales Dominus in
Euangelio fieri præcepit, *
*Estote prudentes, sicut serpentes; & simplices sicut colum-
bæ; quia nec simplices circumuenire aliquos possunt,
nec prudentes se circumueniri permittunt. Cæterum si
in contenta quolibet, siue in colloquio, vel in alia
quaque re, se decipi quisque non sinat, & alium ta-
men ipse decipiat, iste non habet prudentiam, quæ
salutis magis quam perditionis est causa; sed simulat.
Quoniam quidem hoc virtus à virio distat, quod illud
corruptit sana, hæc sanat vitij accessione corruptæ;
ac sic, aut omnibus quibus potest, prodesse festinat
veraciter prudens, vt eius meritis omnium, qui per
eam Deo acquiritur, fructus accrescat; aut si cogitat
de perditione cuiuspiam, vel de casu peruenit exulta-
re, necesse est vt prius pereat ipse quam alium perdat
& ab ipso ea perditio, quæ perire alium cupit, incipiat.*

*Quod prudentes nec aliis nocent, nec sibi nocere
permittant: & quod eis ibi sine admixtione
alioquin e rebus consummata prudentia,
ubi eris sine vlllo peccato vna,
perfecta.*

CAPVT XXX.

Hergo qui prudentia * participes prudentes effe-
cti, Deo suo non pedibus, sed sanctis moribus ap-
propinquant; ex ea parte, qua sunt donò Dei pruden-
tes,

* C. &
* C. pru-
dentia
deest, nec
p. c. i. deest

* sapiens C.
* prudens
C.
* Alias im-
pleri C.
* Carna-
les omnes
ac v. d. i. &
spirituales
omnes ab
omni dilec-
tione no-
xiæ cur.

* accedere
C.
* scienter,
se.

Math. 10.
* C. dicent
add.

* C. &

* Alias
otium stu-
dium C.

* dubij C.

res, nec suo perire possunt, nec alieno peccato. Ex eo autem quod necdum ita est eorum perfecta prudentia, sicut in illa vita erit, ubi perfecte viuientibus vllus error obrepere omnino non poterit, etiam prudentes aliquoties peccatis fallentibus acquiescunt: non voluntate deprauati, sed humano errore, vt homines lapsi, nec adhuc tota prudentia ac sapientia* perceptione perfecti, sicut ibi erunt, vbi nec ignore aliquid, nec peccare iam poterunt. Hi verò, si potuissent à peccato rectè factum perfecte discerni, nunquam ab oculis suis ortum ille mundati qui ait: *Ab oculis meis mundata me Domine; & ab alienis parce seruo tuo.* Quibus verbis satis ostendit quod illi quoque, qui sancte* secundum donum Sancti Spiritus viuunt, tamen propter aliquas infirmitates humanas quas trahunt, siue scientes, siue nescientes, * aliquoties aut suo peccato cedunt, aut alieno consentiunt. In hac igitur vita, vbi aut voluntate, aut errore, aut infirmitate peccatur, quicunque diuinius adiuui voluntate non peccant, vtique irreprehensibiliter viuunt. Sed quia potest eos error, aut infirmitas peccatis inuolueret, ab illo se illuminari fideliter postulent & sanari, cui exultans ille clamabat in spiritu, dicens; *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem* crepido* vt cum illuminatione, per donum* prudentia ac sapientia collata detraxerit cæcitate, & sanauerit per gratiam Dei salus infusa languorem; tunc mens illuminata diuinitus & sanata, nec in eis quæ cauenda vel appetenda sunt, humano decipiatur errore, vt aut pro veris falsa defendat, aut pro falsis vera reiciat: & sine vlllo infirmitatis obstaculo bonum quod elegerit, implere præualeat. Sed alia est salus huius vitæ qua mortali viuunt: alia illius vbi mortale nostrum immortalitate donabitur: & aliter salui facti sumus in spe, aliter salui erimus in re. Hic ita salui facti sumus, vt adhuc perire possimus: ibi quicunque saluus fueris, perire vltra non poteris: * ac per hoc, scientia quæ cognitionem rerum nobis in huius seculi nocte viuientibus præstat, plenitudinis future collata, pars scientia est credenda, non tota: propter quod dicit sanctus Apostolus. *Ex parte enim scimus, & ex parte probatumus: cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Hic * euacuati asserit, illic consummari: quoniam quidem pars scientia quæ est perficienda, perfectis non euacuanda est, sed implenda. Proinde vbi erit omnium fidelium Catholicorum salus plena, corruptib; litas nulla, & immortalitas beata: ibi erit prudentia ac scientia perfecta vera, & rerum omnium cognitio tota, quando scientia ad perfectum fuerit parus euacuatione perducta.

De affectionibus quatuor, quod inter vitia numerari non debeant, si earum vltus ex bona voluntate procedat.

CAPVT XXXI.

Videamus nunc, quid diligentia disputationibus inueniat etiam de quatuor affectionibus, quas vitia esse stultitia Sapientum mundi huius existimat: Nam si timere, ac dolere, cupere vel lætari omnino non possent nisi peccatores aut perditii, rectè non affectus aliqui possent dici, sed morbi. At cum tales animorum motus inueniantur in sanctis Apostolis & Prophetis quis ita desipiat, vt eos vitia credat, ex quibus Deo placuerunt illi qui vitis pliusquam ceteri homines restiterunt? Itaque Paulus Apostolus de timore sic loquitur: *Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam sua astutiâ sic & vestri sensus corrumpatur à castitate, que est in Christo.* Item de cupiditate fudicialiter dicit: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Sed & de tristitia, quam aliquidolorem appellant, idem vas electionis & doctor gentium ait. *Quia tristitia magna mihi est, & continuus*

dolor cordi meo pro fratribus meis, qui sunt cogniti mei secundum carnem. Sed & de lætitia ad Romanos scribens, cum dixisset; *Vestra obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo,* inquit, *de vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.* Hunc timorem vel dolorem, hanc cupiditatem, hoc gaudium qui reprehendere voluerit, ipsum reprehendit Apostolus, qui per tales affectiones non solum Deo placuit, sed etiam quosdam inter criminolos, quod essent sine affectu, culpauit. Sed & Propheta dicens: *Lætatus sum in his que dicta sunt mihi: & ex persona Domini, Sustinuit qui simul necum contristaretur, & non fuit: talem læticiam, tristitiamque commendat.* Cùm verò alius dicit: *Timor Domini expellit peccatum, & concupiscentia sapientia perducit ad regnum:* non solum non reprehendit, sed etiam laudat spiritalis concupiscentia & diuini timoris affectum. Non ergo has affectiones habendo, sed eis malè vtendo delinquimus; quia humanorum affectuum proprietas hominis indicat * Creatorem: qualitas bonam vel malam significat voluntatem: ac hic, motus hi qui in hominibus affectiones sunt, iidem ipsi in bene vtentibus virtutes, & in malè viuientibus passiones, siue perturbationes, aut, vt quidam volunt, ægritudines fiunt. Nec audiendi sunt Stoici, qui eas penitus eradicari posse, & delere contendunt: quoniam omnino nullus est sensus, vbi timendi, vel dolendi, cupiendi, siue gaudendi nullus inuenitur affectus. Denique quasi & ipsos pœniteret suæ sententia, exceptâ tristitia, quam cadere in Sapientium animam negant, reliquos affectus nominibus immutat & inesse Sapientibus dicitur, cautionem pro timore, pro læticia gaudium, & voluntatem pro cupiditate ponentes: quasi Sapiens non timeat, sed caueat: & velit, non cupiat: nec lætetur in hac vita, sed gaudeat. Non autem credunt eius contristari animam, quòd tristitia, quæ accidere solet ex commisso peccato, Sapientem, quem putant nullum habere peccatum, stimulare non possit aliquam recordatione peccati. Quod esse vanissimum Dominus noster secundum carnem noster ostendit, qui & tristis fuit, & fleuit. Nec tamen ea tristitia qua tristis fuit, ei ex peccatis suis accessit, qui sine peccato conceptus & natus, non solum non peccauit, sed etiam peccare non potuit. Vt autem de suis quoque literis istorum reuincantur ineptia, qui putant Sapientem contristari vel dolere non posse, legant illud quod eorum doctissimus ait: Nam omnino non dolere, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. De timore autem quem illi ponunt in malo, Scriptura nostra loquitur, dicens: *Timor Domini sanctus, permanens in seculo seculi.* Sed quod verè fatendum est, ab illo alio timore pœnali distinguitur, de quo dicit Apostolus: *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.* Quia ille peccare volentes deterreret à malo, & inuitos tenet in bono: iste autem de quo dicit Propheta: *Qui sine timore est, non potest iustificari:* magis incremento * veritatis atgetur, & aliter quis timeret, ne malum, quo puniatur, incurrat: aliter, ne bonum, quo delectatur, amittat. Non igitur omnis timor haberi debet in vitio, sed ille tantum, de quo scriptum est: *Quia timor pœnam habet.* Cæterum iste, de quo dicitur: *Timor Domini expellit peccatum, & Qui sine timore est, non potest iustificari, & Timor Domini sanctus permanens in seculo seculi:* non est inter vitia numerandus, sed potius intelligendus est vitii inimicus. Iam illud quod dicitur, Boni volunt, mali cupiunt: vel boni gaudent, mali lætantur: quis sanæ mentis admittat? Imò quis sana mente non redarguat, cum & Scriptura nostra hominem male voluntatis increpat dicens; *Noli velle mentiri omne mendacium:* & Tullius orator amplissimus cupiditatem ponat in bono, vbi dicit: Cupio, patres conscripsi, me

* C. perfectione.

Psal. 18.

* Alias per C. C. reliquas. * Alias aliquatenus.

* C. timore. Psal. 26. * Scientia.

* C. &.

1. Cor. 13.

* euacuati asserit consummari C.

* C. que

a. Cor. 11.

Philip. 3.

Rom. 9.

Rom. 16.

Psal. 121. Psal. 68. Eccles. 19. Sap. 6.

* Alias creatura melius Naturam.

Math. 26.

Cic. 3. Tul. q. de indolentia. Psal. 18.

1. Ioan. 4.

Eccles. 1. * Alias charitatis.

Ioan. 1.

Eccles. 7. Tul. lib. 1. inuect. in Catil.

me esse clementem, & apud illos Vigilium gaudium viuperet, dicens.

Finis meruunt, cupiuntque, dolentque, gaudentque.

Item cum in malum malæ mentis gaudia, & apud nos læticia ponatur in bonum, Propheta dicit, *Latamini in Domino, & exultate iusti?* Proinde omnes iusti & rota morum fanctitate perfecti sine aliqua Stoicorum distinctione superflua timent & cauent, volunt & cupiunt, lætantur & gaudent, contristantur & dolent. Sed interest multum, quid timeant aut caueant, velint aut cupiant, vnde lætentur aut gaudeant, contristentur aut dolent. Metuunt hereditatem tegni cælestis amittere; cupiunt ad cælestem patriam peruenire. Dolent tentari, gaudent de tentationibus liberari: an per hoc recta mens rectos habet affectus, peruersos p. versa. Sanctus Augustinus Episcopus acer ingenio, suavis eloquio, secularis literaturæ peritus, in Ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clatus, in omni sua actione compositus, in expositione sui fidei nostræ Catholicus, in questionibus absolueudis acutus, in reuincendis Hæreticis circumspectus, & in explicandis Scripturis canonicis cætuus; ipse ergo, quem in his libellis pro possibilitate secutus sum, hanc questionem de qua agitur, hoc modo determinat, dicens. Hi motus, hi affectus de amore boni, & de sancta charitate venientes, si vita vocanda sint, sinamus vt ea quæ vera vita sunt, virtutes vocentur. Sed cum præter rationem sequantur istæ affectiones quando vbi oportet, adhibentur, quis eas tunc morbidas, seu vitiosas passiones audeat dicere? Quas affectiones vt ex mortalitatis conditione nobis inesse monstraret & huic vitæ necessarias, non futuræ, post aliquanta idem Doctot adiungit, & dicit; Etiam cum rectas & secundum Deum habemus has affectiones, huius vitæ sunt, non illius quam futuram speramus.

Quod hi affectus, sine quibus in hac vita rectè non viuunt, in illa sua vera beatitudine non sint, quia nec timorem habitura est, nec dolorem.

CAPVT XXXIII.

ASCisc nisi ex conditione nostræ infirmitatis nobis inessent affectus isti, nunquam plerumque dolendo vel flendo eis * crederemus inuiri. Sed iudicio eos huic necessarias vitæ sentimus, quia in hac mortalitate sine eis omnino rectè non viuimus, quando si non timeat quisque vel caueat, ne aut ipse quamdiu mortaliter * viuat, aut alius quem in Christo diligit, * fide sua deficiat, sic nec de suo, nec de proximi sui peccato contristetur, nec doleat, de profectu lætetur aut gaudeat, si nihil boni velit, aut cupiat, non solum rectè non viuat, sed etiam sensum ipsius humanitatis amittit. In illa autem vita beata, ad quam consumptâ omni coreuptibilitate * ac mortalitate perueniunt, quicumque ibi futuri sunt, vbi nec sterus vllus potest esse, nec gemitus, habebunt omnes Sancti amorem perfectum, timorem nullum, & gaudium sempiternum. Ibi eis erit voluntas recta, cupiditas nulla, quoniam fruendo cælestibus bonis, ad quæ peruenire cupiebant, nihil eis deerit quod vltius concupiscant, & in illa regione perpetuæ securitatis ac pacis perfectè beati, sed timoris stimulos passuri sunt, nec doloris. Sed timor ille, non quem charitas foras mitterit, sed quem charitas nutrit, idè fortassis in seculum seculi permanebit, quia in seculum seculi permanebunt illa, ad quæ timor ipse perduxerit.

Qualiter virtutes quatuor, quæ dictæ sunt principales, aut in presenti nos à peccato defendant, aut in æternum nobiscum sine villo peccato permanant.

CAPVT XXXIII.

POTERIT illæ virtutes quatuor, de quibus pauca perstinxit, etsi ibi erunt, longè tamen alio modo quam in hac vita sunt, vbi contra vitia sine intermissione confligunt, & pro ipso ancipiti dubiæ concertationis euentu, modò negligentes, qui sibi nolunt obedire, destituunt: modò ad alios, quibus displicent sua peccata, vel accedunt, Deo miserante, vel redeunt: Nam ibi etsi erit temperantia, non vt desideria mala vel vitia refrænet, aut vincat; sed vt eos, quos hic ab * intemperantiæ impugnatione defendit, ibi percipiat vt ex omni parte perfectis præmij sui beata perceptio perfectè sufficiat. Ibi * enim & animi fortitudo, non vt aliqua mala propulset, aut æquamiter ferat: sed vt sine vllis malis beatos fortiter in æterno * contineat. Ibi in omnibus perfectis erit perfectæ iustitia, non vt inter virtutes discernat & vitia, vbi nec ipsa erunt iam corpora vitiosa: sed vt perfectis præmia tribuat sempiterna. Quod tunc fiet, quando omni concupiscentia carnali consumpta, nec aduersus carnem spiritus, nec caro aduersus spiritum concupiscet: sed animus Deo subiectus, cum carne sibi subiecta in pace sempiterna regnabit, & Creatori suo in æternum feliciter adhaerebit. Iam prudentia, quæ hic quoque habetur clara, vbi in ænigmatæ quodam prudentes illuminant, & qualis ibi erit, vbi * veritatem perfectis, quos hic eius inquisitio delectabat, sine vllis figuris fallentibus demonstrabit, vt prudentia ac sapientiæ plenaria * perceptione diuinitus illustrata, omnia illa, quæ hic perfectè cupiebant nosse nec poterant, sine villo impedimento corruptio nis ac mortalitatis agnoscant; & non solum omnium creaturarum * rationem, sed etiam ipsam sui Creatoris eminentiam facie reuelata conspiciant?

* Cabin temperantia morbo impugnant. * C. erit. * C. add. (bono)

Gals?

* veritate perfectos C. * perfe- ctione.

* C. ratio- nes.

Vbi se de toto opere locutor excusat.

CAPVT XXXIV.

ITaque, si placet, huius quoque libelli iam terminus fiat: ne amplius iusto productus, non solum de sui quallore, sed etiam de nimia prolixitate displiceat. Hoc sane * omnes, qui hæc forte lecturi sunt, contestor, & obsecro, vt quicquid in rebus ipsis, quæ vtrunque digestæ sunt, reprehensionis inuenientur, vitio meæ rutticitatis adscribant, & mihi dignanter indulgent. Qui dum studeo præceptum iubentis implete, etiam maiora viribus meis præsumpsi suscipere. Ea autem, quæ secundum fidem Catholicam dicta probauerint, deputent Deo, qui dat omnibus assuenter, & non impropriet: & pro his omnibus * mecum gratias agant. Cæterum de accuratone dictionis elucubratur non satago, nec mihi pudoris est, si disputatio me, quæ forte probatur in rebus, aliquos verborum inanum sectatores horrore incomptæ orationis offendat: quia quod ab homine doctore studeo non didici, id exhibere loquendo non potui. Et tamen cum sententiarum viuacitatem sermo ex industria cultus eneret, quis non iudicet me * affectionem compositionis debuisse contem- nere, etiam si eam potuissem velut dicendi peritus implere? Quapropter ea mihi visa est compositio satis ornata, quæ conceptiones animi cum necessaria quadam perspicuitate profertur, non quæ illecebri aurium deseruiet. Ea est enim, nisi fallor, iudicata latinitas, quæ breuiter & aperte obseruata duntaxat visitatorum verborum propretate res intelligendas enunciat: non quæ vernantis eloquij venustate atque amœnitate luxuriat: & prudentibus viris non placent phalerata, sed forte a, quando non res pro verbis, sed pro rebus enunciandis verba sunt instituta.

* C. omni- bus.

Jacob r. * C. add. (illi)

* affectio- nem.

* C. versu- ta clo.

Finis libri tertij de vita Contemplatiua.

D. PRO

Vigil. 16. 65.

Pal. 31.

Aug. lib. 11. de ciuit. Dei, cap. 9.

bid. cm.

* C. crede- remus.

* C. viuunt. * a. fide.

(ac mor- talitate) abest à C.



D. PROSPERI AQTITANICI, EPISCOPI RHÉGIENSIS, De Gratia & Libero arbitrio Epistola ad * Ruffinum.

* Ruffinum.

* Ruffino.

*Domino fratri dilectissimo in Christo, & merito venerabili * Ruffino,
Prosper aeternam dicit Salutem.*



CEPEI per communem amicū fratrem erga me sollicitudinis tuæ signa, & curam sincerissimæ charitatis gratulante agnoui. Ac ne quid maligni rumores, in quantum se auribus tuis subtrahere nequeunt, formidinis tibi aut anxietatis inferrent, absolvere te ab omni scrupulo, quantum epistolari licuit sermone, curavi; in tantum studens omnia plenissima veritate tibi pandere, vt quia non potuisti in totum, quæ ab aduersantibus diffeminantur, audire: per me ipsum quæ, quicquid de nobis ad inanem inuidiam fertur, referturque, cognoscere. Sed insinuanda prius sanctitati tuæ est qualitas quæstionis, de qua ista nascuntur: quod tibi magis pateat falsitas obloquens: videas quam lucem quibus tenebris conentur obducere.

PELAGIANA igitur hæresis, quo dogmate Catholicam fidem destrucere adorta sit, & quibus impietatum veniens viscera Ecclesiæ, atque ipsa vitalia Corporis Christi voluerit occupare, notiora sunt quam vt opere narrationis indigeant. Ex his tamen vna est blasphemia, nequissimum & sublimissimum gemen aliarum, qua dicunt, GRATIAM DEI SECVNDVM MERITA HOMINVM DARI. Cum enim primum tantam naturæ humanæ vellent austrere * sanitatem, vt per solum liberam arbitrium possit assequi Dei regnum: eod quod tam plene ipso conditionis suæ praesidio iuuaretur: vt habens naturaliter rationalem intellectum, facile bonum eligeret, malumque vitaret: Et vbi in vtraque parte libera essent opera voluntatis, non facultatem his qui mali sunt ad bonum deesse, sed studium. Cum ergo, vt dixi, totam iustitiam hominis ex naturali vellent reſtituere ac possibilitate subsistere, atque hanc definitionem doctrina sana respueret, damnatum à Catholicis sensim, & multis postea hæreticis fraudis varietatibus coloratum, hoc apud se ingenio seruauerunt, vt ad incipiendum, & ad proficiendum, & ad perseuerandum in bono necessariam homini Dei gratiam profiterentur. Sed in hac professione, quomodo vasa iræ molirentur irrepere, ipsa Dei gratia vasis misericordiae reuelauit: intellectum est enim, saluberrimeque percipitum, hoc tantum eos de gratia consistere, quo quædam libero arbitrio sit magistra, seque per coactiones, per legem, per doctrinam, per creaturam, per contemplationem, per miracula, perque terrores extrinsecus iudicio eius ostendat, quo vnusquisque secundum voluntatis suæ motum, si quæserit, inueniat: si peccet, recipiat, si pulsauerit, introeat. Quia scilicet gratiæ ipsius uocatio hoc primum circa nos agit, vt nostræ facultatis arbitrium admoneat; nec aliud sit gratia, quam lex, quam Propheta, quam doctor, cui circa omnes homi-

nes per vniuersum mundum commune & generale sit studium, vt qui voluerint credant, & qui crediderint, iustificationem meritis fidei & bonæ voluntatis accipiant: ac si gratia Dei secundum hominum meritum tribuatur: Atque hoc modo gratia non sit gratia. Quia si meritis redditur, & non ipsa est bonorum creatrix, frustra gratia nominatur. Has autem verfutias, quibus se filij tenebrarum, in similitudinem filiorum lucis transfigurare voluerunt, cum & Orientalium Episcoporum iudicia, & Apostolicæ Sedis autoritas, & * Africanorum Conciliorum vigilantia deprehenderet: beatissimus quoque Augustinus, præcipua vtique in hoc tempore portio Domini sacerdotum, copiosè, & pulchrè in multis voluminum disputationibus destulxit: vt potè inter multa Dei dona, quibus illum abundantissimè Spiritus veritatis impleuit, habens etiam hanc scientiæ & sapientiæ ex Dei charitate virtutem, vt non solum istam adhuc in suis detractionibus palpantem, fed etiam multas prius hæreses inuidio verbi gladio debellaret. Cui inter tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem Ecclesiæ, & ad gloriam Christi, quæ ipse illustratus est, perfulgenti, quidam nostrorum (quod de ipsis multum dolendum est) occultis, sed non incognitis susurationibus obloquuntur. Et prout sibi nexas aliquorum aures, opportunaque repererint, Scripta eius quibus eorum Pelagianorum impugnant, infamant: dicentes, eum liberum arbitrium penitus submouere, & sub gratiæ nomine necessitatem prædicare fatalem. Adicientes etiam duas illum humani generis massas, & duas credi velle naturas, vt scilicet tantæ pietatis viro Paganorum & Manichæorum adſcribatur impietas. Quæ si vera sunt, cur ipsi tam negligentes, ne dicam tam impij, sunt, vt tam abruptam perniciem ab Ecclesiâ non repellant; tam insanis prædicationibus non resistant; nec saltem aliquibus scriptis eum, à quo talis emanat doctrina, conueniant? Magnâ enim gloriâ suâ humano generi confuſuerint, si Augustinum ab errore reuocauerint (nisi forte modesti homines, nonique Censores, magnorum prius meritorum seni honorabiliter ac misericorditer pareant, & secuti, quia liberos eius nemo vsquam recipiat, conqueſcunt) atque ignouerint. Inò nouerunt, non solum Romanam, Africanamque Ecclesiam, & per omnes mundi partes vniuersos Promissionis filios cum doctrina huius viri, sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruere. Sed etiam in ipsis his locis, in quibus aduersus eum querimonia concitatur, esse, propitio Deo, plurimos, qui ad perceptionem Euangelicæ, Apostolicæque doctrinæ saluberrimis eius disputationibus imbuuntur, & quotidie in membris Corporis Christi, in quantum ea ipse multiplicat, dilatantur;

* Africanorum.

Destruit hoc Aug. ep. 46. 47. & lib. grat. & lib. arbit. cap. 15. * sanctitatem.

dilatantur: Si tunc reprehendimur, cur non constanter arguimur? Si arguendi non sumus, cur occulta obestratione mordemur? Sed quis nescit, cur ista fruita de stomacho garriant, & publicè de consilio conticeant? Volentes enim in sua iustitia magis, quam in Dei gratia gloriantur, moleste ferunt, quòd his quæ aduerfus excellentissimæ auctoritatis virum, inrer multas collationes asseruerè, resistimus. Nec dubitant, si quam hinc mouerint quæstionem, in qualibet frequentia Sacerdotum, in qualibet congregatione populorum, contentis sibi beatissimi Augustini voluminibus obuiandum. Quæ cum coribus audientium manifestate cæperint, potentissimam Christianæ fidei veritatem, & de fontibus diuini eloquij præsentium animos inundare, quis Fidelium, & quis piorum, recognitis & commendatis sibi saluissis iuxta causis, amaritudinem istam uolet sumose recipere uanitates? Ego quidem etiam hoc de diuitiis misericordiæ Dei spero, quod quos nunc libero falli arbitrio suo, & ab humilitatis uia patitur euagari, non vsquequaque neque in finem sit intelligentiã fraudaturus: sed lunc ipsum in longinquiora progressum, idè ab eo tardius reuocari, ut opus gratiæ eius maiore gloriã celebretur, cù sibi etiam aduersantium corda subdidit, quibus de uirtutis studio exortum est periculum, & de motum probitate discrimen. Non quia quisquam carere his debeat, sed quia miserissimos eorum uisus est cùm ex naturali putantur inscitare prodidisse, aut ex largitate quidem gratiæ, sed aliquo uel boni operis, uel bonæ uoluntatis merito procedente uenisse: Asserunt quidem hæc quibusdam sanctentium Scripturarum testimoniis, sed non rationabiliter adsumptis. Ad defensionem enim alius us definitionis eæ promenda fuit quæ alteri intellæctui, à quo uideatur definitio dissonare, non credant, & eam regulam, cui sunt aptata, non deserat. Dicitum ergo aiunt libero arbitrio uetibus: *Penite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego uos reficiam, tollite iugum meum super uos, & discite à me quoniam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* Quod ad omnes homines uolunt pertinere, labotantes in incerto istius uirtutis, oneratosque peccatis: ut qui uoluerint mansuetudinem & humilitatem Saluatoris imitari, & iugum mandatorum eius subire, inueniant requiem animabus suis in spe uitæ æternæ. Qui autem hæc facere noluerint, sua culpa careant salute: quam si uoluisse, potuerunt obtinere. Sed audiant & dictam à Domino libero arbitrio uentibus: *Sine me nihil potestis facere.* Et, *Nemo uenit ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum.* Et, *Nemo potest uenire ad me nisi datus ei fuerit à Patre meo.* Et, *Sicut Pater uiniificat mortuos, ita & Filius, quos uult uiniificat.* Et, *Nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem qui nouit nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare.* Quæ omnia cùm sint incommutabiles & quecât vlla interpretatione in sensum alium detorqueri, quis ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi uocantis obedire, cùm in illo gratia Dei aff: cum credendi obedientique generatit? Alioquin sufficere moneri hominem, non etiam in ipso nouam fieri uoluntatem: sicut scriptum est: *Præparatur uoluntas à Domino.* Et sicut ait Apostolus: *Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate.* Pro qua bona uoluntate, nisi quæ in ipsis operatus est Deus? ut quod donauerit uelle, donatet & facere. Dicunt etiam ad demonstrandam liberi arbitrij facultatem, magnum in Centurione Cornelio extare documentum: eo quòd ante gratiæ perceptionem timens atque orans Deum, elemosynis, & ieiuniis, & orationi spontaneo studio fuerit intentus. Atque ob hoc diuino testimonio laudatus, donu regenerationis acceperit. Neque intelligunt omnem illam præparationem Cornelij per Dei gratiam fuisse collatã. Siquidem cùm Sanctus Petrus pec uisionè omne genus

animalium de baptizando Cornelio, ac proinde de omnibus gentibus doceretur, atque ille immundum & indidcretum cibus Iudaicã obferuantiã refularet, trina ad eum vox f. etã sit, dicens: *Quæ Deus uindidit, tu ne commune dixeris.* Quo satis aperte ostenditur, omnia bona opera, quæ in Cornelio præcesserunt, Dei gratiã ad emundationem ipsius inchoasse: ut cui Dominus iam impetierat hoc donum, non dubitaret Apostolus conferre sacramentum nouæ, & necdum reuolutæ uocationis uacillaret exordium, nisi per ipsa iudicia præcedentium studiorum, Deum in adsumendis consistere operatum: Non enim omnium est fides, nec omnes credunt Euangelio. Sed qui et edunt, Dei aguntur spiritus: qui non credunt, libero auertunt arbitrio. Conuersio ergo nostra ad Deum non ex nobis, sed ex Deo est: Sicut Apostolus dicit: *Gratiã saluis facti estis per fidem, & hoc non ex uobis sed Dei donum est: non ex operibus, ne quis gloriatur.* Agnoscat se humana debilitas, & in primo homine uniuersarum generationum damnata luceffice, & cùm mortui uiuificantur, cùm cæci illuminantur, cùm impij iustificauerint, confiteantur uitam, & lumen, & iustitiam suam I. sum. Christum. *Et qui gloriatur, in Domino gloriatur,* non in se. Qui cùm esse impius & cæcus, & mortuus, & liberator suo gratis accepit & iustitiam, & lumen & uitam. Non enim iustè agbat, & aucta est iustitia eius: nec ad Deum gradiebatur, & confirmatus est cursus eius: nec diligit Deum, & inflammata est charitas eius. Sed cùm esset sine fide, ac proinde impius, accepit spiritum fidei, & factus est iustus. *Iustus autem ex fide uiuit: &, sine fide nemo potest placere Deo: & Omne quod non est ex fide, peccatum est:* ut scilicet intelligat iustitiam infidelium non esse iustitiam, quia sordet natura sine gratia. Amisissã quippe naturalis innocentia, homo exul ac perditus ambulans sine uia, profundiores intrabat errores: sed quasi situs & inuentus, & repositus est, & in uia, quæ ueritas & uita est, introductus ad dilectionem in Deum, qui illum non diligentem prior dilexit, agnitus est, sicut dicit beatus Apostolus Ioannes: *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos.* Et iterum: *Nos ergo diligimus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* Et idem dicit: *Charissimi! diligamus inuicem, quoniam in charitas ex Deo est. Et, omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum: qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est.* Cui beatus Paulus congruit, dicens: *In Christo Iesu, neque circumcisio, neque præuicium ualeat aliquid, sed fides que per dilectionem operatur.* Unde habetur hæc fides connexa charitati, nisi unde eã ipse monstrat acceptam, dicens: *Quia uobis donatũ est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro ipso patiainini.* Quod utique fieri sine magna charitate non poterat. Et iterum: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* Sine qua charitate Apostolus quantã fidem, quantamque scientiam, quas uirtutes, quæ studia, quos labores, nihil prodesset testatur? Quia scilicet multa laudabilia arque miranda possunt in homine repetiri, quæ sine charitate medullis habent quidem pietatis similitudinem, sed non habent ueritatem. Hoc ergo tanto & tam ineffabili bono, nemo inuentus est dignus. Sed quicumque electus est à Deo, factus est dignus: Sicut dicit Apostolus: *Gratiã aq: es Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum Filij dilectionis suæ.* Et idem ad Timotheum: *Conlabora, inquit, Euangelio secundu uirtutem Dei, quinos liberauit & uocant uocatione sanctã: non secundum opera nostra, sed secundum suum propofitum: & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Et ad Titũ: *Erasmus, inquit, & nos aliquando in sapientes & incredulos, errantes, & seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs in malitia & inuidia, egentes, quilibet, odientes inuicem.*

Collationes Casiani contrarie Ang.

Act. 19.

Ephel. 1.

Rom. 12. Hebr. 11. Rom. 14.

Matt. 11.

1. Ioan. 4.

Gal. 7.

Philip. 2.

Ioan. 15. Ioan. 6. Ioan. 5. Luc. 10.

Rom. 1.

1. Cor. 13.

Prou 8. 1. Iulip. 2.

Coloff. 1.

2. Tim. 1.

Ad Tit. 7.

Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri, non ex operibus iustitia que fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Gratia igitur Dei quocumque iustificat, non ex bonis meritis, sed ex malis bonos facit, postea per profectum, ex bonis factura meliores: non adempto libero arbitrio, sed liberato. Quod donec sine Deo solum fuit, mortuum fuit iustitia, vixitque peccato. Vbi autem ipsum illuminauit misericordia Christi, erutum est à regno diaboli, & factum est regnum Dei, in quo vt permanere possit, ne ea quidem facultate sufficit sibi, nisi inde accipiat perseverantiam, vnde accipit * industriam. Quoniam & ipse sancti Petri adentium fides in tentationibus defecisset, nisi pro eo Dominus supplicasset: sic Euangelista manifestat, dicens: *Dixit autem Iesus Petro, Simon, Simon! ecce Satanas p'stulanis ut vos eribaret velut iricum. Ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua: & in tandem conuersus, confirma fratres tuos, & roga ne intretis in tentationem.* Et vt magis probaretur, liberum arbitrium nihil posse sine gratia, cui dictum fuerat: *Confirma fratres tuos, & roga ne intretis in tentationem;* quique respondit, vtique ex libero arbitrio: *Domine! tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire:* eidem prædicitur quòd prius quam gallus canteret, iter Dominum negaturus sit. Quòd quid est aliud, quàm quod in fide defecitrus sit? Certe rogaeretur pro eo Dominus ne deficeret fides ipsius. Nec vtique frustra rogaeretur, cuius vna erat cum eo quem rogaeretur, operatio. Sed ne libero arbitrio videretur stare, qui de magna promiserat, permittitur periclitari, vt conturbatum ac deficientem ille respiciat & reficiat, sine quo nemo perisistit. Ab hoc autem confessione gratiæ Dei, idè quidam resiliunt, ne cum eam talem consiliū fuerint, qualis diuino eloquio prædicatur, & qualis opere suæ potestatis agnoscitur, etiam hoc nec esse habeant consistere, quod ex omni numero hominum per secula cuncta natorum, certus apud Deum, definitusque sit numerus prædestinati in vitam æternam populi, & secundum propositum Dei vocantis electi. Quòd quidem tam impium est negare, quàm ipsi gratiæ contraire. Neque enim remotion est ab inspectione communi, quòt seculis, quòt innumera hominum millia erroribus suis, impietateque dimissis, sine vlla veri Dei cognitione defecerint. Sicut etiam in A'dribus Apostolorum Pauli & Barnabæ verba declarant, dicentium Ieonis: *Viri fides! quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines, aduertiante vobis, ut ab his vris conuertamini ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia qua in eis sunt: qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Et quidem non sine testimonio femeripsum relinquens, benefaciens eis, de cælo dans pluiam, & tempora fructifera, implens cibo & lætitiâ corda eorum. Cum vtique si eis vel naturalis intelligentia, vel vñs beneficiorum Dei ad capendam vitam æternam sufficere potuisset, nostro etiam tempore rationalis nos contemplatio, & temperies æris, & fructuum copia, ciborumque saluaret: quia scilicet melius naturâ ventes, Creatorem nostrum propter quotidiana ipsius dona coleremus. Sed abisti animis piorum, & Christi sanguine redemptorum, stulta nimium & perniciosa persuasio. Naturam humanam non liberat extra vnum mediatores Dei & hominum, hominem Christum Iesum: sine illo nemini salus est. Sicut ipse fecit nos, & non ipsi nos: ita ipse reficit nos, & non ipsi nos. Ac ne sibi facultas hominis precium reparationis huius, vel post restitutionem sui, per opera videretur iustitiæ respensare, effuderunt se diuitiæ bonitatis Dei in ipsa quorundam primordia parulorum: In quibus nec præcedens eligitur, nec sequutura deuotio, non obediencia; nec discretio, non voluntas. De his enim loquor, qui mox vt nati sunt, renascuntur, & rapti ab hac vita, æternæ beatitudinis deputantur. Cum tamen innumerabilis multitudo, eiusdem naturæ, eiusdem conditionis in-

fantium, sine regeneratione decedat. De qua dubitari non potest, quòd partem in Dei ciuitate non habeat. Et vbi est illud, quòd nobis quasi contrarium, à non intelligentibus semper opponitur: quòd Deus omnes homines velit saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Nunquid non sunt de omnibus hominibus, qui à præteritis generationibus vsque in hoc tempore sine Dei cognitione perierunt? Et si maioribus natu (quod non recedè dicitur) mala opera, quæ libero arbitrio commiserant, obfuerunt, quasi boni, non mali gratiâ liberentur: inter saluatos parulos & non saluatos parulos, quæ meritorum potuit esse discretio? quid istos introduxit in regnum Dei? quid istos exclusit à Dei regno? Equidem si meritum consideres, non vna pars saluari meruit, sed vtraque damnari. Quia omnibus in Adæ præuacuatione prostratis, nisi quosdam adfuerent misericors gratia, maneret super vniuersos inculpa iustitia. Quæ autem sit discretio istius in fecero consilio Dei causa vel ratio, & supra facultatem humanæ cognitionis inquiratur, & sine fidei diminutione nescitur; modò confiteamur neminem immeritò perdi, neminem meritò liberari, & omnipotentissimam Domini bonitatem omnes saluare, & omnes ad agnitionem veritatis imbueri, quos vult omnes fieri filios, & ad agnitionem veritatis venire. Nisi enim ipso vocante, docente, saluante, nemo venit, nemo eruditur, nemo saluatur. Quia etsi indifferenter omnibus hominibus iubentur prædicare doctores, & semen verbi vbique disseminare, tamen ne-

1. Tim. 1.

1. Cor. 3.

Act. 13.

Act. 16.

Ibidem.

Matth. 3. Act. 18.

que qui planati, neque qui rigati, est aliquid; sed qui incrementum dat Deus. Vnde cum Apostoli gentibus Euangelium prædicare cepissent, de parte quadam eorum qui audierant, Scriptura commemorat, dicens: *Audientes autem gentes gaudia sunt, & glorificabant uerbum Dei, & crederunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Et alibi: *Cum multa mulieres audirent Paulum docentem, quadam, inquit, mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirorum, colens Deum audiuit:* cuius Dominus aperuit cor vt intenderet his que dicebantur à Paulo. & rursus eo ipso tempore, quo ad omnes gentes prædicatio Euangelij mitebatur, quadam loca Apollolis adire prohibebatur ab eo qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire: multis vtique in illa retardatis atque auertis Euangelij moribus, sine agnitione veritatis, & sine regenerationis consecratione moriturus. Dicit ergo Scriptura quod gestum est: *Tranxiens autem, inquit, Phrygiam & Galatia regionem, uenisti sunt à Sancto Spiritu loqui uerbum in Asia.* Cum uenissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit illos Spiritus Iesu. Quid autem mirum, si inter ipsa Evangelicæ prædicationis exordia, non poterant ire Apollolis, nisi quòd eos Spiritus Dei ire uoluisset, cum uideamus pleræque gentes modò primum Christianæ gratiæ fieri cepisse principes: aliàs autem nullam adhuc odorem boni istius attingisse? An dicendum est uoluntati Dei humanas obfistere voluntates, & tam ferros, tamque intracabiles horum hominum mores, vt Euangelium idè non audiant, quia prædicationi impia corda non patent: Et quis istis corda mutauit, nisi qui fixit sigillatim corda eorum? Quis huius rigoris duritiem ad obediendum molliuit affectum, nisi qui potens est de lapidibus Abraham filios excitare? Et quis dabit prædicantibus intrepidam illælamque constantiam, nisi ille qui ait Paulo: *Noli timere, sed loquere, & ne taceas, propter quod ego sum tecum: & nemo apponet tibi ut nocent te: quoniam populus est mihi in multis in hac ciuitate?* Puto autem quòd nemo audeat dicere vllam mundi gentem, vllam terræ prætermittendam esse regionem, in qua non sit Ecclésiæ tabernacula dilatanda, dicente Deo ad Filium: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæc ætatem tuam, & possessionem tuam terminos terra.* Et iterum: *Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum omnes fines terra, & adorabunt*

* Forte industrialiam.

Luc. 21.

Luc. 22.

Act. 4.

Psal. 99.

1. Tim. 1.

1. Cor. 3.

Act. 13.

Act. 16.

Ibidem.

Matth. 3. Act. 18.

in conspectu eius omnes patrie gentium. Dicente quoque ipso Domino; *Predicabitur hoc Evangelium in universo mundo, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.* Quæcumque ergo gentes nondum audierint, audient Evangelium, & credent quotquot ex eis præordinati sunt in vitam æternam. Non enim alij venient in consortium hæreditatis Christi, quam qui ante constitutionem mundi electi sunt, & prædestinati atque præciniti, secundum propositum eius qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. Consecramur igitur opera Domini, & glorificemus misericordias eius. Nec impatienter feramus, quod quæ, aut quæ sint electionis vasa non novimus. Quia & in anterioribus sæculis, quando de vniuersa gentis populo dicebatur, *Notus in Iudæa Deus, in Israël innotum nomen eius*: futura gentium lætæba electio, & postmodum innotuit, quod reuelatum ante non fuerat: sicut dicit Apostolus, *Quod aliis generationibus non est agnitus filius hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiritu, esse gentes coheredes, & conparticipales, & participes promissionis in Christo Iesu.* Et in Actibus Apostolorum. *Obstupuerunt* inquit, *ex circumcissione Fideles, qui venerant cum Petro, & in nationes gratia Spiritus Sæssus est.* Si enim hoc consilium vocationis suæ Dominus, quamdiu voluit, abscondit ac distulit, & quando voluit, reuelauit, Sanctique eius ignorantia ista non nocuit, quæ spei nostræ obesse creditur, si in quo numero, quibusue hominibus, vasa misericordie in gloriam præparantur, occultetur: cum tamen confiteri regnum caelorum omnes ingressuros bonos, hoc eis donante Dei gratiâ, & nullos ingressuros malos, hoc ipsorum nequitia. Nimiùm verò inceptè, & nimiumque inconsideratè ab aduersariis dicitur quod per hanc Dei gratiam libero nihil relinquatur arbitrio. Quamuis enim in paruulis baptismum transeuntibus, manifestissimè nullum opus, nullumque appetitus eorum voluntatis existat; & plerisque videntes quidem libero arbitrio, sed auctores à vero Deo, vitamque in flagitijs exigentes liberatrix regeneratio in ipso exhalante spiritu sine sanctificat: tamen si eam filiorum Dei partem, quæ ad pietatis opera referatur, pio consideramus intuitu, nonne in eis non preteritum inueniemus liberum arbitrium, sed renatum? Quod vitæque cum solum esset, sibi que permissum, non nisi in suam perniciem mouebatur: ipsam enim se exacerauerat, & ipsum se illuminare non poterat. Nunc autem idem arbitrium conuersum est, non euersum: & donatum est ei aliter sapere, aliter agere, & incolumatam suam non in se, sed in medico collocare. Quia necdum tam perfectæ vitæ sanitatè, vt ea quæ ei nocuerant, nequeant iam nocere; aut ab insalubribus possit iam viribus suis temperare. Proinde homo qui in libero arbitrio fuit malus, in ipso libero arbitrio factus est bonus: sed per se malus, per Deum bonus: qui eum ità in illum initiale honorem alio initio reformauit, vt ei non solum culpam malæ voluntatis & actionis remitteret, sed etiam benè velle, benè agere, atque in his permanere donaret. *Omne enim, inquit Apostolus Iacobus, datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre lumininum.* Qui quæ sit libero arbitrium quod humano spiritu agitur, & quale sit quod à Deo regitur, euidenter ostendit, dicens: *Quod si cælum amarum habetis & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari aduersum veritatem, & mendaces esse.* Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordie, & fructibus bonis, non diiudicans, sine simulatione. Quicumque ergo his virtutibus student atque inhærent, non sua, sed superna sapientia illustrati sunt: *Quoniam Dominus dat sapien-*

tiam, & à facie eius scientia & intellectus. Et hæc eorum verissima gloria est, si non in se, sed in Domino gloriantur. Ea autem quæ de fato, & de duabus massis, duabusque naturis stultissimo mendacio, intenti viri iniquitè iactant, neque ipsum quidem onerant, in cuius libris copiosissimè huiusmodi destruentur errores: nec nos perturbant, qui tales opinioniones cum suis auctoribus execramur. Sed videant quomodo fe à dedecore istius exuât falsitatis, qui possunt tam inepta confingere, si hi quorum abutuntur aoribus, aliquantulum diligentè ad cogno cenda ea que præstantissimus minister gratiæ disputauit, intenderint: licet omnem istius inquisitionis moram, ipsi qui hæc loquuntur, præuenire deberent, profereudo atque explicando libros, vltimè eorum particulam demonstrando, quam per dubium saltem intellectum tali interpretationi obnoxium viri sanctus ediderit. Sed prorsus nihil apud nos tale audierunt, nihil tale legerunt: quia non fato quicumque gerit, sed omnia Dei iudicio nouimus ordinari. Nec ex duabus massis, duabusue naturis; sed ex vna massa, que est caro primi hominis, vnam scimus omnium hominum creatam, creatique naturam: & eandem per ipsum primi hominis liberum arbitrium, in quo omnes peccauerunt, esse prostratam: nec vilo modo ab æternæ mortis debito liberam, nisi eum ad imaginem Dei secundæ creationis Christi gratia reformauerit, liberumque eius arbitrium agendo, & * sperando, auxiliando, & vsque in finem præcundo serauerit. Vnde quia perspicit sanctitas (si tamen sermonis mei non obstitit obscuritas) frustra quomdam de nobis conqueri, & omnes illas ineptas criminationes, ad exasperandos auertendosque animos eorum, quibus aliud volunt persuadere, contexi: confide ergo in virtutem misericordie Dei, quoniam hæc contradictio sicut in alijs mundi partibus, ità & in his regionibus conquisceset; vt prædicatio summi hoc tempore in Ecclesia viri etiam ab his, à quibus ad vices reuelliur, adiueatur. Tu autem dilectissime, & venerandissime mihi frater! si verè de his questionibus instrui desideras, sicut desiderare te conuenit, ipsis beati Augustini disputationibus cognoscendis impende curam, vt in contenta Dei gratia desecatiissimam ac falluberriam Evangelicæ, Apostolicæque doctrinæ integritatem consequaris. Gratiâ Dei, & pax Domini nostri Iesu Christi custodiat te in omni tempore, & per viam veritatis dirigat in vitam æternam.

PRÆFATIO D. PROSPERI
in Responsiones ad Capitula Gallo rum.

DOCTRINAM (quam sanctæ memoriæ Augustinus Episcopus contra Pelagianos inimicos gratiæ Christi, & liberi arbitrii deceptores, per multos annos Apostolicè asseruit, litericè mandauit) quibusdam visum est aut intelligendo, aut intelligi eam nolendo, reprehendere. Et hoc quasi compendium cognitionis his, qui iudicio eorum ducebantur, afferre: vt quæ in libris prædicti viri damnabilia reperisse iactabant, breuium capitulorum iudiculis prædicarent: talique commentis & detestationem eius quem impetere, obtinerent: & ab his que infamasset, curam exterriti Lectoris euerterent. Ne ergo hanc persuasionem temerè quis recipiat, & talem putet sensum scriptis Catholicis ostentat, & qualem eum, qui frustra calumniantur, ostentant, singulis capitulis, que rationis titulo prænotantur, breui & absoluta perfectione respondeo; in nullo recedens à tramite earum definitionum, quæ in sancti viri disputationibus continentur: vt facillè vel tenuis diligentè aduertat inspector, quàm iniustus opprobrijs Catholicis prædicatoris memoria carpatur: & in quod peccatum cadant, qui aliena instigatione commoti Scriptorem celeberrimi nominis promptis habeant culpæ, quàm nosse.

Videatur
lib. 1. contra
1. epist.
Pelag. cap. 7.
lib. 4. contra
Iulian. c. 8.

D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS,
AD CAPITVLA OBIECTIONVM GALLORVM
CALVMNIANTIVM RESPONSIONES.

OBIECTIO. CAPVT I.

Quod ex prædeterminatione Dei, veluti fatali necessitate, homines ad peccata compulsi, cogantur in mortem.

RESPONSIO.



PRÆDESTINATIONEM Dei nullus Catholicus negat: fatalem autem necessitatem, multi etiam non Christiani refutant. Peccatum ergo ad mortem trahit, sed ad peccandum neminem Deus cogit. Nemini enim mandauit impiè agere: &, *Odisi, Domine! omnes qui operantur iniquitatem: perdes eos qui loquuntur mendacium.* Proinde qui prædeterminationis nomine fatum prædicat, tam non est probandus, quàm qui fati nomine veritatem prædeterminationis infamat. Fati enim opinio vana est, & de falsitate concepta. Prædeterminationis autem fides, multa sanctarum autoritate Scripturarum munita est: cui nullo modo fas est ea que ab hominibus male aguntur, adscribi, qui in procliuatam cadendi non ex conditione Dei, sed ex primi patris præuacuatione veniunt. De cuius pena nemo liberatur, nisi per gratiam Domini nostri Iesu Christi præparatam & prædeterminatam in æterno consilio Dei ante constitutionem mundi.

OBIECTIO. CAPVT II.

Quod ab eis, qui non sunt prædeterminati ad vitam non auferantur percepta baptismi gratia originale peccatum.

RESPONSIO.

OMnis homo, qui credens in Patrem & Filium & Spiritum sanctum regeneratur in baptismo, tam à propriis peccatis, quàm mala voluntate & actione contrahit, quàm ab originali quod a parentibus traxit, absoluitur. Sed relapsus post baptismum ad infidelitatem & impios mores, qui negat originali peccato fuisse purgatum, tam falsa opinatur, quam qui eundem adferit, non æterna morte esse damnandum. Qui enim recedit à Christo, & alienus à gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit? Sed non in quod remissum est, recidit, nec in originali peccato damnabitur: qui tamen propter postrema crimina, ea morte afficietur, que ei propter illa que remissa sunt, debebat. Quod quia Dei præscientiam nec latuit, nec sefellit: sine dubio talem nunquam elegit, nunquam prædeterminauit, & peritum nunquam ab æterna perditione disceuit.

OBIECTIO. CAPVT III.

Quod non prædeterminati ad vitam, etiamsi fuerint in Christo per baptismum generati, & piè usque vixerint, nihil eis proficit, sed tandem reseruentur, donec ruant & pereant, nec ante eos ex hac vita, quàm hoc eis contingat, auferri.

RESPONSIO.

ASANCTITATE ad immunditiam, à iustitia ad iniquitatem, à fide ad impietatem plerosque transire non dubium est: & ad tales prædeterminationem fillorum Dei, conuertendum Christi, non pertinere certissimum est. Quod ergo huiusmodi in hæc prolapsi mala, sine corre-

ptione penitentia defecerunt, non ex eo necessitatem pereundi habuerunt quia prædeterminati non sunt: sed idèd prædeterminati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria præuacuatione præciti sunt. Quod autem illos non eo tempore, quo in fide recta & bonis moribus erant, ab hac vita abstulit, ad occulta eius iudicia, quæ tamen nunquam sunt iniusta referendum est. Quis enim fecit intra vnam conditionem mortalitatis humanæ, ab vnius horæ infantia, vsque ad annoissimam senectutem, exitus morientium, impari ætatis sine variari: neque cuiusquam animam citius vel tardius, quàm Deus voluerit, à corpore quod viuificat, abscedere? Si ergo aliquis in vitæ suæ longitudine deseruit Deum, bono, quod erat ex Deo, malè vti est. Nam longæuitas non est nisi ex Deo. Et quod ex Deo est, non nisi bonum est: & quod bonum est, mali causa non est. Non itaque rectè opinatur, qui putat prorogatorem vitæ, lapsum autorem esse peccati: Cum vtique non peccatum sit diu viuere, sed malè viuere: quod etiam in paucorum annorum ætate fieri potest. Igitur sicut bona opera ad inspiratorem eorum Deum, ita mala ad eos solum referenda qui peccant. Non enim relicti sunt à Deo, vt relinquere Deum: sed reliquerunt & relicti sunt, & ex bono in malum proprie voluntate mutati sunt. Atque ab hac licet fuerint renati, fuerint iustificati, ab eo tamen qui illos tales præciti, non sunt prædeterminati.

OBIECTIO. CAPVT IV.

Quod non omnes homines vocentur ad gratiam.

RESPONSIO.

NON omnes vocati ad gratiam eos, quibus omnibus Euangelium prædicatur, non rectè dicitur, etiamsi sint qui Euangelio non obaudiunt: nisi ad eos respiciatur, quibus nondum sacramentum crucis Christi, & redemptio sanguinis eius innotuit. Quia etiamsi constaret, quod iam in vniuersis nationibus, & omnibus finibus terræ totus mundus Euangelium receperisset (quod vtique futurum verissimè prænumtium est) non esset tamen dubium, à tempore resurrectionis Domini vsque ad præsentem ætatem fuisse homines, qui ab hac vita sine Euangelij cognitione transferunt: de quibus dici possit, quod vocati non sint, quia nec spem vocationis audierint. Quod si quisquam hanc vocationis plenariam generalitatem ita semper asserit celebratam, vt ab Ascensione Domini in cælum, ne vnus quidem annus effluerit, intra quem non ad omnes prædicatio missa peruenerit, videat quomodo tunc Africanos vocatos probet, quando Apostoli (sicut scriptum est) vocati sunt à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia, aut Bithynia, ad quos iidem Apostoli tentabant ire, & non permittit eos Spiritus Iesu. Videat etiam quomodo tueatur denuntiationem ipsius veritatis, dicentis: *Predicabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.* Nutat namque (quod dici nefas est) fides verbi, si ante quadringentos annos Euangelio impletus est mundus, & adhuc Domini differret aduentus. Postremò respiciantur etiam inter Christianos populos tot millia parulorum, qui ab hac vita sine baptismo transferunt, & alio modo probentur vocati, quibus nec plantator prædicare, nec rigator potuit subuenire.

OBIECTIO.

OBIECTIO. CAPVT V.

Quod qui vocati sunt, non equaliter sint vocati, sed alij vt crederent, alij vt non crederent.

RESPONSIO.

SI vocatio in Euangelij tantum prædicatione intelligatur, nõ veraciter dicitur quoddam aliis atque aliis aliter atque aliter prædicatur: cũ vnus sit Deus, vna fides, vna regeneratio, vna promissio. Si autem ad effectũ plãtationis & rigationis afficitur, aliud actum est cum eis quorum exteriores aures corporali voce pulsate sunt: aliud in eis quorum interiorẽ sensum Deus aperuit, & in quorum corde posuit si lei fundamentũ, dilectionisq; feruorẽ. Quosdã autẽ idẽ vocatos dicere, vt nõ crederent, nimis absurdum est, quasi vocatio eis causa infidelitatis extiterit, & prædicatione fidei infideles. Quãtis enim dispensatoribus verbũ Dei quibusdam sint (sicut scriptum est) odor mortis ad mortem. *Deo tamen bonus Christi fuit odor: qui prædicant Christum crucifixum, Iudais quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsi autem vocati, Iudais & Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam* Quod ergo prædicatus Christus crucifixus, Iudæis erat scandalum, & genibus stultitia, humanæ voluntatis faciebatur auersio. Quod verò ipsis vocatis Iudæis & Græcis, Christus erat Dei virtus & Dei sapientia, diuinæ gratiæ præstabat operatio.

1. Cor. 2.
Ibidem.

OBIECTIO. CAPVT VI.

Quod liberum arbitrium in homine nihil sit: sed siue ad bonum, siue ad malum, prædestinatio Dei in hominibus operetur.

RESPONSIO.

Liberum arbitrium nihil esse, vel non esse, perperam dicitur, sed ante illuminationem fidei in tenebris illud & in vmbra mortis agere, non recte negatur. Quoniam prius quàm à dominatione diaboli per Dei gratiam liberetur, in illo profundo iacet, in quod te sua libertate demersit. Amat ergo languores suos, & pro sanitate habet, quod ægrotare se nescit, donec prima hæc medela conferatur ægrotò, vt incipiat nosse quod languat, & possit opem medici desiderare, quã surgat. Iustificatus itaque homo, id est, ex impio prius factus, nullo præcedente bono merito, accipit donum, quo medio acquirit & meritum: vt quod in illo inchoatum est per gratiam Christi, etiam per industriam liberi angeatur arbitrij, nunquam remoto adiutorio Dei, sine quo nec proficere nec permanere in bono quisquam potest. Prædestinationem autem Dei siue ad bonum, siue ad malum in hominibus operari ineptissime dicitur, vt ad vtrumque homines quædam necessitas impelleret: cum in bonis voluntas sit intelligenda de gratia, in malis autem voluntas sit intelligenda sine gratia.

OBIECTIO. CAPVT VII.

Quod Deus quibusdam filiis suis, quos regenerauit in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit, ob hoc non dei perseuerantiam, quia non iure à massa perditionis præsentia Dei & prædicatione discreti.

RESPONSIO.

EX regeneratis in Christo Iesu, quosdam, relicta fide & piis moribus, apostatate à Deo, & impiam vitam in sua auersione finitè multis (quod dolendum est) probatur exemplis. Sed horum lapsum Deo adscribere, immodicæ prauitatis est: quasi idẽ ruinæ ipsorum impulsor atque author sit, quia illos ruituros propria ipsorum voluntate præcinit: & ob hoc à filiis perditionis nulla prædeterminatione discreti. Nam quomoddò eos haberet præordinata in Christo electio, cui dubium non sit, donum Dei esse perseuerantiam in bono vsque ad finem: quam istos ex eo ipso quod non perseuera-

uerunt, non habuisse manifestum est. Non est calumniandum Deo quod istos non dederit, quod alius dedit: sed consensum est, & misericorditer eum dedisse quod dedit, & iuste non dedisse quod non dedit: ne quemadmodum ex libero arbitrio oritur causa labendi, ita ex ipso videatur & standi: cum illud humano fiat opere; hoc diuino impleatur ex munere.

OBIECTIO. CAPVT VIII.

Quod non omnes homines velit Deus saluos fieri, sed certum numerum prædestinatorum.

RESPONSIO.

Si citèa vniuersitatem generis humani saluandã & in agnitionem veritatis vocandam, ita in d. f. res per omnia secula afferenda est, vt vsquequaq; neminem hominem prætermisisse monstratur, in penetrabilis iudiciorum Dei altitudo pulsatur. Quare cum in præteritis seculis dimiserit Deus omnes ingredi vias suas, quò: *Iacob elegit suis Dominus: & nõ fuit taliter omni nationi, & inas. ra. ja non manifestauit eis: Et cur quis aliquando non populus, nunc autem populus Dei su: & quorum aliquando non miserus est, nunc autem miseratur; & vbi d. ctum est, N. n. piens mea vos, ib. uenitur si ij Dei vni: & quare quod quærebatur Israël: non sit consecutus, electio autem consecuta est; ceteri verò exsecrati sunt: impossibile est comprehendere, & periculose curiositas est quærere: cum tamen, quod nulla fit apud Deum iniquitas, nemini liceat ignorare, nec alia gratia, aut alia fides, quinquam locum, siue ante legẽ, siue legis tempore iustificatum esse credendum sit, quam hac eadem, per quam Dominus noster I. sus Christus seculo consilium voluntatis suæ, in sine seculorum venit quærere & saluare quod perierat. Causas verò operũ & iudiciorum Dei, qui ex toto ad humanas voluntates & act. ones refert, quas tamen in paruulorum adoptione aut abdicatione non inuenit, & dispensationes Dei ex liberi arbitrij vult mutabilitate variari, proficitur sibi scrutabilia iudicia Dei, & vestigabiles vias eius. Et quod doctor gentiũ Paulus non audebat attingere, hic se existimat resecrare posse vulgare. Quodque non minoris impietatis est, ipsam gratiam, qua saluamur, aut bonis meritis docet rependi, aut malis adfirmat arceri. Remoto ergo obscurarum turbine quæstionum, ad reuelate nos gratiã latitudinem confitemur, dicamusque cum Apóstolo: *Quomodo Deus vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire.* Et iterum dicamus cum Apóstolo: *Qui est Saluator omnium, maxime fidelium.* Et audiamus Dominum dicentem Apóstolis suis: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, d. c. es eos quocunq; ma. d. nis vobis.* Audiamus quoque ad Abraham promissionem Dei dicentis: *In semine tuo be. edicentur omnes tribus terræ.* Et si filij promissionis sumus, non hæstemus dissidentia, sed cum patre nostro Abraham demus gloriam Deo, & plenissime credamus, quoniam quod promisit, potens sit facere. Audiamus Dauid prophetantem, *Commemorabuntur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius omnes patria gentium* Et alibi: *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ, om. es gentes magnificabunt eum.* Et alibi: *Omnes gentes quocunq; fecerit, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.* Quæ promissiones quia verissimæ sunt, nec possunt ex vlla parte mutari, in his impleantur qui salui sunt per vniuersos fines terræ: quoniam quod promisit Deus, potens est & facere. Hæc ergo est illa totius humani generis assumptio, hæc filiorum Dei adoptio, hæc gentium plenitudo, præscita & prædestinata in Christo ante constitutionem mundi, hæc est Hierusalem, quæ ab initio vsque in finem lapidibus vniũ & electis edificatur vt ciuitas fundata in ipso angulari lapide Christo*

Psal. 139.
Psal. 147.
1. Pet. 2.
Olec 2.
Rom. 11.
2. Peti 19.
Rom. 11.
1. Tim. 2.
1. Tim. 1.
Math. 18.
Genes. 16.
Rom. 4.
Psal 21.
Psal. 71.
Psal. 85.
Rom. 4.
1. Petr. 19.

Ieſu, in quo omnis adificatio conſtructa, creſcit in ſemplum ſanctum in Domino. De his lapidibus nihil eiecit, nihil minuitur, nihil rapitur. Veritas enim dicit: Omne quod dat mihi Pater, venit ad me, & cum qui venit ad me, non eiecit foras. Et iterum: Non creditis quia non eſtis de omnibus meis. Omnes meæ vocem meam audierunt, & ego novi illas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do illis, & non peribunt in æternum, nec quiſquam rapiet eas de manu mea. Omnium ergo hominum cura eſt Deo: & nemo eſt quem non aut Evangelice prædicationi, aut legis teſtificationi, aut ipſa etiam natura conueniat. Sed inſidelitatem hominum ipſis adſcribamus hominibus. Fidem autem hominum donum Dei eſſe fateamur; ſine cuius gratia nemo currit ad gratiam. Et cum ducentis quatuordecim ſacerdotibus, quorum conſtitutionem cõtra inimicos gratiæ Dei totus mundus implexus eſt veteraci proſcriptione, quemadmodum ipſorum habet fermo, dicamus gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum, non ſolum ad cognoscendam, verè etiam ad faciendam iuſtitiam non per actus ſingulos adiuuare: ita vt ſine illa nihil verè ſanctæ pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus. Neque hæc dona ita ex Deo eſſe opinemur, vt quia ipſe nature noſtræ autor eſt, per conditionem iam hæc contuliſſe videatur. Quia dedit quidem ab initio hanc homini facultatē: ſed omnes eam in illo amiſimus, in quo omnes peccauimus. Vnde alia creatione, alioque principio renouari egemus in Chriſto: in quo ſumus noua creatura, nouumque ſigmentum: & per quem nobis, nullis bonis & multis malis meritis præcedentibus, donatur vt ſumus ex vaſis iræ vaſa miſericordiæ.

OBIECTIO. CAPVT IX.

Quòd non pro totius mundi redemptione Saluator ſit crucifixus.

RESPONſIO.

Nullus omninò eſt ex omnibus hominibus, cuius natura in Chriſto Domino noſtro ſuſcepta non fuerit, quamuis ille natus ſit in ſimilitudine carnis peccati; omnis autem homo nafcatur in carne peccati. Deus ergo Dei Filius, mortalitatis humanæ particeps factus abſque peccato, hoc peccatoribus & mortalibus contulit, vt qui natiuitatis eius conſortes fuiffent, vinculum peccati & mortis euaderent. Sicut itaque non ſufficit hominum renouationi, natum eſſe hominem Ieſum Chriſtum, niſi in ipſo eodem, de quo ipſe ortus eſt, ſpiritu renaſcatur: ſic non ſufficit hominum redemptioni crucifixum eſſe Dominum Chriſtum, niſi commoriantur ei, & conſepliantur in baptiſmo. Alioquin nato Saluatore in carne ſubſtantie noſtræ, & crucifixio pro omnibus nobis, non fuerat neceſſarium vt renaſceretur, & ſimilitudine mortis eius complantaretur: ſed cum ſine hoc ſacramento, nemo hominum conſequatur vitam æternam, non eſt ſaluatus cruce Chriſti, qui non eſt crucifixus in Chriſto. Non eſt crucifixus in Chriſto, qui non eſt membrum corporis Chriſti, qui non per aquam & Spiritum ſanctum induit Chriſtum. Quid idè inſirmitate noſtra communionem ſubit mortis, vt nos in virtute eius haberemus conſortium reſurrectionis. Cum itaque rediffimè dicatur Saluator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter veram humanæ nature ſuſceptionem, & propter communem in primo homine omnium perditionem: poteſt tamen dici pro his tantum crucifixus, quibus moris ipſius profuit. Dicit enim Evangeliſta: quia Ieſus mortuus erat pro gente, ſed etiam vt filios Dei diſperſos congregaret in vnum. In ſua enim venit, & ſui cum non receperunt. Quotquot autem ceperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: Qui non ex languinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt: Diuerſa ergo ab iſtis fors eorum eſt, qui inter illos cenſentur, de quibus dicitur: Mundus eum non cognouit, vt poſſit ſecundum

hoc dici redemptor mundi dedit pro mundo ſanguinem ſuum, & mundus redimi noluit: quia lucem tenebræ non receperunt: quibus dicit Apoſtolus: *Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Ipſe vero Dominus Ieſus, qui dixit ſe veniſſe querere & ſaluare, quod perierat. *Non veni, inquit, niſi ad eos que perierant domus Iſrael. Neque quia ſunt ſemen Abrahæ, Epheſ. 5; Luc. 19. omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen:* id eſt, non qui filij carnis, ſi filij Dei: ſed qui filij promiſſionis aſſimulantur in ſemine. In iſtis ergo vult illi, de quibus dictum ſuprà memorauimus: quia Ieſus mortuus erat pro gente: non tantum pro gente, ſed etiam vt filios Dei diſperſos congregaret in vnum. Quia non ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus, per eum qui vocat quæ non ſunt, tanquã quæ ſunt; & qui diſperſos Iſrael cõgregat, filij Dei, Genef. 17. filij promiſſionis in vnâ Eccleſia congregentur: vt impleatur quod promiſſum eſt Abrahæ, cui dictum eſt, quod in ſemine eius benedicendæ eſſent omnes tribus terræ.

OBIECTIO. CAPVT X.

Quòd quibusdam Evangelij prædicationi à Domino ſubtrahatur, ne percepta prædicatione Evangelij, ſaluentur.

RESPONſIO.

Si probati poteſt quòd ex quo Evangelium prædicatur, nemo proſus fuerit, cui Chriſtiana gratia denūtiata non fuerit, non rectè dicitur tacitum, quod oftenditur prædicatum. Si autem aliquo modo inueniuntur homines, quibus Euangelium non fuerit prædicatum, non poteſt dici ſine iudicio Dei factum: quod nefas eſt idè reprehendi, quia non poteſt comprehendi.

OBIECTIO. CAPVT XI.

Quòd per potentiam Deus homines ad peccata compellat.

RESPONſIO.

Nullus Catholicorum dixit aut dicit, quòd Deus homines piè rectèque viuentes, per potentiam in peccata compellat, & innocentia humanæ poteſtatis diuina vim faciat, vt eam à propoſito bonæ conuerſationis excutiat. Non ſunt Dei opera iſta, ſed diaboli: cuius gaudium eſt ruina Sanctorum: ſed alienat Dominus omnes qui conuertunt, & erigit omnes eliſios: quibus dat poenitentiam, vt reſpiciant à diaboli laqueis, à quo captiui tenebantur ad ipſius voluntatem. Cum verò aliquos à Deo aut traditos deſideris ſuis, aut obduartos legimus, aut relictos, magnis peccatis ſuis hoc ipſos meruiſſe profitemur: quia talia eorum crimina præceſſerunt, vt ipſi ſibi penas debuerint, quæ eis etiam ſupplicium vertent in reatum. Atque ita nec de iudicio Dei querimus, quo deſerit meritos deſeri: & miſericordiæ eius gratias agimus, quia liberat non meritos liberati.

OBIECTIO. CAPVT XII.

Quòd quibusdam vocatis, & piè inſeque viuentibus, obſeſcentia ſubtrahatur vt obſeſce deſiſtant.

RESPONſIO.

Si Deus hominem ſibi obedientem à pietate deturbat, & bene currentem cadere facit: ergo pro bonis mala retribuit, & iniuſtè cadit, quod vt fiat impellit. Quid tam peruerſum, quid tam inſanum dici aut cogitari poteſt? Sed in talem ſenſum trahuntur, qui putant in omnibus eſſe preſcientiam Dei, quòd & voluntatem: cum voluntas eius nunquam velit niſi bona: præſcientia autem & bona noſcit & mala: ſed bona quæ aut ipſe faciat, aut etiam vt nos faciamus, imperat: mala autem, quæ omninò ipſe non fecit, neque fieri ſuauit, aut impulit. Vires itaque obediencie nõ idè cuiquam ſubtrahit, quia eum nõ prædeſtinauit; ſed quia reuſurum ab ipſa obediencia eſſe præiudicauit, idè eum non prædeſtinauit.

Confer cum 22.c. 12. de bono perſeuer. Aug. 8. hoc idè eum non prædeſtinauit: videtur mihi adendum. Quod non improbabis ſi conferas cum 2. 3. 7. reſponſi. ſupr. poſt. tis.

Ioan. 6.
Ioan. 10.

Idem dicit cap. 10. lib. contr. Colatorum. Vide Aug. epiſt. 47. ex qua apparet tres, imò quatuor ſynodos in Africa fuiſſe celebratas.

Ioan. 11.

Ioan. 2.

OBIECTIO. CAPVT XIII.

Quod quidam homines non ad hoc à Deo creati sunt, vt vitam adipiscerentur æternam, sed vt habitum tantummodò saculi præsentis ornarent, & ad utilitatem nascerentur aliorum.

RESPONSIO.

Vniuersos homines non ignoramus à Deo singularem creati: & de hac vniuersitate alios dammandos cum diabolo, alios regnatos esse cum Christo. Quod ergo etiam hi creatur, quæ æternæ vitæ participes non erunt, nulla est culpa Creatoris, qui naturæ author est, non vitij quod natura contraxit. Ornati autem etiam talium conditione mundi huius varietatem quibus non intelligit, qui videat studiis & operibus quorundam impiorum tot commoda vitæ præsentis instructa in inuentione artium, in extructione vibium, in constitutione legum, in confederatione populorum? Quod si quæritur an de istis, quos à veracreligione impius error auertit aliquid boni profectibus Sanctorum, & incrementis Ecclesiæ prouidentia diuina contulerit, inspicitur primùm ipsa crux Christi: in qua, magno scelere Iudæorum, misericors voluntas Dei, vt pro redemptione nostra vicicus Filius eius occideretur, impleta est; inspicitur Apostolus gloriosa tolerantia, inter persequentium femitus hac animi voce ad Deum clamantium: conuenerunt ergo verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnxitis, Herodes & Pontius Pilatus, cum genibus & populis Israël, vt facerent quæ manus tua & consilium prædètinauit fieri. Inspicitur denique innumerablem martyrum palmæ, quibus de crudelissimi infidelium scœuitia felix est collata victoria. Audiatur etiam Apostolus Ecclesiam Dei ad perseuerantiam pietatis instituens: *In nullo, inquit, terræamini ab aduersariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salus.* & hoc à Deo. *Vobis enim donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo periamini.* De illis quoque erroribus consulens nobis: Dei bonitas sentiat, quos Deus in Ecclesia contra Ecclesiam permisit exurgere: Non vtique eos creans aut fouens, sed per ipsos diligentiam si iorum suorum, ad inquisitionem & custodiam veritatis exercens, dicente Apostolo. *Operes hereses esse, vt probati manifesti fiant in vobis.* Quis autem respiciens ad tenebras impiorum, & ad illuminationem si iorum, non ad gratias agendas Deo, ex ipsa fiat collatione feruentior: & in ruina peruenitum discat, in quæ mala per liberum arbitrium tueret; nisi ei per Dominum nostrum Iesum Christum Dei gratia subueniret?

OBIECTIO. CAP. XIV.

Quod qui Evangelicæ predicationi non credunt, ex Dei prædèstinatione non credunt: & quod Deus ita d. finierit, vt quicumque non credunt, ex ipsius constitutione non credunt.

RESPONSIO.

In fidelitas non credentium Evangelio, nequaquam ex Dei prædèstinatione generatur: Bonorum enim Deus author est, non malorum. Prædèstinatio igitur Dei semper in bono est, aut ad retributionem iustitiæ, aut ad donationem pertinens gratiæ. *Vniuersa enim via Domini misericordia & veritas.* Proinde infidelitas non credentium, non ad constitutionem Dei, sed ad præsentiam referenda est. Quæ non idèò necessitatem non credendi inulit, quia salu de ea, quæ futura erat, infidelitate non potuit. Fides autem & charitatis opera, atque in eis vsque in finem perseuerantia, quia homini per Dei gratiam conferuntur, rectè & ista, & quæ eis retribuenda sunt, prædèstinata dicuntur ex auctoritate Apostoli, qui ait: *Gratiâ Dei salui facti su-*

mus per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est. Non ex operibus, ne forte quis exaltetur. Ipsi enim sumus signentur, creati in que ibus bonis, quæ preparauit Deus vt in illis ambulemus. Tam ergo in errore est, qui infidelitatem impiorum ad Dei constitutionem refert, quàm qui fidei iustitiæque Sanctorum, non Deum proficitur auctorem. Qui enim quod acceperat perdidit, non inde id recipit, vnde perdidit, sed ab illo recipit quod habeat, à quo quod amisit acceperat.

OBIECTIO. CAP. XV.

Quod idem sit præsentia quod prædèstinatio.

RESPONSIO.

Qui præsentiam Dei in nullo ab ipsius prædèstinatione discernit, quod tribuendum est Deo de bonis, hoc ei etiam de malis conatur adscribere. Sed cum bona ad largiorem cooperatoremque eorum Deum, mala autem ad voluntariam rationalis creaturæ nequiam referenda sint, dubium non est, sine vlla temporali differentia Deum & præsentie simul, & prædèstinatæ, quæ iplo eant auctore faciendæ, vel quæ malis mentis iusto erant iudicio retribuendæ. Præcisè autem tantummodò, non etiam prædèstinatæ quæ non ex iplo erant causam operationis habitura. Potest itaque sine prædèstinatione esse præsentia. Prædèstinatio autem sine præsentia esse non potest. Quamvis ergo ad omnes obiectiones seu querelæ imperitiæ, seu fallacis inuidiæ, planissimè ac plenissimè, quantum Dominus dedit, existimem esse responsum; proflonem tamen sensus nostri etiam in breui coarctemus, vt sub paucorum verborum simplicitate, magis magi que appareat, nos, quod de supra scriptis capitulis intelligimus, nulla circumloquendi arte præterere, sed absolute ac liberè & praua respicere, & consensum probabilius non negare.



DE SINGVLIS CAPITVLIS

SINGVLÆ SENTENTIÆ.

SENTENTIA SVPER I.

Quisquis igitur ex prædèstinatione Dei, velut fatali necessitate homines in peccata compulso, cogi dicit in mortem, non est Catholicus. Nullo enim modo prædèstinatio Dei iniqnos facit, neque cuiusquam omninò est causa peccati.

SENTENTIA SVPER II.

Item, qui dicit, quod ab his qui nō sunt prædèstinati ad vitam, non auferat percepta baptismi gratia originale peccatum, non est Catholicus: Sacramentum enim baptismatis, quo omnia prorsus peccata delentur, etiam in eis verum est, qui non sunt in veritate nasci, & ob hoc ad vitam non sunt prædèstinati.

SENTENTIA SVPER III.

Item, qui dicit, quod non prædèstinati ad vitam, etiam si fuerint in Christo baptisate regenerati, & pie iusteque vixerint, nihil eis proficit, sed tamdiu referuntur, donec tiant: nec ante eos ex hac vita, quàm hoc eis contingat, auferri, tanquam ad constitutionem Dei talium hominum ruina referenda sit: non est Catholicus. Quia non idèò Deus tempus ætatis cuiquam prolongauit, vt viuendo corrueret, & à fide recta in sua longuitate deficeret: cum inter beneficia Dei numeranda sit ipsa longeuitas, qua homo melior debuit esse, non peior.

SENTENTIA SVPER IV.

Item, qui dicit quod non omnes uocantur ad gratiam, si de his loquitur quibus Christus annunciatum non est, reprehendi non debet: quia scimus quidem in omnes fines terrarum Euangelium destinatum,

Act. 4.

Philip. 1.

1. Cor. 11.

Psal. 24.

Ephes. 2.

sed non putamus in omnibus terræ finibus prædicatum. Nec possumus dicere quòd ibi sit gratiæ vocatio, ubi matris Ecclesiæ adhuc nulla est regeneratio.

SENTENTIA SVPER V.

ITem, qui dicit quòd qui vocati sunt, non æqualiter vocati sunt; sed alij vt crederent, alij vt non crederent, quasi cuiquam vocatio causa fuerit non credendi: noc rectè dicit. Quamvis enim fides non sit nisi ex Dei dono, & hominis voluntate: infidelitas tamen non est, nisi ex sola hominis voluntate.

SENTENTIA SVPER VI.

ITem, qui dicit quòd liberum arbitrium in homine nihil sit, sed siue ad bonum, siue ad malum prædestinatio Dei in hominibus operetur: non est Catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, sed edocet, & ab errore in viam reuocat ac reducit: vt quòd sua libertate erat prauum, spiritu Dei agente sit rectum. Prædestinatio quoque Dei semper in bono est, quæ peccatum sola hominis voluntate commissum, aut remittendum nouit cum laude misericordiæ, aut plecendum cum laude iustitiæ.

SENTENTIA SVPER VII.

ITem, qui dicit, quòd Deus quibusdam filiis suis quos regenerauit in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit, ob hoc perseuerantiam non dederit, quia à massa perditionis præsentia Dei, & prædestinatione nõ sint discreti. Si hoc vult firmare quòd Deus huiusmodi homines quos in bonis donauerat, noluerit permanere, & ipse eius causa auersiois exiterit, cõtra iustitiam Dei sentit. Quamvis enim omnipotentia Dei potuerit vires standi præbere lapsuris, gratia tamè eius non prius eos deseruit, quàm ab eis desereretur. Et quia hoc ipsos volũtarij facturos defectione præuidit, idèd in prædestinationis electione illos nõ habuit.

SENTENTIA SVPER VIII.

ITem, qui dicit quòd non omnes homines velit Deus saluos fieri, sed certum numerum prædestinatorum, duritias loquitur quàm loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei; qui & omnes vult saluos fieri, atque in agnitionem venire veritatis, & voluntatis suæ propositum in eis implet, quos præscitos prædestinauit, prædestinatos vocat, vocatos iustificauit, iustificatos glorificauit, nihil amittès de plenitudine gentiũ, & de omni semine Israël, cū preparatum est in Christo regnum æternum ante constitutionem mũdi. Ex toto enim totus mundus eligitur, & ex omnibus hominibus omnes homines adoptantur. Nec potest villo modo per infidelitatem atque inobedientiam multorum, Dei promissio vacillare, dicentis ad Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod autem promissit Deus, potens est facere*: vt & qui saluantur, idèd salui sint, quia illos voluit Deus saluos fieri; & qui percutunt, idèd percutant, quia perire meruerunt.

SENTENTIA SVPER IX.

ITem, qui dicit quòd non pro totius mundi redemptione Saluator sit crucifixus, non ad sacramenti virtutem, sed ad insidelium respicit partem; cùm sanguis Domini nostri Iesu Christi pretium totius mundi fit: A quo pretio extranei sunt, qui aut delectati captiuitate, redimi noluerunt: aut post redemptionem, ad eandem sententiam reuersi. Non enim cecidit verbum Domini, neque euacuata est mundi redemptio. *Quia esset non cognouit inuidia Deum in vasis iræ; cognouit tamen mundus Deum, in vasis misericordiæ.* Quæ Deus nullis eorum bonis meritis præcedentibus, eruit de potestate tebratarum, & transfudit in regnũ Filij dilectionis suæ.

SENTENTIA SVPER X.

ITem, qui dicit quòd quibusdam Euangelij prædicatio à Domino subtrahatur, ne perecepta Euangelij prædicatione, saluentur, potest obediens inuidiam declinare patrocinio ipsius Saluatoris: qui apud quosdam, quos ait fuisse credentiores, si mirabilium eius signa

vidissent, noluit operari. Et quibusdam populis vetuit Apostolos euangelizare: & nunc aliquas adhuc gentes patitur extra gratiam suam degere: cùm per lumen constantissima fide perceptum habeamus, in omnes mundi partes Ecclesiam dilatandam. Nec ante tunc hoc sæculum finiendum, quàm in vniuersos fines terræ euangelium dirigatur, & omnis lingua consecratur, quoniam Iesus in gloria Dei Patris est.

Philipp. 1.

SENTENTIA SVPER XI.

ITem, qui dicit quòd per potentiam Deus in peccata compellat, meritò reprehenditur. Nec enim Deus, qui iustitiæ & bonitatis author est, & cuius omnia statuta & mandata contra peccatum sunt, quoniam ad peccandum cogere, & ab innocentia in facinora precipitare credendus est. Si qui autem tam profunda impietatis sunt, vt extra remedium correctionis habeantur, non à Deo incrementa iniquitatis accipiunt, sed per semetipsos deteriores fiunt: quia relinquuntur à Deo, ac sibi, ac deceptoribus tradi propter præcedentia peccata meruerunt, vt eis peccatum sit ipsa etiam poena peccati.

SENTENTIA SVPER XII.

ITem, qui dicit quòd quibusdam vocatis, & piè, iustitque videntibus, obedientia subtrahatur, vt obedire desistant, malè opinatur de bonitate Dei atque iustitiæ, vt videatur ad impietatem pius cogere, & innocentiam bonis adimere: cùm ipse sit pietatis atque innocentia & largitor & cultos. Qui ergo Deo adhæret, spiritu Dei agitur: qui autem à Deo recedit, propria voluntate obedire desistit.

SENTENTIA SVPER XIII.

ITem, qui dicit quòd quidam homines non ad hoc à Deo creati sunt, vt vitam adipiscerentur æternam, sed vt habitum tantummodò sæculi præsentis ornarent, & ad vtilitatem nascerentur aliorum: melius loqueretur dicens quòd Deus qui Creator est omnium, non frustra etiã eos condidit, quos præuidit vitæ æternæ participes non futuros: quia etiã in malis hominibus bonum Dei opus est ipsa natura, & laudabilis est in impiorum damnatione iustitia. Non potest autem meritò reprehendi qui dicit quòd etiam talium conditione mundus ornetur: & quòd hi, qui sibi sua iniquitate nocitura sũt, ad vtilitatem nascantur aliorum: neque enim quamlibet innumerabilis multitudo impiorum indecota est mundo, aut inutilis Dei regno, cùm etiam per ipsorum veniat propaginè regeneranda generatio, & in eis tolerandis ac diligendis, populus Dei fiat illustrior, dicens bonitatem & patientiam ab illo, qui pluit super iustos & iniustos: & solem suum oriri facit super bonos & malos.

Matt. 5.

SENTENTIA SVPER XIV.

ITem, qui dicit quòd qui Euangelicæ prædicationi non credunt, ex Dei prædestinatione non credant: & quòd Deus ita definerit, vt quicumque non credũt, ex ipsius constitutione nõ credant: non est Catholicus. Sicut enim fides, quæ per dilectionem operatur, Dei donum est: ita infidelitas constitutio Dei non est: quia Deus poenas criminum nouit ordinare, non crimina. Nec consequens est vt quod non miserit, ipse commiserit. Prædestinatus itaque viuere ex fide sibi donatus; non prædestinatus perire infidelitate voluntaria, non coacta.

SENTENTIA SVPER XV.

ITem, qui dicit quòd idem sit præsentia quòd prædestinatio, in bonis fide dubio operibus nostris, duo ista permisceat. Quæ enim ex Dei munere habemus, & quæ præscita dicuntur, non possunt non esse prædestinata: & quæ prædestinata appellantur, non possunt non esse præscita. In malis autem operibus nostris, sola præsentia Dei intelligenda est. Quia sicut præscitũt & prædestinatũt quæ ipse facit, & vt faceremus, dedit. Ita præscitũt tantum, non etiam prædestinatũt, quæ nec ipse fecit, nec vt faceremus, exegit.

F I N I S.

D. PROSPERI

Gen. 16.

Matt. 11.

D. PROSPERI AQUITANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS,
AD CAPITVLA OBIECTIONVM VINCENTIANARVM

RESPONSES.

P R Æ F A T I O.



VIDAM Christianæ ac fraternæ charitatis obliiti, in tantum existimationem nostram quoquo modo student lædere vt suam fe euertere nocendi cupiditate non videant: Contextunt enim, & qualibus possunt sententiis, comprehendunt ineptissimarum quarundam blasphemiarum prod giofa mendacia: eaque offendenda & ingetenda multis publicè præuat inque circumferunt: Afferentes talia in nostro esse sensu, qualia diabolico continentur iudicio: quæ salub in nos, ad excitandam inuidiam iactitari, facillè & iufficienter subscriptione vnus probaremus anathematis, nisi malignitas eorum, qui se grauati putant, si de nobis benè sentiant, ipsam subscriptionis nostræ breuitatem suspectam esset habitura. Vnde ne huius querelæ inueneretur occasio, necessarium conueniensque credidimus, vt siue ad calumniantium animos mitigandos, siue ad eos quorum auribus tale aliquid insonuit, instruendos, quantum adiuuante Domino, fieri poterit plenè iocundeque pandamus, quid de peruersis definitionibus iudicemus. Propositis igitur singillatim sexdecim capitulis, sub vnoquoque eorum, sensus nostri & fidei quam contra Pelagianos ex Apostolica Sedis auctoritate defendimus, verba ponemus: vt qui pauluim se ad legenda hæc dignati fuerint occupare, euidenter agnoscant, impiatum profanarumque opinionum nullum cordibus nostris inhaesisse vestigium: & blasphemias quas perspexerunt nostra professione damnari, in eandem repertoribus censeant debere puniti.

OBIECTIO PRIMA.

Quod Dominus noster Iesu-Christus non pro omnium hominum salute, & redemptione sit passus.

RESPONSIO.



CONTRA vulnus originalis peccati, quo in Adam omnium hominum corrupta & mortificata natura est, & vnde omnium concupiscentiarum morbus inoleuit, verum & potens, ac singulare remedium est mors Filij Dei Domini Iesu-Christi: qui liber à mortis debito, & solus absque peccato, pro peccatoribus & debitoribus mortuus est. Quod ergo ad imaginem & potentiam pretij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc sæculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertransierunt, redemptionis alieni sunt. Cùm itaque propter vnam omnium naturam, & vnam omnium causam à Domino nostro in veritate susceperunt, rectè omnes dicantur redempti, & tamen non omnes à captiuitate sint eruti, redemptionis proprietates hæc dubie penes illos est, de quibus princeps mundi missus est foras, & iam non vasa diaboli, sed membra sunt Christi. Cuius mors non ita impensa est humano generi, vt ad redemptionem eius etiam qui regenerandi non erant, pertinere: sed ita, vt quod per vnicum exemplum gestum est, pro vniuersis per singulare sacramentum celebraretur in singulis. Poculam quippe immortalitatis, quod consecutum est de infinitate nostra

& virtute diuina, habet quidem in se vt omnibus pro sit: sed si non bibitur, non medetur.

OBIECTIO II.

Quod Deus nolit omnes saluare, etiamsi omnes saluari velint.

RESPONSIO.

CVM veritas dicat: *Si vos cum sitis mali, iustis bona* Matth. 72
dara dare filijs vestris, quanto magis Pater vester
cælestis oabit bona petentibus, se? qui fieri potest vt Deus qui etiam illos saluat, de quibus dicit non potest quod saluari velint, nisi aliqua causæ existant, de quibus, quamvis sint nobis incognoscibiles, ita tamen benè iudicat, de quo dici non potest, aliter eum quicquam facere debuisse, quàm fecerit? Remota ergo hac discrezione, quam diuina scientia inter secretum iustitiæ suæ continet, sincerissimè credendum atque proficendum est, Deum velle vt omnes homines salui fiant. Si quidem Apostolus, cuius ista sententia est, sollicitissimè præcipit quod in omnibus Ecclesiis piissime custoditur, vt Deo pro omnibus hominibus supplicetur: ex quibus quod multi percut, percutiunt. Vnde etiam quod multi saluantur, saluantis est donum: vt enim reus damnetur, inculpabilis est Dei iustitia; vt autem reus iustificetur, inculpabilis Dei gratia est.

1. Tim. 23

OBIECTIO III.

Quod Deus maior em partem generis humani ad hoc creep vt illam perdat in æternum.

RESPONSIO.

OMNIUM quidem hominum Deus creator est, sed nemo ab eo idèd creatus est vt periret: quia alia est causa nascendi, & alia est pereundi. Vt enim nascatur homines, conditoris est beneficium: vt autem pereant, præuicatoris est meritum. In Adam quippe, in quo omnium hominum præformata natura est, omnes peccauerunt, eademque sententiæ, quam ille excepit, obstricti sunt. Neque ab hoc vinculo, etiamsi propriis peccatis careant, resoluuntur, nisi in sacramento mortis & resurrectionis Christi per Spiritum sanctum renascantur. Nihil ergo impius & indoctus est, qui vitium naturæ non discernit ab auctore naturæ: à quo potius alienum est quicquid in vnoquoque damnandum est. Creat enim homines vt sint homines: nec multiplicandis generationum successibus officium suum subtrahit, secundum consilium bonæ voluntatis suæ, reparaturus in multis quod ipse fecit; puniturus in multis quod ipse non fecit: Sicut per inobedientiam Rom. 7
vnus hominis peccatores constitutus sum multi, ita & per vnus hominis obedientiam iusti constituentur multi.

OBIECTIO IV.

Quod maior pars generis humani ad hoc creatur à Deo, vt non Dei, sed diaboli fuerit voluntatem.

RESPONSIO.

IN ANIMUM omnino & contra rationem est dicere voluntatem Dei ex Dei voluntate non fieri, & damnatorem diaboli eiusque famulorum, velle vt diabolo seruiatur. Sed hoc Catholicis Pelagianis consequenter se obijcere existimant, qui Adæ peccatum transisse in omnes dissentunt. Quoniam si primam naturam originalis

originalis culpa non obliget, non ſint obnoxii diabolo paruli: nec indigent eui de poteſtate tenebrarum, qui nunquam à ſuo autore diſceſſerint. Nos autem qui omnes in Adam periſſe profitemur (venit enim *Filius querere & ſalvare quod perierat*) nec dicimus idè creati quemquam hominem vt diaboli faciat voluntatem: & agnoſcimus omnem hominem non redemptum; diabolo eſſe captiuum. Præuaticatio enim hominum, diſpoſitæ à ſæculis creationis ordinem turbare non potuit, & meritò creatura peccatrix pænalem dominationem illius patitur, cui, reſiſto vero Domino, ſponte fe vendidit. Hæc quippe ſeruitus non inſtitutio eſt Dei, ſed iudicium, quo ſtraus deceptoris diaboli facta eſt decepto, & malè credulo homini pænâ peccati. De qua nemo eruitur, niſi per mediatorum Dei & hominum hominem Chriſtum Jeſum, cuius græuita grata, & multorum malis meritis non tribuitur, & nullorum bonis meritis præuenitur.

OBIECTIO V.

Quòd peccatorum noſtrorum auctor ſit Deus, eò quòd malam faciat voluntatem hominum, plaſmet ſubſtantiam qua naturali motu non poſſit niſi peccare.

RESPONſIO.

H Vius quoque obiectionis vanitas de illa procedit ſchola, in qua natura humana immunis à peccato Adæ, & illata defenditur, vt quia omnes homines præuaticationis reos & damnationis obnoxios naſci, perituroſque niſi in Chriſto renaſcantur, aſſerimus, eundem videamur dicere auctorem culpæ, quem profitemur conditorem eſſe naturæ. Quod nos à ſenſu noſtro penitè abdicamus, qui Deum iuſtum, bonum, & humanæ ſubſtantię & interiorum, exteriorumque ſenſuum nouimus creatorem, vt proſuſ ab illo ſit quicquid pertinet ad naturam, & proſuſ non ab illo ſit quicquid contra naturam eſt. Peccatura autem contra naturam eſt, de quo mors, & omnia que ſunt mortis, oriuntur. Quibus malis tunc fe homo induit, quando illum fide, obedientiaque priuatum, in ſuas promiſſiones diabolus à Dei lege traduxit, omniaque ſibi poſteritatis eius gemina, per conditionem deprauatæ ſtirpis obtinuit. Vidè ſi qua in Chriſto nota creatura eſt, libera ſit diabolo, & ſubiiciatur Deo reformatà à deformitate ſua ad imaginem eius qui creauit eam. Quod niſi fiat, remanet in illo, in quo omnes moriuntur, non habens ſortem in eo, qui omnes viuificantur. Non igitur cuiuſquam peccati auctor eſt, ſed naturæ creator eſt. Quæ cùm poteſtatem habuerit non delinquendi, ſponte deliquit, & deceptoris ſuo propriæ voluntate fe ſubdidit. Nec naturali, ſed captiuo motu verſatur in vitio, donec moriatur peccato, & viuat Deo: quod ſine gratia Dei facere non poteſt: quia libertatem quam libertate perdidit, niſi in Chriſto liberante non recipit. *Non eſt enim aliud nomen ſub calo datum hominibus, in quo oportet eos ſaluos fieri.*

OBIECTIO VI.

Quòd Deus tale in hominibus plaſmet arbitrium, quale eſt demonum: quòd proprio motu nihil aliud poſſit, vel velit, niſi malum.

RESPONſIO.

T Orus quidem mirandus, ſicut ait Ioannes Apoſtoliſ, in malo quo poſitus eſt: & multorum hominum talis eſt malitia, qualis & demonum. Qualibus dicebat Dominus: *Progenies viperarum! quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? &c. Vos de diabolo patre naſi eſtis, & concupiſcentias patris vſtri facere vultis.* Sed hoc inter malos homines diſtat & demones, quòd hominibus etiam valde malis ſuperèſt, ſi Deus miſereatur, reconciliatio: demonibus autem nulla eſt in æternum ſeruata cõuerſio. Sicut ergo præuaticatoribus Angelis non Deus indidit illam, quæ in veritate non ſte-

tit, voluntate: ita nec hominibus hunc affectu, quo diabolus imitantur, inferuit. Mendax enim de proprio loquitur, & liber à mendacio non erit, niſi cum veritas liberauerit. Ioan. 5.

OBIECTIO VII.

Quòd hæc ſit voluntas Dei, vt magna pars Chriſtiano-rum ſalua eſſe nec velit, nec poſſit.

RESPONſIO.

S I de his hoc dicitur, qui pietatem Chriſtiane conuerſationis & fidei deſerentes, in prophanos errores, aut in damnabiles mores irreuocabiliter tranſierunt, non dubium eſt quòd talem voluntatem habentes ſalui eſſe nolunt: & quamdiu ſalui eſſe nolunt, ſalui eſſe non poſſunt. Sed nullo modo credendum eſt huiusmodi homines, in hanc deſperationem ex Dei voluntate ceidiſſe, cùm potius aileuer Dominus omnes qui conuertunt, & erigat omnes elioſ. Nemo enim niſi illius gratiã erigitur, nemo niſi illius gratiã ſtabilitur. Dei ergo voluntas eſt vt in bona voluntate maneat: qui & priùs quàm deſeratur, neminem deſerit: & multos deſerentes læpè conuertit. Pfal. 144.

OBIECTIO VIII.

Quòd nolit Deus vt omnes Catholicos in fide Catholica perſeuerent, ſed velit vt magna exinde pars apoſtate.

RESPONſIO.

N On eſt diſſimilis blaſphemiz huius impietas, à præcedente ſententia: quòd ergo ad illam, hoc etiam ad iſtam, quæ in nullo eſt diuerſa, reſponſum ſit.

OBIECTIO IX.

Quòd velit Deus, vt magna pars Sanctorum à ſanctiſſimis propoſito ruat.

RESPONſIO.

N Ec huius definitionis inſania aliud ſonat, quàm gemina obiectionis prælocuta eſt. Vnde mirandum eſt obiectionem tertio repetiſſe, quòd ſemel dixiſſe ſuffecerat: ſed vt res eſt, numerum criminatioſ augere voluit, quia ſenſum variate non potuit.

OBIECTIO X.

Quòd adulteria & corruptela virginum ſacrarum idè contingant, quia illis Deus ad hoc prædeſtinauit vt caderent.

RESPONſIO.

D Eſtenda & abominanda opinio, quæ Deum cuiuſquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit auctorem: cuius prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iuſtitiam eſt: *Vniuerſa enim via Domini miſericordia & veritas.* Adulteria enim maritatarum, & corruptelas virginum non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed dan-nare: nec diſponere, ſed punire. Quæ mala homines cùm admittunt, ſuis concupiſcentiis & cupiditatibus ſeruiunt, quas ab illa prima voluntariæ præuaticationis labe traxerunt: Cùm autem declinant à malo, & faciunt bonum, à Domino greſſus hominis dirigitur, & viam eius uolet. Propter quod dicit Apoſtoliſ: *Oramus autem ad Dominum, vt nihil mali faciatis: non ut nos probati appareamus, ſed vt vos quòd bonum eſt, faciatis.* Non ergo caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, nec que cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei, aut exciuit, aut ſuaſit, aut impulit: ſed planè prædeſtinauit iudicium ſuum, quòd vnicuique retribuitur eſt, prout geſſit, ſue boni, ſue mali: Quod iudicium futurum omnino non eſt, ſi homines Dei voluntate peccarent. Erit autem maniſeſtiſſimè. Et omnis homo quem diſcreto diuine ſcientiæ in ſiniſtra conſtituerit parte, damnabitur: quia non Dei, ſed ſuam executus eſt voluntatem. Pfal. 36. a. Cor. 13.

OBIECTIO XI.

OBIECTIO XI.

Quòd quando incēditate pater filios, & matres filios: vel quando servus Dominos occidit, & ideo sine quia illa Deus prædestinavit fieret.

RESPONSIO.

SI diabolo obiceretur quod talium facinorum ipse Sauthor, ipse esset inceptor, puto quod aliqua ratione exonerare se hac posset invidiâ, & talium scelerum patratorem de ipsorum voluntate vinceret; Quia etsi delectatus est furore peccantium, & probaret tamen se non intulisse vim criminum. Quâ ergo insipientiâ, quæve dementia definitur ad Dei referendum esse consilium, quod nec diabolo in totum ascribi potest, qui in peccantium flagitiis illecebratur adiutor, non voluntatum credendus esse generator? Nihil ergo talium negotiorum Deus prædestinavit ut fieret: nec illam animam nequiter, utpiterque victuram, ad hoc ut taliter viveret, præparavit: sed talem futuram non ignoravit, & de tali iustè se iudicaturum esse præcavit. Atque ita ad prædestinationem eius nihil aliud referri potest, nisi quod aut ad indebitam pertinet gratiæ largitatem.

OBIECTIO II.

Quòd Dei prædestinatione efficiantur de filiis Dei filij diaboli, & de templo sancti Spiritus templum demonum, & de membris Christi membra meretricis.

RESPONSIO.

PRædestinatio Dei etsi apud nos, dom in præsentis vitæ periculis versamur, incerta est, apud illum tamen, qui fecit quæ futura sunt, incommutabilis permanet: nec quæ illuminavit, obsecrat: nec quæ edificavit destruit: nec quæ plantavit, euellit. *Sine penitentia enim sunt dona & vocatio Dei: & firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt eius.* Nullo igitur modo prædestinatio Dei facit ut aliqui ex filiis Dei filij sint diaboli; aut ex templo sancti Spiritus templum sint demonum: aut ex membris Christi, fiant membra meretricis, sed potius prædestinatio facit ut ex filiis diaboli fiant filij Dei: & ex templo demonum, templum fit Spiritus sancti: & ex membris meretricis, membra sint Christi. Quia ipsi alligat fortem, & vasa eius rapit, eruens ea de potestate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam. Hi autem de quibus dicitur: *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent virque nobiscum;* voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia præcavisti sunt casuri, non sunt prædestinati. Essent autem prædestinati si essent reuerfuri, & in sanctitate æ veritate manfuri. Ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.

OBIECTIO XIII.

Quòd omnes illi Fideles & Sancti, qui ad æternam mortem prædestinati sunt, quando ad vomitum suum relabuntur, vitio quidem suo hoc facere videntur: sed ipsius vitij causa est diuina prædestinatio, quæ illis latentèr subtrahit bonas voluntates.

RESPONSIO.

IDem blasphemiarum spiritus perseverat, & à præcedentibus mendaciis subséquens impietas non recedit: quam prorsus vera ratio reprobât, & incunctanter sana doctrina condemnat. Quia omnibus quidem à fide ad infidelitatem, à sanctitate ad turpitudinem relapsis, & ante finem vitæ nullâ emendatione purgatis, nihil aliud quàm mors æterna debetur: sed nefas est Deo adscribere causas talium rufinarum. Qui etsi ex æterna scientia præcognitum habet, quid vnicuique meritis retributurus sit, nemini tamen per hoc quod falli non potest, aut necessitatè, aut voluntatem intulit delinquendi.

Si ergo à iustitia & pietate quis deficit, suo in præceptis fertur arbitrio, suâ concupiscentiâ trahitur, sua persuasione decipitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil agit Spiritus sanctus: nec tali negotio quicquam diuinæ voluntatis interuenit: cuius opere multos scimus, ne laberentur, retentos: nullos autem, ut laberentur, impulsos.

OBIECTIO XIV.

Quòd pars magna illa Christianorum Catholicorum factum, atque Sanctorum, quæ ad ruinam & perditionem prædestinata est, etiamsi petat à Deo sanctiſſima perseverantiam, non imperabit: eò quòd mutari non potest diuina prædestinatio, quæ illos præordinavit, præparavit, præcipiavit, ut caderent.

RESPONSIO.

AD prævaricationem legis, ad neglectum religionis, ad corruptelam disciplinæ, ad defectionem fidei, ad perpetrationem qualiscunque peccati, nulla omninò est prædestinatio Dei. Nec fieri potest, ut per quem talibus malis surgitur, per eum in talia decidatur. Si ergo in sanctitate vivitur, si in virtute proficitur, si in bonis studiis permanetur, manifestum munus est Dei, sine quo nullus boni operis fructus acquiritur. Si autem ab his receditur, & ad vitia atque peccata transitur, nihil ibi Deus male tentationis immitit, & recessurum non deserit, antequam deseratur; & facit plerumque, ne deserat, aut etiamsi discessit, ut redeat? Cur autem illum retineat, nec possibile est comprehendere, nec licitum vestigare, cum scire sufficiat, & ab illo esse quod statur, & non ab illo esse quod roitur.

OBIECTIO XV.

Quòd omnes illi Fideles & Sancti qui ad æternam mortem prædestinati sunt, posteaquam occiderint, sic à Deo dispensentur, ne possint, vel velint per penitentiam liberari.

RESPONSIO.

NON veraciter, nec sapienter hoc dicitur. Qui enim à fide & sanctitate exciderunt, sicut voluntate prolapsi sunt, ità voluntate non surgunt, & dominum concupiscentiarum, quibus succubierunt, sponte patiuntur. Si qui autem captiuitatem suam gemunt, & iudicantes semetipsos, ad misericordiam Dei mutato corde confugiunt, non sine spiritu diuinæ visitationis hæc faciunt. *Hac enim mutato dextera Excellsi, qui innumeris lapsis dat penitentiam, ut respiciant à diaboli laqueis, à quo captiuis tenebantur ad ipsius voluntatem.* Nemini autem Deus correctionis admittit viam, nec quemquam boni possibilitate dispoliat. Quia qui se à Deo auertit, ipse & velle quod bonum est, & posse sibi sustulit. Non est ergo consequens, sicut putant qui talia obiiciunt, ut Deus, quibus penitentiam non dederit, respicientiam abtulerit: & quos non leuauerit, alliterit: cum aliud fit infonsent in erimen egisse, quod alienum est à Deo: aliud criminofino veniam non dedisse, quod de peccatoris est merito.

OBIECTIO XVI.

Quòd magna pars illa Fidelium atque Sanctorum, quæ ad æternam mortem prædestinata est, quando dicit Deo in oratione dominica: Fiat voluntas tua: nihil aliud quàm contra se petat: id est, ut cadam & ruan: quia voluntas Dei hæc est, ut æterna morte pereant.

RESPONSIO.

NON hoc Veritas dicit, quod hæc sit voluntas Dei, ut Fideles & Sancti à fide atque innocencia tuerent, & pereant in æternum: sed veritas dicit: *Hæc est voluntas eius qui in. misit Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquid, sed resuscitem illud in nouissimo die.* Quod ergo Pater Filio dedit, Filius omninò non perdit. Idem enim dicit: *Omne quod dat mihi Pater, venit*

Rom. 11.

1. Tim. 2.

Marc. 6.

1. Ioan. 2.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

venis ad me, & non eieciam foras. Quod si per generalitatem vocationis, & per abundantiam bonitatis Dei etiam non perseveraturi perseveraturus admixti sunt, hi cum à pietate deficient, non ex Dei opere, sed ex sua voluntate deficient, nec impelluntur vt cadant, nec eiecuntur vt deficiant; casuri tamen & recessuri ab eo, qui falli non potest, præcipientur. Quamdiu itaque in oratione dominica dicunt: *Fiat voluntas tua*: non hoc contra se petunt, quòd Deus nullo modo vlla ratione facturus est: id est, vt cadant & ruant. Hoc enim ipsorum nequitia, ipsorum esse consummatam libertas. Sed planè illud contra se petunt, quod diuinæ voluntatis esse non dubium est, vt scilicet, cum veneris filius homi-

nis in maiestate sua, & sederis super thronum gloriæ suæ, congregentur ante eum omnes gentes, & separet eos ab inuicem, alios ad dextram, alios stantens ad sinistram: & audiant eum dextris dicentem: *Venite benedicti Patri mei! possidete regnum paratum vobis à constitutione mundi. Audiant & sinistri; Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem parauit Pater meus diabolo & angelis eius.* Igitur qui facturi non sunt voluntatem Dei, & petunt vt fiat voluntas Dei, in eo quod Dei voluntate faciendum est, audiuntur, vt imitatores diaboli cum diabolo iudicentur. Qui enim voluntatem D. i spreuerunt inuitantem, voluntatem Dei sentient vindicantem.

Math. 23

F I T I S.

D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS, AD EXCEPTA, QUÆ DE GENVENSIV CIVITATE SVNT MISSA,

RESPONSIONES.

Camillo & Theodoro, venerabilibus Presbyteris, Prosperi.



IN Libris beatæ memoriæ Augustini Episcopi, quorum titulus est de prædestinatione Sanctorum, quædam Sanctitatem vestram vel insolita, aut minus clara mouerunt, quæ ad humilitatem meam, de contextu disputationis excerpta, misistis: vt quo intellectu, vel quo iudicio ea accepterim, noiceretis: quasi plus in me, quam in vobis ad hæc introspectienda esset ingenij: ac non magis in hoc examine vestræ facultatis debueritis exercere menturam: & si aliqua vò morabatur obscuritas, decurrere ad Patrem luminum, à quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, & à quo datur Spiritus sapientiæ & intellectus: veruntamen præceptis vestris obsequium meum non subtraham, & adiuuante Domino qui sapientiam præstat paruulis, de capitulis istis, quid cum sanctis & eruditis fratribus sentiam, breuiter indicando, petens ne vbi est simplicitas obedientiæ, præsumptionem esse puritis doctrinæ. De excerptis itaque hæc prima posuistis, in quibus verba sunt Sancti Augustini Episcopi.

Iacob. 1.

Psal. 18.

Aug. lib. 1. de præd. Sanct. c. 3. Rom. 9.

Iacob dilexi, *Esu odio habui.* Ad hoc perduxit rationationem, vt dicerem: *Non* ergo elegit Deus opera cuiusquam quæ ipse daturus sit; sed fidem elegit in præscientia. Vt quem sibi crediturum esse præciseret, ipsum elegerit, cui Sanctum Spiritum daret: vt bona operando etiam vitam æternam consequeretur. Non dum diligentiùs quæsieram, nec adhuc inueneram, qualis esset electio gratiæ.

DVBIVM II. In verbis eiusdem.

Idem ibid. 1. Cor. 12.

AC deinde subiunxi: Quòd ergo credimus, nostrum est: quòd autem bona operamus, illius est, qui credentibus dat Spiritum sanctum: quod professò non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ datur in eodem Spiritu: vtrouque tamen datum est propter Spiritum fidei & charitatis.

DVBIVM III. In verbis eiusdem.

Aug. ibid.

AC per hoc, quod etiam postea dixi: *Quia* neque velle possumus, nisi vocemur: & cum post vocationem vulerimus, non sufficit voluntas nostra & cursus noster, nisi & Deus vires credentibus præbeat, &

ducat quòd vocat. Ac deinde subiunxit: Manifestum ergo non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei esse quod bene operemur. Omnino verissimum est, sed parùm de ipsa vocatione disserui, quæ sit secundum propositum Dei. Non enim omnium qui vocantur, talis est sed tantum electorum.

RESPONSIO AD HÆC TRIA.

IN his tribus capitulis, licet diuisa sint à disputatione corpora, & eo ipso obscuriora sint facta, quòd & præcedentibus, & mediis, & subsequenteribus non cohererent: intelligendo tamen quod vnâ atque eandem causam scriptor exequitur, de eis loquens, qui dicebant eum primo conuersionis suæ tempore meliora sensisse, quando æstimat quòd fides qua Christiani sumus, non esset ex gratia, nec ex dono haberetur Dei, sed esset ex ipso homine, & ex arbitrii libertate: Modò autem errare eum quia aliteret ipsam etiam fidem, Dei esse donum: & ad hanc quoque pertinere quòd dictum est: *Quid autem habes quod non accepisti?* Neque rectè eum nunc electionem Iacob ad propositum Dei referre, quam priùs ad præscientiam retulisset. Ad hæc ergo obiectionem respondet, se, antequam cognosceret gratiæ veritatem, & antequam regendæ præponeretur Ecclesiæ, in hac opinione ignotanter errasse: sed in ipso Episcopatus sui exordio, sanctæ memoriæ Simpliciano Mediolanensi Antistite, de Iacob electione & de Esau reiectione consulto totam questionem ad hos geminos pertinentem, sagaciorè diligentia ventilasse: & omnibus ratiocinandi viribus hoc indubitanter agnouisse, quòd electione gratiæ nulla merita humana præcedant: & quòd fides, vnde incipiunt omnia merita, donum sit Dei: ne gratia non sit gratia, si aliquid eam propter quod tribuatur, antequam. Itaque in eo quod dictum est, *Iacob dilexi*, ostensum esse quòd homini donaretur: & in eo quod dictum est, *Esau autem odio habui*, ostensum esse quid homini deberetur. Hoc autem se in libro Retractionum secundo suo opere studiosè reuoluisse. Et cum omnes opiniones suas censoriâ grauitate discuteret, istam, quam obtrahentes eius eligit, improbasse, quæ ante Pelagianæ hæresis ortum tuorum errori amicam esse præiudicet, & reuelata sibi gratiæ veritate reiecit. Quæ igitur ratio est, vt hanc viri huius professionem non approbemus, quæ nos ad castigandas opiniones nostras, si in quas fortè imprudenter incidamus, exemplo suæ correctionis instituit: & quia docet à Deo nos accipere, quod vt accipiamus, iubemur orare? Si enim consideremus Pelagianæ argumenta perdidit, quid magis nititur obtinere, quàm vt videatur gratia Dei sentendum

1. Cor. 4.

Rom. 10.

merita

Gal. 2.
2. Theff. 1.
Rom. 7.
1. Cor. 13.
Rom. 3.

Ephes. 2.
Philip. 1.
Hebr. 12.

1. Theff. 3.

Eodem l. cap. 9.
Rom. 5.

Rom. 9.

Prosper.

Tim. 1.

credant, & sufficit impiis magisterium legis adhiberi: de quo dictū est: *Si ex lege est iustitia, ergo Christus gratis moriturus est: Quod similiter dici potest etiam de natura.* Frustra etiam Apostolus gratias agit Deo pro his qui Evangelium receperunt, cum aut secundum Pelagianos non Dei sit præstitum munere, sed ex sola habeatur hominum voluntate. Et frustra quibusdam precatur idem Apostolus, ut sit eis pax & charitas cum fide, à Deo Patre & Domino Iesu Christo: ut iam non solum de fide, sed etiam pax & charitas, superbia hæreticorum committatur dicere, de proprio se has habere virtutes. Quod si hæc ex homine sunt, quid obest ut non ex semetipso habeat & cætera bona quæ inferiora sunt, cum audeat sibi deputare quæ summa sunt, & sine quibus alia, quamvis multa & clara, non profunt? Non potest ita quæ meritò refutari quod dictum est: Fides eadur & inchoata & perfectæ, donum Dei est: quia eadem & Apostoli vox est dicentis: *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus: ne forte quis exollatur.* Et, *Vobis do autem est pro Christo, non solum ut in eum creditis, sed etiam ut pariamini pro eo.* Et iterum: *Per parentiam curamus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum.* Quibus & plurimis aliis testimoniis divinarum Scripturarum, indubitanter agnoscitur: quoniam, sicut ab hoc viro definitum est, fides & inchoata, & perfectæ, donum est Dei; & hoc donum, inquit, quibusdam dari, quibusdam non dari, omnino non dubitat, qui non vult manifestissimis Sacris literis repugnare. Non putemus hoc veraciter dictum, si omnes homines Fideles sunt; sed cum alij credant, alij verò non credant, dicatque Apostolus; *Non enim omnium est fides; quis non videat fidem, quam acceperunt qui habent, non accepisse qui non habent?*

DVBIVM VI.

DEinde ait; Cur autem non omnibus daretur, Fidelem mouere non debet, qui credit ex vno omnem esse in condemnationem sine dubitatione iustissimam; ita ut nulla esset Deo iusta reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur. Vnde constat magnam esse gratiam quodd plurimi liberantur, & quid sibi liberetur, in eis qui non liberantur, agnoscunt; ut qui gloriantur, non in suis meritis, quæ paria vident esse damnatis, sed in Domino gloriantur. Cur autem istum potius quam illum liberet, inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vix ipsius. Melius enim & hic audimus (aut dicimus) *Ob homo! tu quis es qui respondens Deo? quam dicere audeamus, quasi nouerimus quod occultum esse voluit, qui tamen aliquid iniustum velle non potuit.*

RESPONSIO.

Hæc omnia si non rectè dicta sunt, scrutabilia sunt iudicia Dei, & vestigabiles viæ eius. Nec occultum est, quare ille potius quam iste saluatur, & in se, non in Domino gloriabitur, qui aliis vitio suo perentibus, electione dignus inuentus est. Ac si iustitia quidem erit quodd plurimi damnantur; sed non erit gratia quodd plurimi liberantur. Absit hæc à Catholicis cordibus, absit talis impietas, ut quecumq putemus meritis suis erui de potestate tenebrarum, & in regnum Filij Dei debita non gratuita adoptione transferri. Magno peccato perit Adam, & in illo omnes perierunt. Quia omni homini damnata natiuitate genito hoc in Adam debetur ut pereat. Et sicut non possumus conquiri de eo quod in præteritis seculis dimisit omnes gentes ingredi vias suas: ita iustam non haberemus querelam, si cum eis, cum quibus nobis fuit causa communis, cessante adhuc gratiâ, periremus. Quæ tamen sicut tunc de omni mundo eruit paucos: ita nunc de viuere genere hominum saluat innumeros: non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tempora æterna.

DVBIVM VII.

SUBnexiuitis etiam, quod post multa differens ait: Aug. lib. 1. de prædest. Sanctorum cap. 16.
Est ergo in malorum potestate peccare: ut autem peccando hoc vel hoc illâ malitiâ faciant, non est in eorum potestate; sed Dei, diuidentis tenebras & ordinantis eas, ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.

RESPONSIO.

QVod cum sit apertissima veritatis, miror inter oblectura decerpunt: quasi non ex cohærentibus potuerit omnis hæretico Lectoris absolui. Inspicite ergo quod sequitur: Legimus, inquit, in Actibus Apostolorum quod cum dimissi à Iudæis Apostoli venissent ad suos, & indicassent quanta eis sacerdotes & seniores fecerunt, leuauerunt illi vocem vnanimes omnes ad Dominum, & dixerunt: *Domine! tu es qui fecisti celum & terram, & omnia quæ in eis sunt, qui per os patris nostri Davidi sancti quæri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi mæstrati sunt inania? Assuerunt Reges terra, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius? Conuenerunt enim in veritate, in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnixisti, Herodes & Pilatus, & populus Israël, facere quanta manus tua & consilium prædestinauit fieri. Si ergo quæ per os patris nostri Davidi Spiritus sanctus prophetauit, aliter inteligi villo modo quam ab Apostolis sunt intellecta, non possunt, & Herodes ac Pilatus & populus Israël fecerunt, quanta manus Dei & consilium prædestinauit fieri, quid inconueniens ait admirabilis dispositio? Est, inquit, in malorum potestate peccare: ut autem peccando hoc vel hoc illâ malitiâ faciant, non est in eorum potestate, sed Dei diuidentis tenebras & ordinantis eas: ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei. Malè enim velie facultatem est malis: & eorum damnabilem voluntatem non dubium est à Dei potestate concludi, ut effectum cupiditatis suæ, nisi ille permisit, habere non possint. Vt autem sapientiam & iustitiam Dei etiam malorum operibus, quæ ex ipsorum prodeant appetito, ad implenda consilia & iudicia sua nullus, vel tenuerit secundum pietatem doctus, ignorat: qui videt Dei Patris optimam voluntatem, non parentis Filio suo, fed pro nobis omnibus tradentis eum, pessima traditorum Iudæ & Iudeorum voluntate completam: Et qui in Evangelicis paginis legit, dicente Pilato ad Iesum: *Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?* respondeit Dominum: *non haberes in me potestatem ullam, nisi esset tibi data desuper.* Dimisit itaque Deus inter lucem & tenebras: nec inde increpabiles sunt tenebræ, quia eis benè vitur Deus, qui etiam de opere ipsorum, quodd filiis lucis in bonum procederet, ordinauit: tantum progredi finens malitiam nocere capientium, quantum eam Sanctis viis castigandis nouit vilem, vel probandis: ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.*

DVBIVM VIII.

SEquitur deinceps quod in libro inuenitur secundo: Aug. de bono feuer. lib. c. 14.
San quisquam dicere audebit, Deum non præcisse quibus esset daturus ut crederent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam? Quæ vti que si præcuiuit, profectò beneficia sua, quibus eos dignatur liberare, præcuiuit. Hæc prædestinationatio Sanctorum nihil aliud est, quam præcipientia scilicet, & præparatio beneficiorum Dei; quibus certissimè liberantur quicunque liberantur. Cæteri autem, vbi nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquuntur, vbi Tyrrij relicti sunt & Sidonij, qui etiam credere poterunt, si mira illa Christi signa vidissent? Sed quoniam vt crederent non eis erat datum; etiam vnde crederent est negatum.

RESPONSIO.

Quia istis resistunt, hoc sentite apertissime probatur, quod fides non sit donum Dei, & quod gratia non præueniat liberium arbitrium, sed sequatur, & quod gratia Dei secundum merita nostra detur. Nam si aliquod conferri homini per gratiam consentitur, & id non accipit nisi fides, quæ accepta non est, in ipsa est meritorium, cui non donum datur, sed debitum redditur. In hac sententia positi, consequenter sapiunt, eos esse prædestinatos in vitam æternam, quos per liberæ voluntariæ arbitrium fideles futuros præseruit Deus, ut ipsa Electorum prædestinatio non sit nisi retributio. Atque ita, in his qui prædestinati sunt secundum propositum eius qui vniuersæ operatur, non operetur Deus fidem: nec vlla sint hominis merita, si Deus operatur vniuersæ. Verè qui ista sentiunt, fidem non acceperunt, aut quam acceperant, perdidērunt, sequendo vanissimam Pelagianorum superbiam, & in se, & in Domino gloriano, qui operatur omnia in omnibus, bona profectò, non mala. Et si omnia bona, vtique & siem, sine qua nemo potest placere: & quæ est virtutum omnium fundamentum. Quale est autem, vt cum Dei sit ædificatio: *Et nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laboretur qui ædificant eam*: aut nolint isti fundamentum ad ædificum pertinere, aut se velint inchoare, quod Dominus possit extruere? Non erit ergo illis principium Filius Dei, non fundabuntur in ipso argulari lapide Christo Iesu, nec de eis dictum est, *Fundamentum autem fundamentum Dei stat*: Quia totam electionem suam solubili arenæ & succiduo cineri superponunt. Agnoscamus itaque sapienter, pièque fateamur, præscisse incommutabiles Deum quibus esset daturus vt crederent, aut quos daturus esset Filio suo, vt ex eis non perderet quemquam. Et si hæc præscit, beneficia sua illum, quibus nos dignatur liberare, præscisse. Et hanc esse prædestinationem Sanctorum: præscientiam scilicet & præparationem gratiæ Dei qua certissime liberantur quicumque liberantur. Cæteros autem quicumque non liberantur, quos à generali perditione humani generis gratia non eximit, iusto nouerimus iudicio non exemptos: & quid nobis remissum sit, in eis discamus, de quorum queri damnatione non possumus. Non est enim iniquitas apud Deum, neque quisquam sub iudicio eius innocens perit. Sicut enim hic ipse insignis gratiæ prædicator alibi ait: *Reddet omnino Deus & mala pro malis, quomodo iustus est: & bona pro malis, quomodo bonus est, & bona pro bonis quomodo iustus & bonus est, tantummodo mala pro bonis non reddit, quomodo iniustus non est. Reddit ergo mala pro malis, pœnam pro iniustitia: & reddit bona pro malis, gratiam pro gratia: cum aliqui percutunt, non debitemus ipsorum meritis deputari quod pereunt: quos vtique postulat Deus misericorditer liberare, si vellet. Et cum aliqui liberantur, non audeamus definire, quòd digni fuerint liberari: quos vtique postulat Deus iuste damnare, si vellet. Quare autem non omnes, aut quare illos potius quàm illos liberet, nec necessarium est querere, nec possibile reperire: cum omnibus discretione istius arbitrii, scite sufficiat, quòd nec misericordia iustitiam, nec iustitia auferat misericordiam apud eum, & quo nemo nisi iuste damnatur, nemo nisi misericorditer liberatur. De Tyrhis verò & Sidonius quid aliud possumus dicere, quàm non esse eis datum vt crederent, quos etiam credituros fuisse ipsa Veritas dicit, si talia, qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant, si possunt, qui calumniantur: & offendant, cur apud eos Dominus mirabilia quibus profutura non erant, fecerit. Nos etiam si rationem fidei, & profunditatem iudicij eius penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit. Et non solum Tyrhis &*

Sidonius, sed etiam Corozain & Bethsaida potuisse conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis Dominus voluisset operari. Neque enim vlli falsum videri potest quod Veritas ait: *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. & Vobis datum est nisse mysterium regni colorum, illis autem non est datum: Et, Nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem qui in nouis nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: Et, Sicut Pater viuificat mortuos, ita & Filius quos vult, viue facit. Et, Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto. His diuinarum vocum autoritatibus eruditi gratias agamus Deo, qui dedit nobis spiritus fidei & virtutis, continentis & charitatis, sapientis & intellectus, cōfessy & fortitudinis scientiæ & pietatis ac immortis sui. Quæ bona si non dedisset nobis, qui omnia operatur in omnibus, proflus non haberemus in nobis: & cum his, qui non cognouerunt Dominum, aut eum cognouissent, non sicut Deum gloriauerunt, aut gratias egerunt; sed hoc ipsum suæ sapientie deputantes, stulti facti & obsecratur corde aueruerunt in cogitationibus suis: Cum his, inquam, sederemus in tenebris & in vmbra mortis, nec querelam habentes de pœna, nec exultationem de ignorantia, nec præsidium de natura.*

DVBIUM IX.

Nunc iam quod sequitur, quale sit videamus: Sed aiunt, vt scribitis, neminem posse corruptionis stimulis excitari, si dicatur in conuictu Ecclesiæ audientibus multis: Ita fe habet de prædestinatione definita scientia voluntatis Dei, vt alij ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem, vel accepta perseverantia permaneritis in fide. Cæteri verò qui in peccatorum delectatione remoramini, idèò nondum surrexistis, quia necdum vos adiutorium gratiæ miserantis crexit. Verumtamen si qui estis nondum vocati, quos gratiâ suâ prædestinaneit eligendos, accipietis eandem gratiam qua velitis, & sitis electi. Et si qui obeditis, si prædestinati estis eiciendi, subtrahentur obediendi vites, vt obedire cessetis.

RESPONSIO.

Stupeo Sanctitatem vestram obiectionem calumniantium, à persona defensoris gratiæ non potuisse discernere, & verba obtruncantium ei ipsi, qui obtruncatoribus suis respondet, aptasse. Hæc enim de doctrina Catholici viri quidam nequit & nugatorie iactabant, quòd qui talem Dei gratiam prædicaret, vt fides & obedientia, cæteræque virtutes, & in eis vsque in finem perseverantia non nisi ex dono Dei haberi posse crederant, consequens esse, vt talibus verbis vteretur ad populum, & huiusmodi denuntiationibus omnem liberi arbitrij euitaret industriam. Quod quia piissimus Doctor literis eorum, ad quos scribit, agnouerat, idèò ait: Sed aiunt, vt scribitis: & postea ista cum dicunt. Ex hoc ergo potuissent aduertere non ipsum hæc dicere, sed eos, de quibus dixit: Sed aiunt vt scribitis: & ista cum dicant. Quod similiter Apostolus ait: *Sicut aiunt nos quidam dicere, & faciamus mala, vt veniant bona. Inferius autem vbi plenius à ista respondet, multò manifestius patet, quam hæc ab ipso nunquam taliter dicta sint, & quantum ei huiusmodi prædicationis forma displiceat. Quam corrigens & undans atque emendans, tolerabiliorem adficientibus facit, quæ vera sunt temperans, quæ falsa sunt relictans, & post multa adiciens: iam verò quod illis verbis conuenit, miror si vilo modo potest in populo Christiano quisquam in firmis patienter audire, cum dicitur eis: *Et si qui obediunt, præsciti estis eiciendi, subtrahentur obediendi vites, vt obedire cessetis*. Hoc enim dicere, quod videtur aliud esse, quàm male dicere, aut mala quodam modo prophetare? Et post hæc cum diceret, qualiter de his loquendum esset in populo, proprij sensus*

Ioan. 6.
Lu. 8.
Mat. th. 11.
Luc. 10.
I. Cor. 12.

I. Cor. 12.
Rom. 1.

Aug. lib. 2.
cap. 15. de
bono per-
seuer.

Rom. 3.

De bono
perseuer.
cap. 22.

I. Cor. 5.
Plal. 126.

I. Tim. 2.

I. Par. 16.
Aug. c. 23.
lib. de grat.
& lib. arb.
Et rem eandem
habet
conc. 7. in
Plal. 118.

Marth. 11.
Luc. 10.

Eodem
Cap. 22.

fus verba connexuit dicens: Illud etiam modum, quo vendendum esse in prædeterminationis prædicatione nos diximus loquenti ad populum non existimo debere sufficere nisi hoc, vel aliquod huiusmodi addat, vt dicat: Vos itaque etiam ipsam obediendi perseverantiam à Patre luminum à quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere: atque hoc faciendo confidere, non vos esse à prædeterminatione populi eius alienos: quia etiam hoc, vt faciatis, ipse largitur. Absit autem à vobis idè desperare de vobis: quoniam spem vestram in ipso habere iubemini, non in vobis. *Male dicta enim omnis qui spem habet in homine: & bonum est considerare in Domino, quàm considerare in homine: qui scilicet beati omnes qui confidunt in eum.* Et hanc spem tenentes: *Se iuste Domino in timore, & exultate et cum timore, quoniam de vita æterna, quam filius promissionis promittit non mendax Deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit illa vita que tentatio est super terram, sed faciet perseverare in se vsque ad huius vitæ finem, qui quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem.* Videlicet, obsecro, quantum distet hic sermo ab eo quem composuit malignitas obloquentium: qui studebant etiam ea que rectè dicit, exquisitè verborum fraude corrumpere? De quo idem Doctor rectè dixit ait: Dolosi autem vel imperiti medici est, etiam vile medicamentum sic all-gare, vt aut


Hier. 7.
Plal. 117.
Plal. 2.

Prosper.

non profit, aut oblit. Et iterum de simili ineptia; Nempe, inquit, hoc verissimum est; ita sanè, sed improbitissimum, importunissimum, incongruentissimum, non saluum cloquio, sed non salubriter valetudini humanæ infirmitatis appositum. Non igitur necesse est de his rationem reddere, quæ & ab aliis dicta, & ab ipso ostendimus improbata; ita tamen, vt nihil sibi per fallorum admixtionem præcipi pateretur ex veris. Quamvis enim nunquam tam insipienter locutus sit ad populum Christianum, & id quod mendax obtectatio ineptissimè finxit, horruerit: pià tamen, constantique doctrinà abundanter probavit, prædicandam esse Ecclesiæ prædeterminationem, in qua est gratiæ præparatio, & gratiam in qua est prædeterminationis effectus: & prædeterminationis Dei, quam ante secula æterna quibus esset collaturus sua dona, præciuit. Cuius prædeterminationis quisquis est impuginator, a peritissimus est Pelagianæ elationis adiutor. Hoc autem quod in fine poluistis, superiori capitulo, vbi Tyriorum & Sydoniorum mentio facta est, debuit copulati: quia etiam in libri corpore, eidem cause, sine cuiusquam diuersa distributionis interiectione, connexus est. Vnde & responso, quam præcedentibus subdidi, potest etiam ad istas sufficere: in quibus nulla est obscuritas, si de fide prædeterminationis & gratiæ Dei, ex qua est omnium bonorum origo, perseverantiæque meritiorum, hoc teneatur, quod habet veritas.

Aliquid potuerant, quod hic non ponitur ex c. 14. libr. 2. de bono perseverantiz Aug. & hoc sic incipit: Ex quo appareret habere quoddam in ipso ingenio, &c. Est illatio 13. Abbatis Chercimonis.

F I N I S.



D. PROSPERI AQUITANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS, DE GRATIA DEI, ET LIBERO ARBITRIO.

PRO DEFENSIONE D. AVRELIJ AVGVSTINI, HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Cassiani Presbyteri liberum, qui titulo, De protectione Dei, prænotatur.

CAPVT I.



RATIAM Dei, qua Christiani sumus, quidam dicere audent à sanctæ memoriæ Augustino Episcopo non reuocari esse defensam, libroque eius contra errorem Pelagianum conditos, immoderatè calumniis impete non quiescunt. Quorum inuis interstrepens domestica malignitas non inuis spernenda esset, quàm foris latrans hæretica loquacitas: nisi eiecitis extra ouile dominicum lapid, sub nomine ouium suffragarentur, essentque eiusmodi, vt nec ordo eorum in Ecclesiâ, nec ingenia despicienda videantur. Siquidem habentes speciem pietatis in studio, cuius virtutem differunt in sensu, trahunt ad se multos inereditos, & non habentia spiritum discretionis corda turbant: atque in eum statum deducere causam Ecclesiæ moluntur, vt dum nostros affirmant non veraciter pro gratia locutos, in inimicos gratiæ persuadent inuisè damnatos esse. Non ergo negligendum est hoc malum quod ab occultis, * prauitque feminibus augetur quotidie, & ab ortu suo latius longiusque distenditur: sed studendum est, in quantum Dominus adiuvat, vt fallacium calumniatorum hypocrisis detegatur: qui ex ipsa iniuriæ magnitudine, quam in vno cunctis, ac præcipue Apostolicæ sedis Pontificibus intulerunt, ab indoctis & parùm cautis, excellentioris scientiæ iudicantur, & misero peruersoque successu facilem mendaciam consensum eliciunt, quia reuerentiam sibi præsumptione pepererunt. Nec enim, cum sint bonæ opinionis viri, creduntur vilo modo tarditate intelligentiæ, aut temeritate iudicii,

Matth 7.

* Aliis paruis.

in superflua querelæ conclamationem potuisse prorumpere: ac non potius magno ingenio ac vehemènti studio laborasse, vt subtilissimè tractatoris disputationibus comprehensis, censura nunc distinctior & inspectio sagacior inueniret, quòd antè securus fauor, & benignitas curiosa non viderat: Vnde ergo hæc diligentiam seueri cernit examinis? Vnde in hanc austeritatem supercilium tam terreticæ frontis se armarit, vt mensuras sensuum, pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosius scrutator euentiler, magnanque se aliquid conficere præsumat, si Catholico prædicatori notam erroris attingat? quasi incognitum aiquod opus, & quod hæc vobis lauerit, impetatur: ac non illa his moribus doctrinæ lanietur, que nouorum hæreticorum commenta dissecit, & diabolicum tumorem Pelagianæ elationis elisit, Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei Catholica acies, huius viri ductu pugnat, & vincit. Vincit, dico, quia non patitur respirare quos vicit, & in quorum excidium, vnam cum ortuorum sacerdotum manu sententiam scripsit. Pulsi Pontificio, & communionem priuati, querantur quasi de felicitate nostræ victoriæ, & arment in nos linguas suas, qui exultare à veritate, quàm cines esse Ecclesiæ maluerunt: nostri autem concorporales, ac participes gratiæ Christi, cur de his armis quibus communis fides est defensata, cansantur? Cur bellum confectum retrahant, & munitiones securæ dudum pacis infirmant? An victores displicent, & viciè placent? tantaque insolentiâ dampnati fouentur errores vt prauitatis inuidiâ, & autores nostri pulsantur & iudices? An verò ita se nouorum censorum norma exactior temperauit, vt & nulla eorum quæ excifa

excisa sunt, asserat, & quædam ex his quæ defensa sunt, respuat? Ecce salua Catholica pace victoriæ, salua indissolubiliu reverentiâ decretorum, parati sumus patronos doctrinæ emendatoris audire, & circumcisas ab omni errore lineas subtilissimæ discretions agnoscere, constituat in medio quod de novis emerit ingenis. Ne ad obscurandum scientiam doctiorum, ea exagitate videamur quæ vulgus ignobile, & procax ineptorum loquacitas intemperanter effundit, vnius potissimum definitionis, quem non dubium est illis omnibus in sanctorum scripturarum studio præstare, referemus. Quæ etiam ob hoc solum interit in disceptatione oportet adsumere, quia verum ita se habeant, non potest dubitari. Scriptæ enim sunt, & auctoritatis sui editione confirmatæ: nec iam, an sit, querendum est: sed quid doceant, demonstrandum. Igitur in libro cuius prænotatio est: De protectione Dei, vir quidam sacerdotalis ordinis, qui disputant vñ inter eos, quibuscumque degit, excellit. A batem quandam introducit de gratia Dei & libero arbitrio disceptans, cuius se ostendit per omnia probasse, ac fuisse sententiam. Vt iam non cum illo nobis sit negotium qui fortè tales opinionem suas aut negando refutat, aut corrigendo dilucet: sed cum isto, qui ad instrumentum inimicorum gratiæ Dei, talem studium proferte doctrinam. Quæ tamen inter initia disputationis à veritatis pietate non distonat, & iusto honorari præconio meretur, nisi præcipiti lævoque progressu, in inchoata et ætitudine deviare: Nam post comparationem agricolæ, cui formam sub gratia ac fide viventis aptavit; & cuius infructuosum esse dixit laborem, nisi per omnia Dei auxilio iuaretur, intulit definitionem Catholicissimam, dicens;

Quibus manifestè colligitur, non solum actum, verum etiam cogitationem bonarum ex Deo esse prin. spiritum: qui nobis & iustia sancta voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum que rectè cupimus, vultus peragendi. Omne enim datum bonum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum: qui & incipit qua bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis, dicitur Apostolo. Qui dat semen seminanti, & panem ad manducandum: prælabat, & cetercæ faciet fructus iustitiæ vestræ.

Hic ne quis putaret nihil superesse quod per liberum ageretur arbitrium, non irrationabiliter adiecit quod probaret non auferri illud his donis, sed potius roborari, nisi * reuolutum ad iniquitates suas, ab auxilio Dei se malit auertere;

Notrum vero est ut quotidie attrahentem nos gratiâ Dei humiliter subsequamur; ne dura conuice & incivcicis auribus eidem resistentes, per Hieremiam mereamur audire: Nunquid qui cadit non resurget? aut qui auertus est, non reuertetur? Quate ergo auertus est populus iste in Hierusalem, auersione contentiosus: Indurauerunt ceruices suas, & noluerunt reuerti?

Et infrâ cum omnia virtutum studia Dei gratiâ indigere docuisset, probabiliter addidit, dicens;

Quæ omnia sicut desiderari à nobis iugiter absque diuina inspiratione non possunt; ita ne perfici quidem sine eius auxilio vllaatenus queunt.

In septimo autem capitulo, generalem volens ostendere gratiam Christi, quæ nullum vsquequaque hominum permittrat, & rebelles quoque * aduersosque non deserat.

Adest (inquit) inseparabiliter nobis semper diuina protectio, tantaque est erga creaturam suam pietas Creatoris, ut non solum conseruet eam, sed etiam præcedat iugiter presidencia.

In quo potest videri ob hoc comitem dixisse prouidentiam; quia etiam deferentes se plerumque non deserat: vel quia omnes quos præuenit, eisdem etiam subsequatur. Sequitur * autem dicens:

Qui cum in nobis erroris quendam bonæ voluntatis inspererit. illuminat eam confestim, atque confortat & incitat ad salutem: incrementum tribuens ei, quam vel ipse plantauerit, vel nostro conatu viderit emersisse.

Et hic potest adhuc dicere, illius se ortum bonæ voluntatis significasse, cuius à Deo sint plantata vel inspirata principia: quia ab illuminatis iam cordibus postulat salubres prodire conatus, qui idè ipsius hominis proprii esse dicuntur, quia iam bonorum conatum acceperit facultatem, & eorum semina ad suum referantur autorem. Sed capitulo nono subdit, & dicit.

Vnde non facile humanaratione discernitur, quomodo modum Domini perentibus tribuit à quærentibus inueniatur, oportetque pulsantibus: Et versus inueniatur à non quærentibus se, palmam appareat inmer illi, qui illum non interrogabant: tota die expa dat menus suas ad populum non credentem sibi & contrascentem: resistentes ac loque postios voces: inuius attrahat ad salutem: peccata & cupiensibus, xplenda copiam subrahbat voluntatis: ad nequitiam properantibus benignus obstitat.

Iam hic quasi per inscrutabilem diuerfiantem introducit definitio, qua docetur multos ad gratiam venire sine gratiâ, & hunc affectum petendi quærentiâ, que pulsantibus habere quosdam de vigilantia libetæ voluntatis. Quæ tamen in aliis tanta auersione obsecrata perhibetur, vt nullis cohortationibus sit reuocabilis, nisi per vim trahentis inuita decauat, quasi non toto multiformis gratiæ opere hoc in omnium agatur animis, vt ex nolentibus fiat volentes: aut quisquam ex his qui iam iudicio rationis vtuntur, possit fidem nisi voluntate suscipere. Vnde tam ineptum est dicere quod quisquam ad participationem gratiæ tendat inuitus, quam asserere quod vllus ad eam non spiritui Dei veniat incitatus. Citò ergo hic disputator præmissæ definitionis oblitus est, citò à sententia sua instabilitate & leuitate discessit. Dixerat enim, regulariter, non solum actum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium. Et ne hoc de doctrina extrinsecus adhibita deberet intelligi, vigilanter addiderat:

Qui nobis & iustia sancta voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum que rectè cupimus, tribuit peragendi. Omne datum optimum, & donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, qui & incipit qua bona sunt, & exequitur & consummat in nobis.

Doctore catholice! cur professionem tuam deseris? cur ad * famofam salutaris caliginem, relicta ferensissimæ veritatis luce deuolueris? Quod in petentibus, quærentibus, pulsantibusque miraris, cur non eidem gratiæ quæ desideratur, adscribis? Vides bonos conatus, pia studia, & dubitas esse Dei dona? Latuerit opus gratiæ, donec fides insita cogitationis claudubatur arcana: at vbi supplex oratio, vbi diligens inquisitio, vbi apparet crebra pulsatio: quate non ex qualitate operis submistrationem intelligis incitantis: Et satis te contra Pelagianorum calumnias præcaute existimas, si quod in vniuersitate vocatorum sentendum est, id non in portione concedas? Sed nec cum hæreticis tibi, nec cum Catholicis plana concordia est. Illi in omnibus iustis hominum operibus, libetæ voluntatis tuerentordia: Nos bonorum cogitationum ex Deo semper credimus prodire principia. Tu informe nescio quid tertium & vtrique patii conueniens reperiisti, quod nec inimicorum consensum acquireres, nec in nostrorum intelligentia permaneres. Quomodo autem non aduertis, te in illud damnatum incidere, quod velis nolis, conuinceris dicere, Gratiam Dei secundum merita nostra dari, cum aliquid præcedere boni operis ex ipsis hominibus, propter quod gratiam consequantur, affirmas? Non enim nullius meriti haberi potest petentis fides, quærentis pietas, pulsantis instantia: præcipue cum omnes eiusmodi, & accipere, & venire, & intrare dicantur. In quo superfluum, imò impium est

Cap. 2.

Est collat. 11. Abbatibus Chereimons.

Cassiani verba collationis citata, cap. 5. Iacob. 1.

1. Cor. 9.

Prosper.

* vel si legas in malculi non genere, adde homo. Act. 7. Hier. 8.

Nunc id habetur c. 8. * peruenit, q. e.

Cap. 31.

Elia. 67.

Cap. 41.

* famofum

Cap. 7.

Cap. 6.

Matth. 7.

enim.

fic vel meritis ante gratiam existentibus locum facere, vt non ex toto verum sit, quod ait Dominus: *Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum*, si cuiusquam hominis sine Dei illuminatione esset credenda conuersio: aut vilo modo fe voluntas hominis ad Deum sine Deo possit extendere, qui eum vocatum ad fidem trahit; non resistentem, inuitumque compellit: sed ex inuito volentem facit, & quibuscumque modis insidelitate resistentis inclinât, vt cor audientis, obediendi in fe delectatione generata; ibi furgat, vbi premebatur; ibi discat, vbi ignorabat; inde fidat, vnde diffidebat; inde velit, vnde nolebat. *Etenim Dominus dubie suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Sed videamus qualia subsequantur.

Cui autē factis parent quod modo salutis summa nostro tribuatur arbitrio? De quo dicitur: Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terra manducabitis. Et quomodo non volentis neque currentis, sed nescientis est Dei. Quid etiã sit illud, quod Deus reddat vni cuique secundum opera eius. Et; Deus est qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est: non ex operibus, vt ne qui glorietur.

Et cetera quæ collecta de Scripturis quati alterno sibi sentia, adueta collegit, vt donis gratiæ studium humanæ committat inditritia; & hominum omnium diuisione facta, alij sint quos gratia Dei saluet, alij quos lex & natura iustificet. Sed lex potest, ne quid mali fiat; iubet; a malo autem non potest liberare. Notum facit mandatum, sed obediendi non prestat assidum: nisi quod est occidens per imperium iteræ, fiat viuificans per spiritum gratiæ.

Post hæc concludit, dicens:

Nisi quod in his omnibus & gratia Dei, & libertas nostri declaratur arbitrij; & quia etiam ius inter am motibus bono ad virtutem appetitus pssit extendi, semper verò à Domino indiget adiuuante.

Et vbi est, quod regulati definitione præmissum est. Non solum actum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis: Ecce hic etiam illi bonis ceptis necessarium Dei fateris auxilium? ipsos tamen laudabiles motus appetituum virtutum, remotâ gratiæ Dei, nudæ libertati adscriptis arbitrij: vt boni salubresque conatus nequam quidem proficere, nisi Deus adiuuet: possint tamen, etiam non à Deo impetunt, incipere. Deinde vt euidentius definias, quid homo ex libero arbitrio habeat, qui sumat ex gratia Dei, addis, & dicitis.

Nec enim cum volueris quis, sanitate perfruitur: aut de agrotatis: si mo-bo pro arbitrio sui desiderio liberatur.

Doces ergo non posse quidem hominem per semetipsum apprehendere sanitatem, sed habere eum à semetipso desiderium sanitatis. Et sua tantum sponte venire ad medicum: non etiam hoc ipsum medicæ esse, quod veniat. Quali verò anima ipsa non langueat, & corpori suo remedium sana prospiciat. Atqui totus homo ex ipsa & cum ipsa in profundum miserie suæ decidit, vbi eam prius quam à medico noticiam suæ calamitatis accipiat, iacere delectat, amantem semper errores suos, & amplectentem falsa pro veris. Cuius salus prima est, vt sibi incipiat displicere, & vteretur suæ debilitatis odisse. Sequens verò est, & vt sanati desideria, & à quo sananda sit, querat. Quæ curationem ipsius sic præcedunt, vt ei ab illo, qui ægram sanaturus est, inserrantur. Ne, cum ei vilo modo hæc inesse possint, merito videatur saluata non gratia, Deinde adidici:

Vt autem euidentius clareat etiam per naturæ bonum (quod beneficio creatoris indultum est) nonnunquam bonarum voluntatum prodire principia: quæ tamen nisi à Deo dirigantur, ad consumptionem virtutum peruenire non possunt, Apostolus testatur, dicens. Velle enim adiacet mihi; perficere autem bonum non inuenio.

Falsò ergo secundum hanc definitionem at dicitur, Non solum actum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium: qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis: Sed hoc nullo modo ex aliqua parte potest esse falsum. Cui nequaquam inferri contraria deberunt: vt quod rectè professus es ex gratia incipere, id postea confirmares per naturæ bonum & per liberum arbitrium non habere.

Dixit quidem beatus Apostolus: *Velle enim adiacet mihi; perficere autem bonum non inuenio.* Sed idem dixit: *Non quod idonei sumus cogitare aliquid ex nobis ipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est.* Et idem dixit: *Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.* Non ergo Apostolus sibi contrarius est. Sed cum donatum vobis fuerit bonum velle, non statim inuenimus & facere, nisi quæ rentibus, petentibus, atque pulsantibus, vbi dedit desiderium, præstat effectum.

Vox namque ista dicitis: *Velle enim adiacet mihi; perficere autem bonum non inuenio: vocati estis, sed gratia constituti: qui condeditur quidem legi Dei secundum interiore bonum; sed vixit aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captiuatum se in lege peccati.* Et quamuis accepit scientiam recte volendi; virtutem tamen in se non inuenit eorum quæ optat, operandi: donec pro bona voluntate quam sumpsit, mereatur inuenire qui faciat. Post hæc ponis plurima testimonia, quibus nunc validum, nunc infirmum liberum arbitrium demontretur. Quasi quidam sint, qui propriis viribus impleant, quod alij facere, Deo non adiuuante, non possunt, aut ob aliud homo accipiat præceptum, nisi vt diuinum querat auxilium. Concludis ergo, & dicitis.

Et ita sumi hæc quodammodo indifferetè permittat, etque confusa, ut quid ex quo pendat, inter multos magna questione voluatur, id est: Verum, quia initium bona voluntatis præberimus, misereatur nostri Deus: an quia Deus misereatur, consequamur bona voluntatis initium. Multi enim singula hæc credentes, ac iusto amplius asserentes, variis, sibi que contrariis sunt erroribus innotuit.

Ecce, vt tibi videtur, quæ permittat, discreta sunt: & quæ explicari non poterant, absoluta. Duos enim esse contrarios sibi definit errores, quibus qui inter liberum arbitrium & gratiam, quid tenendum sit, nesciunt, implicentur. Et in vno constituit eos qui dicunt, idèò nostri misereatur Deum, qui ex nobis præbita sunt bonæ initia voluntatis, significans sine dubio, Pelagianis dogmatis sectatores, qui dicunt, gratiam Dei dari secundum merita nostra; in alio autem illos ponis, qui dicunt, ex misericordia Dei bonarum voluntatum prodire principia, eos intelligi volens, qui inimicos gratiæ debellarunt. Si ergo error est, in tua bonæ voluntatis non adiuo diuinitus homini adscribere, & error est confiteri quoniam præparat voluntas à Domino, quod dirigendi sumus, vt vtrumque vitemus: Si vtrumque, inquis, sequamur, non nulli errori acquiescemus. Tu nos subdis duobus, & geminis, sicut intelligis, prauitates: diuidendo damnas, miscendo iustificas. Hæc lege ac regula poteris prædicare quod tam errent qui dicunt, Semper esse fallendum, quam qui definiunt, Nunquam esse fallendum. Sed vt in neutro peccetur, vtrumque sectandum: quia nec semper declinanda falsitas, nec semper negligenda sit veritas. Fallit te proflus opinio tua: De duobus malis vnum fieri bonum non potest: Vnam virtutem duo vitia non gi-gnunt: Vnum verū duo falsa non faciunt. Quæ enim paria sunt merito, non minuuntur cœdendo, sed crescent. Non itaque oportuit eos qui bonarum voluntatum initia ex Dei assensu inspiratione generari, ac sententia reprehendi, quæ arguuntur qui ad hæc liberum arbitrium purant sibi sine opo gratiæ posse sufficere. Harum enim definitionum vna ab Ecclesia expugnata est; alia defensa. Nec eis vilo modo huius noui fœderis congruit pactum

Toan. 6.

Psal. 84.

Cap. 7. Eiat. 1.

Rom. 9. Mat. 16. Philip. 2.

Can. 8. Ibidem.

Sic & in respons. ad 6. obiect Gallorum.

Rom. 7.

Rom. 7. 2. Cor. 3. Philip. 2.

Rom. 7.

Cap. 9.

Prosper notatur 17. collat. Cassiani, in qua docet quandoque esse licitum mentiri.

Cap. 10.

paſtum, quo Catholica fit corruptior, quam Pelagiana correſtor. Multi, inquit, ſinguli hæc credentes, ac iusto amplius aſſerentes, variis ſibi que contrariis ſunt erroribus inuoluti. Placet igitur tibi cum hæreticis Catholicos, cum victis damnare victores: & eos erroris nota adurere, qui errorum ad Eccleſia depluerunt? Secundum quippe tuam cenſuram, qua ſanctarum & fidelium voluntatum alleris non in omnibus hominibus ex Deo eſſe principium (quasi multum graue tribuas, ſi hoc eam in quorundam operari mentibus acqueſcas) errauit Papa Innocentius, & Petri ſede digniſſimus, qui cum de iſtis loqueretur, qui in libero arbitrio gloriatur: Nam quid, inquit, nos de eorum poſt hæc actum mentibus exiſtimeamus, qui ſibi tepulant debere, quod boni ſunt. (Et iterum cum de primi hominis ſcriberet lapſu) Liberum, inquit, arbitrium, olim ipſe perpeſſus, dum ſuis inconſultus vitur bonis, cadens in prauaricationis profunda demerſus, nihil quemadmodum exinde ſurgere poſſet, inuenit: ſua que in æternam libertate deceptus, huius ruina lacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſt Chriſti pro ſua gratia reuelatiſſe aduentus. Errauerunt Orientales Epiſcopi, in quorum iudicio Pelagius, eos qui dicunt gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari, vt Catholice poſſet videri, anathematizate compulſus eſt. Errauerunt Aphricana Epiſcoporum concilia, que decretis ſuis conſtituere vitruum que Dei donum eſſe, & ſcite, quid facere debeamus, & diligere vt faciamus: vt ædificante charitate, ſcientia non poſſit inflare: quia ſicut de Deo ſcriptum eſt: *Ille eſt qui docet hominem ſcientiam*: ita ſcriptum eſt, Charitas ex Deo eſt. Errauerunt ducenti quatuordecim ſacerdotes, qui in epiſtola quam ſuis Conſtitutionibus prætulertunt, ita Apoſtolicæ ſedis antiſtitem beatum Zoſimum ſunt allocuti: Conſtituimus in Pelagiū æque ac Cæleſtium vt venerabilem Epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli Petri ſede prolatam manere ſententiam, donec aperitiſſimam confeſſione fateantur, gratiæ Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, non ſolum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam inſtitiam, nos per actus ſingulos adiutuati: ita vt ſine illa nihil veræ ſanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus. Errauit ſacroſancta beati Petri ſedes que ad vniuerſum orbem Papæ Zoſimi ſic ore loquitur: Nos tamen inſtinctu Dei (omnia bona enim ad auctorem ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur) ad fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum conſentiam vniuerſa retulimus: Errauerunt Aphricani Epiſcopi ad eundem Papam Zoſimum reſcribentes, eum que in ſententiæ huius ſalubritate laudantes, cum aiunt: illud verò, quod in literis tuis, quas ad vniuerſos curatiſt eſt mittendas, poſuiſti, dicens: Nos tamen inſtinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur) ad fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum conſentiam vniuerſa retulimus: ſic accepimus dictum, vt illos qui contra Deo adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem diſtincto gladio veritatis, velut curſum tranſiens, amputare. Quid enim tam libero ſeciſti arbitrio, quam quòd vniuerſa in noſtra humilitatis conſcientiam retuliſti: & tamen inſtinctu Dei factum eſſe, fideliter, ſapienterque vididiſti, veraciter, ſidenterque dixiſti. Idè vtique, quoniam preparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda filiorum: *Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei*; vt nec noſtrum ſentiamus deſſe arbitrium, & in bonis quibuſque ac voluntatis humanæ ſingulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium. Videneſe regulas tuas inuictarum conſtitutionum ſoliditate contractas, & in fidei ſtructura prauas ruinoſaſque iuncturas, velut Hierichuntinos muros ad ſacerdotalium tubarum triſſe concentum? Cùm enim de ſanctarum origine volun-

tatum, & ſi ſei charitatiſque principiis, inter noſtros & Pelagianos queſtione verſaretur, non incipit victoria, nec dubio deſertum eſt ſine certamen, vt adhuc nobis de iniquiſſima huius ſæleris tui pace tractandum ſit. Proſtrata eſt inimica acies, bellum * contraſtum eſt, victores ſumus per illum qui fecit potentiam in brachio ſuo, qui diſſipauit ſuperbos mente cordis ipſorum: *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites diſmiſit inanes.* Per illum, qui faciens miſericordiam cum patribus noſtris, memor ſuis teſtamenti ſancti ſui, & iuriſurandi quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum datum ſe nobis, vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberaſſi, ſeruiamus ipſi in ſanctitate & iuſticia in conſpectu eius omnibus diebus noſtris. Per illum, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Per illum, à quo non ſpiritus huius mundi accepimus, ſed ſpiritus qui ex Deo eſt, vt ſciamus que à Deo donata ſunt nobis. Quid de aliſſima argumentationum rationibus fracta ſtu des arca colligere? Quid cineres extincti dogmatis reſouendo, deficientis ſumi nidorem in rediuiam flammam conatis accendere? Non eſt petriculum * liberi arbitrij ex gratia Dei, nec voluntas aſſertur, cum in ipſa beneſe velle generatur. Nam ſi idè non putanda eſt noſtra, qua formatur, regitur, ordinatur, imbuatur, ſpoliatur libertate, ſi iij Dei qui aguntur ſpiritu Dei perdunt vigorem rationalis animi, & omni voluntariæ deuotionis laud: priuantur, quibus datur ſpiritus ſapientiæ & intellèctus, conſiſſi & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis, ac timoris Domini. Proſus qui his reformationibus ſe non putant indigere, de veteris morbi conſuetudine in preneſim * tranſcūt: reſpicientes remedium, clamant, inſaniunt, reſtauantur. Sed ſi reſpromiſſionis ſunt filij, queſcunt & ſanabuntur. Sed iam videamus quid inferat foebetias diſputantis; qui vt vitium vitio pelleret, & errore errore curaret, contrarias ſibi definitiones noua arte conſudit; vt que hoc compoſitionis locus pœualum ſecuris auditoribus propinatet, exemplis voluit colorare quod miſcuit; ait enim.

Si enim dixerimus, noſtrum eſſe bonæ voluntatis principium: quid ſuis in perſecutore Paulo? quid in publicano Mattheo? Quorum vnus erori ac ſupercilij inuolentium, alius violentiæ ac rapinis publicis incubans, atrahitur ad ſaluem? Sin verò gratia Dei ſemper inſpirari bonæ voluntatis principia dixerimus, quid de Lucæ ſiſſe? quid de illius in cruce introniſſe pietate a cernis; qui deſiderio ſuo vni quamdam regni caeleſtibus inſerentes, ſpecialia vocationis monia præuenerunt.

Per iſtam ergo * quorundam principiorum diſſimilitudinem probare nititur hoc poſſe quodſam per liberum arbitrium ſine adiutorio Dei, quod quidam niſi Deo cooperante, non poſſint. Et hoc vult de quorundam tardiore obedientia, & quorundam ſequaciore conſenſu intelligi. Quasi vbi dura inſidelitas Deo ſubditur, & Euangelio quod diu impugnatur, repente ſuccumbit, ibi mutationem hominiſ dextera operetur exceſſi: Vbi autem poſt tranquillam cohortationem ſolum veros mores, ſine vlla haſitatione diſſidentia concilis auditor amplectitur, bonum talis conuerſionis humanæ fit tantummodò voluntatis. Quasi verò potentia gratiæ Dei eos tantum ad filium attrahat, quos aut voce inceptanter, aut pœna obtruerit, aut terrore tremefecerit: Illorum autem mentibus nihil ſuis virtutis admoveat, qui ad promiſſiones Redemptoris ſui, ſpe alacri, & audio deſiderio concurrunt. Sed veritas dicit: *Nemo venit ad me, niſi Pater qui miſt me, attraxerit eum.* Si ergo nemo venit, niſi attrahat; omnes, quocunque modo veniant, attrahunt. Trahit igitur ad Deum contemplatio elementorum, omnium que eni in eis ſunt, ordinatiſſima pulchritudo. Inuſſibilia enim eius, à creatura mundi per ea que ſubſta ſunt, intellecta

Epist. 8. inter epist. Aug.

Vide epist. Aug. 109. Milletanum & Cartagenense C. 4. Dial. 93. i. Ioan. 4.

Idè resp. ad 8 capit. Gal. Iorun.

Rom. 8.

Iosue 6. Cap. 11.

* confeſſum.

Luc. 1.

1. Cor. 15.

1. Cor. 2.

Cap. 12. * libero arbitrio.

Rom 8.

1. Cor. 12.

* Aliis tranſierit. Cap. 13.

* bono rum.

Pſal. 76.

Ioan. 6.

Cap. 14.

bonum incipit velle, & cupit ab iniquitate atque ab errore discedere, gratiam Dei hoc ipsum profitemur operari. Quoniam à Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius vult. Et omnis vir videbitur sibi iustus, dirigit autem corda Dominus. Et à Domino dirigitur gressus viri. Mollis autem quomodo intelligit vias suas? Et quod ait Apostolus: Non enim accepistis spiritum servitutis verum in timore. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater. Post hæc profequitur, & dicit.

Phil. 16. Prou 20. & 21. Rom. 8.

Cap. 17. Nec enim Deus talem hominem fecisse credendus est, qui nec velit unquam, nec possit bonum. Alioqui nec liberum ei permisit arbitrium, si & tantummodo malum, & velle & posse: bonum vero, nec velle nec posse concessit. Et quomodo stabit illa Domini post prævaricationem primi hominis lata scientia. Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, sciens bonum & malum? Non enim talis ante fuisse putandus est, qui non esset profus ignarus. Alioquin velut quoddam irrationabile atque insensatum animal cum fatendum est fuisse formatum: quod satis absurdum, & à Catholica fide commode alienum est. Quin imò secundum sententiam sapientissimi Salomonis, fecit Deus hominem rectum, id est, ut tantum boni scientia ingiter fruere. Sed ipsi quæserunt cogitationes multas. Facti enim sunt, ut dicitur est, sciens bonum & malum. Concepit ergo Adam post prævaricationem, quam non habuerat, scientiam mali, boni verò quam acceperat, scientiam non amisit.

* Sententia. Genes. 3. Eccles. 7.

Cap. 18. Rectum atque omni vitio carentem creatum esse hominem primum, in quo omnium hominum concreata natura est, dubitare fas non est, eumque tale accepisse liberum arbitrium, vt si auxiliarem sibi Dominum non desereret, posset in bonis que naturaliter acceptaret, perseuerare quia vellet: & merito voluntariæ perseuerantiæ in eam beatitudinem peruenire, vt nec vellet decidere in deteriora, nec posset. Sed ipso libero arbitrio, quo quamdiu voluit bonus mansit, à proposita sibi lege discessit, nec denunciata sibi mortis supplicium formidavit, defensens Deum, & sequens diabolum: rebellis Domino Seruatori, & inimico obediens. Fuit ergo Adam, & in illosuimus omnes. Perit Adam, & in illo perierunt omnes. Quod ita non falsò dixit beatus Ambrosius, sicut non falsò ipsa veritas ait: Venit filius hominis querere & saluare quod perierat. Naturæ enim humanæ in illa vniuersalis prævaricationis ruina, nec substantia crepta est, nec voluntas, sed lumen decepti virtutum, quibus fraude invidentis exuta est. Perditis autem per que ad æternam atque inamissibilem corporis animæque incorruptionem poterat peruenire, quid ei remansit, nisi quod ad temporalem pertinere vitam, quæ tota est damnationis & pænæ? Propter quod natos in Adam renasci oportet in Christo, ne in illa qui inueniatur generatione, quæ perit. Nam si posteri Adæ in illis virtutibus naturaliter agerent, in quibus Adam fuit ante peccatum, non essent naturæ filij ita, non essent tenebræ, nec sub potestate tenebrarum; Saluatoris denique gratiâ non egerent; quia non frustra boni essent, nec iustitiæ præmio fraudarentur; habentes ea bona, quorum amissione primi pares de Paradiso exulare meruerunt: Nunc autem, eum sine sacramento regenerationis æternam mortem nemo possit enadere, nonne ex ipsius remedij singularitate aperitissimè patet, in quam profundum malum totius humani generis natura demersa sit, illius prævaricatione in quo omnes peccauerunt, & quicquid ille perdidit, perdididerunt? Perdidit autem primitus fidem, perdidit continentiam, perdidit charitatem, spoliatus est sapientia & intellectu, caruit consilio & fortitudine: & impietate pietate deiectus est: nec ipso saltem timore sibi relicto, vt ab interditiis vel metu cauere pænæ, * qui abstinebat amore iu-

Ambr. lib. 7. in Lucam, c. 15. filius perierat & inuenitus est. Luc. 19.

Ephes. 2. Ephes. 5. Colos. 1.

Rom. 5.

* Alias qui non abstinere crederet amore iustitiæ.

stitiæ. Liberum ergo arbitrium, id est, rei sibi placitæ spontaneæ appetitus, vbi vsum bonorum quæ acceperat, saltidit, & vilescentibus sibi felicitatis suæ præfiliis, insanam cupiditatem, & experientiam prævaricationis intendit, bibit omnium vitiorum venenum, & totam naturam hominis intemperantiæ suæ ebrietate mædificat. Inde priusquam edendo carnem filij hominis, & bibendo sanguinem eius, lethalem digerat crudelitatem, labitur memoria, errat iudicio, nurat incessu, neque villo modo idoneus est ad illud bonum eligendum & concupiscendum, quo se sponte priuauit. Quia non, sicut potuit Deo non impellente correre, ita potest Deo non erigente consurgere. Non igitur rectè dictum est: Non enim talem Deus hominem fecisse credendus est, qui nec velit unquam, nec possit bonum. Quasi non istam hominis debilitatem à Creatore dicamus conditam, & non peccati merito ab homine contractam. Qui ergo putat consequens esse vt si liberum arbitrium obæcæcatum esse dicatur, obæcæcatio ipsa ad naturam referatur auctorem, vult pe suadere, quòd tam natum sit in Adæ posteris liberum arbitrium, quam in Adam fuit ante peccatum: quod falsum alienum à Catholica fide ducimus. Quia enim peccato læsum est, si id læsum non est, vnde peccatum est? nisi fortè dicitur in Adæ posteros pænâ transisse, non culpam: quod omni modo falsò dicitur, & ob hoc fortè non dicitur. Nimis enim impium est, hoc de Dei rebus iustitia, quod à prævaricatione liberis cum reit voluerit esse damnatos. Patet ergo culpa, vbi non latet pœna, & societas peccati conuincitur de communionis supplicij: vt quod est humanæ miserie, non de institutione Creatoris, sed de retributione sit iudicis. Illud enim ineptè positum est, & contra sensum omnium tractatorum, quod ad probandum liberi arbitrij inconlumentem conexuit, dicens: Et quomodo stabit illa Domini post prævaricationem primi hominis illata sententia: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, sciens bonum & malum? Quasi diabolus Adæ vera promiserit, & Adam transgrediendo mandatum Dei, profecerit in similitudinem Dei, & hoc ei fuisse collatum pronunciauerit Deus: cum in illis verbis significatum sit potius, quid non fuerit affectus, qui superbiæ ingressus viam quod habebat, amisit, dum quod non acceperat, concupiuit. Non minus autem in ipsa huius sensus conclusione peccatum est, dum dicitur: Concepit ergo Adam post prævaricationem quam non habuerat scientiam mali: boni verò, quam acceperat, scientiam non amisit. Scientiam boni Adam tunc habebat, quando bonum sanctumque mandatum Dei fideli corde serbabat, & erat iustus manens in imagine Creatoris sui, legis eius non obliuiscens. Postquam autem se, hoc est, imaginem & templum Dei deceptoris suo subdidit, perdidit boni scientiam, quia perdidit bonam conscientiam. Iustitiâ enim iniquitas depulit, humilitatem superbia deluxit, contentiam concupiscentia elisit, infidelitas rapit fidem, captiuitas abstulit libertatem: nec potuit illic vlla portio residere virtutum, quòd tanta itruperat turba vitiorum; Nemo enim potest duobus dominis seruire. Et: Qui facit peccatum, seruus est peccati. A quo quis superatus est, est seruus addicis est. Nemo autem seruit nisi cum aliqua libertate: & nemo liber est, nisi cum aliqua seruitute, dicente Apostolo: Cui enim serui estis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo iustum habuistis tunc, in quibus nunc erabestis? Nonne finis illorum mors est. Nunc aneem liberi à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum in sanctificationem, sicut verò vitam æternam. Qui itaque seruit diabolo, liber est à Deo. Qui autem liberatur seruit diabolo, liber est à Diabolo: vt appareat malam libertatem potuisse haberi ex humanæ voluntatis defectu: bonam autem libertatem non potuisse recipi, sine liberatoris auxilio.

Cap. 10.

Cap. 21.

Genes. 3.

Luc. 6. Ioan. 3.

2. Pet. 2. Rom. 6.

Cap. 12.

Scd

Sed ne hæc primi hominis calamitas in progeniem eius transisse videatur, quàm integra sit omnium hominum natura iudicio, exemplo genitum prebaturus hic Doctor addidit, & dixit :

Denique non amississe genus humanum post prævaricationem Adæ scientiam boni, etiam Apostoli sententia evidenter declaratur, qui dicit: Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt: hi legem non habentes, ipsi tibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, & testimonium reddente eis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit Deus occulta hominum.

Rom. 1. Ephes. 2. 1. Pet. 2. Rom. 3. Ephes. 3. Galat. 3.

Si de his Apostolis loquitur, qui ex præputio sunt vocati, & cum essent longè, facti sunt prope, credentes in eum, qui quorum aliquando non miseratus est, nunc miseretur, & iustificans circumcissionem ex fide, & præputium per fidem, duos circumcidit in semetipso, destructoque pariete inimicitie Iudæorum & gentium in vno nouo homine fecit pacem; concludens omnia in incredulitate, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Si, inquam, de his Apostolis loquitur, in quorum cordibus digito suo Deus, id est, Spiritu sancto scribit nouum testamentum, vt legis plenitudinem & opera charitatis naturaliter exequantur, reformata scilicet renouataque natura: quid hinc superbissimi sensus nouitas adiuuatur, cum reconciliatio inimicorum non possit nisi gratiæ Mediatoris adscribi? *Omnes enim peccauerunt, & egeni gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius.* Ergo gratia, gloria Dei est, non meritum liberat. *Quis enim prior dedit ei, vt retribuatur illi? Nihil boni operis ex mortuis, nihil iustitiæ procedit ex impiis.* tota ipsorum salus, gratia est: Et idè gloria Dei est, vt qui gloriatur, in illo, cuius gloria eguit, gloriatur. Si autem (quod magis vult hic Disputator intelligi) de illis dicuntur, qui alieni à gratia Christiana, quedam ad similitudinem legalium mandatorum proprio iudicio sanciebant, intelligentes mores ciuitatum, concordiamque populorum non posse aliter contineri, nisi vt rectè factis præmiâ, & peccatis penæ decernerentur, quis ambigit, hanc sapientiam humano generi ad temporalis vitæ utilitatem ex naturæ à Deo conditæ superesse reliquit? Si enim nec ad ista tria terrena ordinanda rationalis animi vigeret ingenium; non vitata esset, sed extincta na ura. Quæ tamen etiam excellentissimis actibus, & euctis immortalium eruditionum polleat discipulis, iustificat ex se non potest, quia bonis suis malè vitur, in quibus sine cultu veri Dei, impietatis, immodicitateque conuincitur, & vnde se defendi existimat, accusatur. Cum ergo Paulus definiat, quod non ex operibus legis iustificatur omnis caro: & quoniam in Christo neque circumcisio, neque præputium valeat aliquid, sed noua creatura, quid iste impiam infidelium libertatem naturalis iustitiae bonis, & propriis vult iustificare principis? Quid ad renouationem miseræ vetustatis idoneam definit prævaricatoris scientiæ nuditatem? Quasi ista scientia vel ex naturæ opibus residua, vel ex legalis doctrinæ eruditione quaesita, possit sui perceptione præstare, vt quod faciendum nouimus, etiam facere diligamus: aut vllus sit bonæ voluntatis motus, nisi quem creauerit diffusæ per Spiritum sanctum charitatis afflatus. *Sine fide enim impossibile est placere Deo.* Et: *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Et: *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides qua per dilectionem operatur.* Post hæc in conclusione testimoniorum quibus probare vult, quod hi qui per increpationem propheticam surdi appellantur & cæci, possint ex facultate naturæ & aures suas aperire ad audiendum, & oculos suos ad videndum (quasi non de iisdem dicat Dominus: *Et dabo eis cor aliud, & spiritum*

nouum dabo eis, & euellam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iustificationes meas obseruent, & faciant eas) addit, & dicit.

Denique vt possibilitatem boni eius inesse designaret, increpans Pharisæos dixit: Quid autem ex vobis ipsis (inquit) etiam non iudicatis quod bonum est? Quod utique non eis dixisset, nisi eos iudicio naturali, quod æquum est, scisset posse discernere.

Iam non solum voluntatem boni, sed etiam possibilitatem libero adserbit arbitrio: Tanquam idè ab eis exigatur intelligentia, idè iustitia repositatur, quia possint hæc fide Dei donis, de naturæ proferte bonis: imperantur autem ista homini, vt ex ipso præcepto Dei, quo ei hoc quod accepit, indicitur, agnoscat id se suo vitio perdidisse, & non idè inquam esse exactiorem, quia ad reddendum quod debet, idoneus non est; sed à litera occidente conuadit ad spiritum viuificatem, & facultatem quam ante non inuenit in natura, quaeræ ex gratia. Quod si facit, magna est misericordia Domini: si non facit, iusta est pæna peccati. Deinde ad plenitudinem præmissæ disputationis regulari sententia pronuntiat, dicens:

Vnde cauendum nobis fit, ne ita ad Dominum omnia Sanctorum merita referamus; vt nihil nisi id quod malum atque peruersum est, humane adscribamus naturæ.

Quid euertitur, quid expressius secundum Pelagii Cælestique commentum ab vllò discipulo potuit definiti? Illi dicunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari, & * idè dicunt gratiam Dei non ad singulos actus dari: Hinc intra vnum sententiam blasphemiam vtramque concludit, dicens: *Cauendum nobis esse, ne ita ad Deum omnia Sanctorum merita referamus, vt nihil nisi quod malum atque peruersum est, humane adscribamus naturæ.* Vult ergo esse multa propria hominum merita, quæ non sicut gratiæ largitate collata, quibus ad augèdas naturales diuitias quedam desursum munera debeantur. Vult nos gratiam Dei non ad singulos actus accipere, ac proinde non pro omni bono opere semper orare. Atque ita consequens erit vt in Dei munericibus nullum meritum esse credendum sit: quandoquidem sine merito sit, quem Deus in omnibus semper adiuerit: aut si etiam in his quæ Deus tribuit, aliqua merita collocatur, constet etiam ipsa acquiri propria facultate potuisse, & idè in aliquibus oportet nos iuuari, vt possibilis fiat per gratiam, quod non erat impossibile per naturam. Ecce iam in ista paucorum breuitate verborum, non duarum tantum, sed multarum impietatum numerosa connexio est. Quæ si scrupulosioris diligentæ discretione tractetur, in nullo à damnati erroris catena absoluta monstrabitur. Sed ne suspitionibus agere videamur, & latebras sensuum vltra verba timari, quid adrecescogitnis, doceant quæ sequuntur. Qui ergo inter principia disputationis suæ dixerat, non solum actum, verumetiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium: qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ rectè cupimus, tribuit peragendi: nunc vobis probare quod religiosæ cogitationes & sancta consilia, nulla Dei inspiratione concepta de naturali possunt prodire sapientia, ponit verba Salomonis dicentis: *Voluit David Pater meus adificare domum nomini Domini Dei Israël. Et ait Dominus ad David Patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo adificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsam mente pertractans. Verumtamen non tu adificabis domum nomini meo.* Deinde vt ostendat quomodo intelligendum sit, infert ipse tractator.

Hæc ergo cogitatio, atque iste tractatus Regis David, vtrumne bonus ex Deo, an malus & ab homine fuisse dicendus est? Si enim bona ex Deo fuisse illa cogitatio, cur ab

Rom. 1.
Ephes. 2.
1. Pet. 2.
Rom. 3.
Ephes. 3.
Galat. 3.
Rom. 5.
Rom. 11.
Rom. 1.
Galat. 6.
Heb. 11.
Rom. 14.
Galat. 5.
Cap. 11.

Ezech. 11.
& 36.
Luc. 11.
Cap. 14.
* Aliis
iudic.
Cap. 15.
3. Reg. 6.
1. Par. 28.
60

eo, a quo inspirata est, eidem negatur effectus? Si autem mala, & ex homine sunt, cur laudantur ab Domino? Restat ergo ut & bona, & ex homine fuisse credatur in quem modum etiam nostras quotidie cogitationes possumus indicare. Neque enim aut solum David bonum ex semetipso cogitare concessum est, aut nobis ne quid boni usquam sapere, aut cogitare possumus, naturaliter denegatur.

Nullo modo hoc testimonio atque argumento probare potest, quod pie cogitationes ex solo libero arbitrio, & non ex Dei inspiratione nascantur: Non enim idem voluntas David, quæ vique bona erit, non ex Deo fuisse credenda est, quia templum sibi Dominus non ab eo edificari, sed à liis ipsius voluit. Quærendum ergo est, de quo spiritu processerit affectus ipsius voluntatis, nempe de illo in quo dicebat. Si introiero in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectum stratus mei, si dederò somnum oculis meis, aut palpebris meis dominationem, aut requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Quod cum Propheta concupisceret, non ignorabat verum illud, perfectumque templum ab illo esse condendum, qui cum esset Filius Dei, factus est etiam filius David: quique solum videret templum à Salomone constructum dicebat: *Coluite templum hoc, & in triduo visitabo illud: Dicebat autem de templo corporis sui.* Ut ergo hoc templum præfiguraretur, quod in Christo, & in Ecclesia disponebatur, merito ad constructionem eius non David eligitur, sed filius David: ut per filium hominis significaretur Filius Dei & hominis, & per templum dissolubile, indicaretur tabernaculum incorruptibile, ad cuius condendam imaginem & voluntas David probata est, opus in eum transfusum est, cuius persona magis eidem imagini congruebat. Atque ita & ex Deo erat hoc velle David, & ex Deo erat hoc facere Salomone. Quod ut exemplis magis luceat, requiremus, vbi fieri Deus noluerit, quod homines facere Deo volente voluerunt. Dominus Apostolis suis præcepit, dicens: *Euntes ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & docentes eos seruare quæcumque mandauero vobis.* Quod cum Apostoli audirent, sine dubio non verba nuda per corporales sonos exterioribus tantum auribus acceperunt, sed virtute * iubentis vtriusque accessit est in cordibus eorum inextinguibilis flamma charitatis quæ ardentissimè vellent Euangelium Christi omnibus gentibus prædicare: Sed cum veriti sunt loqui verbum in Asia, & cum tentarent ire in Bithyniam, prohibiti sunt à spiritu Iesu, nunquid non ex Deo hanc voluntatem habebant, quod etiam istorum oprabant ad fidem corda conuertere, quos occulto iudicio Deus Euangelium tunc nolebat audire? Aut quod Ecclesia quotidie pro inimicis suis orat: id est, pro his qui nondum crederentur, nunquid non ex spiritu Dei facit? Quis hoc dixerit, nisi qui hoc non facit, aut qui putat fidem non esse donum Dei? Et tamen quod ab omnibus, non pro omnibus obtineat. Nec est iniquitas apud Deum, qui sæpè postulata non tribuit, quæ postulare donauit. Bonam igitur voluntatem, eam scilicet quæ adhaeretur Deo, nec negandum est hominis esse propriam, & confidendum est Deo inspirante conceptam: Nam cum nemo sit bonus, nisi solus Deus, quale erit bonum, quod rationem non habet bonum? Naturæ præcipue humane, cuius creator est Deus, etiam post præuaticationem non manet substantia, manet forma, manet vita, & sensus, & ratio, ceteraque corporis atque animi bona, quæ etiam malis vitiosisque non desunt: sed non illis vtri boni perceptio est, quæ mortalem vitam honestare possunt, æternam autem conferre non possunt. Neque enim ignotum est quantum Græciæ scholæ, quantum Romana eloquentia, & totius mundi inquisitio circa inueniendum summum bonum, acerrimis studiis, excellentissimis in-

geniis laborando nihil egerint: nisi vt euanescerent in cogitationibus suis, & obscuraretur cor insipientis eorum, qui ad noscendum veritatem semetipsis ducibus videntur. Si ergo quis de æternis uisitatibus, & infantis fallacibus erubescens, tenebras esse & mortem, quicquid pro lumine ac vita amplectebatur, intelligit, & ab his se conatur abstinere, non est ab ipso, quamuis non sine ipso sit ista conuersio: nec propria virtute ad principia salutis inicitur: sed agit hoc occulta & potens gratia Dei, quæ dimotis teterratum opinio- nis & operum mortuorum fauillis, totum obruti cordis exagitat, & desiderio veritatis inflammata: non vt inuicem hominem subigat, sed vt subiectionis cupidum faciat: nec vt ignorantem trahat, sed vt intelligentem, sequentemque præcedat. Mansens enim liberum arbitrium, quod vtrique cum ipso homine Deus condidit, à vanitatibus & cupiditatibus suis, in quas, neglecta Dei lege, defluxit, non à seipso, sed à Creatore mutatur, vt quicquid in eo in melius constituit, nec sine illo fit qui sanatur, nec nisi ab illo fit qui medetur, cuius sumus noua creatura, nouumque figmentum, etiam in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Nunc iam videamus quod disputantis progrediar in- tentio.

Dubitari ergo (inquit) non potest, in esse quidem omni anima naturaliter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta: Sed nisi hæc opinione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt peruenire, quia secundum beatum Apostolum, neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus: Adiacere autem homini in quouolbet portem arbitrij libertatem, etiam liber ille qui dicitur Paulus, aperitissimè docet, in quo duo angeli vnicuique nostrum adhaerere dicuntur: id est, bonus & malus. In hominis vero opinione consistere, ut eligat quem sequatur. Et idcirco manet in homine liberum semper arbitrium, quod gratiam Dei possit vel negligere, vel amare.

Si dubitari non potest inesse omni animæ naturali- ter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta: solus Adam præuaticatus est, & in peccato eius nemo peccauit, in nullis iniquitatibus concepti sumus, & in nullis nos matres nostræ peperere delictis: non fuimus naturæ filij iræ, nec fuimus sub potestate tenebrarum: qui manebimus in nobis naturaliter virtutibus, si j potius nati sumus pacis & lucis. Absit ab animis pio- rum fallacis doctrinæ insidiosâ deceptio. Virtutes cum vitis habitare non possunt: *Quæ enim participatio, inquit Apostolus, iustitia cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras?* Virtus namque principaliter Deus est: cui non aliud est habere virtutem, quam esse virtutem. Huius cum participes sumus, habitat Christus in nobis, qui est Dei virtus & Dei sapientia: habitat si les, spes, charitas, continentia, intellectus, consilium, fortitudo, ceteræque virtutes. Cum vero ab hoc bono recedimus, omnia nobis est contrario oriuntur ex nobis: descendente enim pulchritudine, quid succedat nisi deformitas? abeunte sapientiâ, quid resideat nisi insipientia? non regnante iustitia, quid dominetur nisi iniquitas? Virtutum itaque semina, quæ beneficio Creatoris inserta sunt, præuaticatione primi parentis euersa sunt: nec haberi queunt, nisi eo restituerente qui dederat: Reformabilis enim est natura humana formatori suo, & eorum bonorum quæ habuit capax est: vt per mediatorem Dei & hominum hominem Iesum Christum, in eo ipso quod ei remansit, possit recuperare quod perdidit. Remansit autem ei rationalis animus, qui non vitius, sed virtutis habitaculum est. Ex participatione enim sapientiæ & iustitiæ, & misericordiæ, non sapientia, neque iustitia, neque misericordia: sed sapientes, & iusti, & misericordes sumus. Quæ bona, quamvis rationale non

Rom. 1.

Ephes. 1.

Cap. 17.

Rom. 5.
Psal. 50.
Ephes. 1.
Colos. 1.

1. Cor. 6

1. Cor. 1

Psal. 131.

Ioan. 2.

Matth. 28.

* Alias
viciunt.

A. C. 16.

Cap. 16.
Luc. 18.

* Alias
quod.

strum virtus occupatum sit & præuaticantibus nobis Dei templum spiritus immundus inuaserit, possunt tamen mundi in ipsum rationale confluere, per eum qui mundi principem foras mittit: & ligans fortem, vasa eius rapit, fugatoque mundi huius spiritu, largitur nobis spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis; *qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Puto autem istum verisimilitudine decipi, & in specie falsatum errare virtutum, dum ea bona, quæ non possunt nisi ex Dei munere haberi, imperium in impiorum animis existimari reperiri: idè scilicet quæ multi eorum sint iustitiz, temperantiz, continentiz, & beneuolentiz sectatores: quæ omnia non frustra quidem, neque inutiliter habent, multumque ex eis in hac vita honoris & gloriæ consequuntur. Sed quia in iis studiis non Deo, sed diabolo seruiunt, licet habeant temporalem de vana laude mercedem, ad illam tamen beatarum virtutum non pertinent veritatem. Et ita manifestissimè patet, in impiorum animis nullam habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse, atque polluta, habentium sapientiam non spiritalem, sed animum; non cælestem, sed terrenam; non Christianam, sed diabolicam; non à patre luminum, sed à principe tenebrarum, dum per ea ipsa quæ non habent nisi dante Deo, subducuntur ei qui primus recessit à Deo. Qui ergo dicit, sine vilo opere gratiæ naturaliter omni animæ semina inesse virtutum: quid laborat ostendere nisi istis seminibus quædam germina præcedentium Dei gratiam pullulare meritorum: Denique vt videretur aliquid gratiæ tribuisse. Ad perfectionis, ait, incrementum semina hæc peruenire non poterunt, nisi opitulatione Dei fuerint excitata: vt scilicet opitulatio Dei sit corroboratio atque doctrina: mens autem, quæ virtutum esse opulenta seminibus, vratur facultate quam possidet; ad hoc tantum iuuanda, vt earum virtutum apprehendant culmina, quatum sibi scit inesse principia. Igitur secundum * istud humana anima sic ædificabitur in Dei templo, vt non accipiat fundamentum, præter quod aliud nemo potest ponere, quod est Christus Iesus. Quando autem hoc fundamentum incipitur, nisi quando fides in audientis corde generatur? Quæ si naturaliter inerat, non cœptum ibi est aliquid, sed super instructum. Superfluo ergo infidelis videbatur, qui fidem habebat, antequam crederet. Hoc autem & de aliarum virtutum principis potest dici, quas gratia augere debeat quia sunt, non donatur quia desunt. Sed aliud nos omnia sacrarum scripturarum eloquia docent. Legimus principium esse sapientiz timorem Domini. Et legitimus donum Dei hanc esse virtutem. *Timor Domini*, inquit, *super omnia se superposuit.* Peccus (homo) cui donatum est habere timorem Domini. Cum ergo timor Dei principium sit sapientiz quæ virtus haberi potest sine sapientia, cuius ex timore principium est? Peccus Petrus Apostolus, *Gratia vobis*, inquit, *& pax adimpleatur in recog-itione Domini nostri Iesu Christi*, qui nunc omnia nobis diuina virtute sua, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donauit. Nunquid ait: *Qui virtutum semina, quæ naturaliter habebamus inserta, opitulatione sua excitauit in nobis; sed ait: Qui nunc omnia nobis quæ ad vitam & pietatem pertinent, donauit.* Quod dicendo, cuius virtutis initium in natura posuit, quod non ab eo collocatum sit qui cuncta donauit? Propter quod & beatus Paulus: *Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?* Ergo omnia quæ ad vitam & pietatem pertinent, non per naturam, quæ vitiosa est, habemus: sed per gratiam, quæ natura reparatur, accepimus. Nec idè existimare debemus in naturalibus thesauris principia esse virtutum, quia multa laudanda reperuntur etiam in ingenuis impiorum, quæ ex natura quidem prodeunt: sed quoniam ab eo,

qui naturam condidit, recesserunt, virtutes esse non possunt. Quod enim verè illuminatum est lumine, hinc est: & quod eodem lumine caret, non est: Quia, *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Actus, vitium est quod putatur esse virtus; quandoquidem stultitia, quod putatur esse sapientia. Quomodo autem fieri potest vt is qui in naturalium virtutum seminibus exuberare se putat, * quas ipse magnificas esse gloriatur, ipsas virtutes suas ei doctrinæ subiciat provehendas, quæ dicit: *Si quis videatur inter vos sapiens esse, stultus fiat vt sit sapiens: & Quia in sapientia Dei non cognouit hic mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes:* Quid illa scientia scientiæ quæ præsumptio magis ineptum esse censet, magisque ridendum, nisi spiritus Dei aspersionem subegerit superborum; rationesque illas quæ ignota virtuti, cæcitate faciundia repugnabunt; gratiæ suæ virtute destruxerit; vt semen verbi præfulcata cordis terra concepiat, & dignos æternis horreis fructus Dei agricultura producat: Post illud autem nullius authoritatis testimonium, quod disputationi suæ de libello Pastoris inferuit, & quo ostendere voluit, inter boni & mali contrarias suasiones, ita omnem hominem naturali iudicio & propriæ discretioni esse commissum, vt ei non plus à Deo præsidij, quam à diabolo sit periculi addidit definitioni suæ regulam, dicens: Et idcirco manet in homine liberum temper arbitrium, quo gratiam Dei possit vel negligere, vel amare. In qua sententia etiam hoc, quod ait, manere in homine liberum temper arbitrium, ex aliqua parte non constat. Siquidem multa millia infantium in regnum Dei adsumptorum, aut à regno Dei extraneorum, sine vilius suæ voluntatis arbitrio liberum Dei aut accipiant, aut amittant. Multique excordes ad omnia profusus & fatui, per sacramentum regenerationis ab æternæ mortis vinculis eruantur. Accipiamus tamen ita hoc dictum, vt ad eos propriè pertineat hæc definitio, qui vt possunt libera voluntate. Itane libera est ista voluntas, vt quantum ex se habeat fastidij, vt negligat gratiam Dei, tantum ex se habeat * delectationis vt diligat? Itane illum vetustæ infidelitatis glaciali rigorem nullus meridiani caloris spiritus relaxauit, & torpor mentis obstititæ de suo algore concauit: vt dicente Domino. *Ignem veni mittere in terram*, nulla ad cor frigidum scintilla perueniret, & cinis mortuus à semetipso in flammam charitatis exarferit? Nil tale * in istius gratiæ damnatoribus factum est, quale illi experti sunt, qui dicebant? *Nonne cor nostrum erat ardens in nobis, cum essemus cum illo in via, & aperiret nobis Scripturas?* Sed nec illud in eisdem actum est, quod de Lydia, ciuitatis Thyatirorum purpuraria, quæ inter mulieres, quibus illic Apostolus prædicabat, sola tunc ostenditur credidisse: *Cuius*, inquit, *cor aperuit Dominum, vt intenderet his quæ à Paulo dicebantur.* Et tantum est secundum istum liberi arbitrij vel incolumitas, vel facultas, vt charitatem, quæ in omnium acce virtutum est, non ex Dei munere, sed ex sola habeat voluntate. Quid ergo in anima à suo ædificatore parabitur? aut qua largitate gratiæ fiat ornator, si illa sunt ei propria, sine quibus non possunt prodesse donata? Sed Apostolus, qui proficitur sine charitate non operationes miraculorum, non scientiam, non fidem, non prophetiam, non erogationes dinitiarum, non ipsam sauisimorum suppliciorum prodesse tolerantiam: vnde habeatur ipsa charitas non tacet. *Quoniam charitas*, inquit, *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Et pax, inquit, *fratribus cum charitate & fide, à Deo Patre & Domino Iesu Christo.* Sanctus etiam Ioannes Apostolus instruat nos, vnde huius boni cœptimus esse participes. *Charissimi*, inquit, *diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo est.* Et ne possimus

Ioan. 12.
Maic 3.
1. Cor. 2.

Rom. 8.
Cap. 28.

1. Cor. 3
* Alias
quæ iste
magna
gloriatur.
1. Cor. 1.

Cap. 30.

Cap. 10.
* Alias
istum.
1. Cor 3.

Prou. 1.

Ecclef. 25.

2. Pet. 1.

1. Cor. 4.

* Alias dicit
lectuosis.
Luc. 11.

* istis.
Luc. 14.

Act. 16.

1. Cor. 13.

Rom. 5.
Ephel. 6.

Ioan. 4.

possimus opinari idēd dilectionem dictam ex Deo, quia in natura hominis hic satus (sicut affectus, paulo post ait; *Non quod nos dilexerit, imus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos.* Agnoscat ergo humana egestas, hoc quod de quibuslibet bonis recte dicitur, multo tēctius sibi dici de eo, sine quo bona cuncta non profunt; *Quid enim habes quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Post hanc autem, cum tantum homini tribuisset aut gratiam, quantum ei fuerat fructuosissimum habere per gratiam, addidit quaedam perplexēd, atque confusēd ad vigorem liberi arbitrij demonstrandam, & de his quę iam donatis sibi * virtus facit, vult illa munire quę ei naturaliter inesse definit, ut quod est per adiutorium Dei perfectisse, hoc sit per liberi arbitrij liberatēd cōcessisse. Verūm hęc vt tolerabilia transcamus, quia & nos liberum arbitrium idēd dicimus, bonę voluntatis affectum fidēdque principium, operante gratia concēpisse, vt per hęc quę illi nullo merito præterite donata sunt, ea quę operaturis sunt promissa mereaturab illo semper petens posse aliquid boni facere, qui ait; *Sine me nihil potestis facere.* His itaque prætermisiss, id quod de sancti Iob passio nibus posuit, retrahēmus: aitenim.

1. Cor. 4. Cap. 3.

* Aliis virtutibus.

Ioan. 15.

Cap. 3.

Iob 1.

Quod etiam in probatissimo ablatasuo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, diuinam legimus prouidisse iustitiam. Si enim contra inimicum non sua virtus, sed Dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque ulla virtute patientie sue diuina tantum opitulatione suffulcus, multipliciter illas ad tota inimici crudelitate quasitas tentationum moles & exitia perulisset; quomodo non illan calumniosam diabolus, quam prius emiserat vocem, aduersus eum iustis iterasset: Nunquid Iob gratis colit Deum? nonne tu vallasti eum, ac domum eius & vniuersam substantiam eius per circuitum? Sed aufer manum tuam, hoc est, sine eum suis necum viribus decertare, nisi in faciem tuam benedixerit tibi. Sed cum nullam huiuscemodi querimoniam calumniosus hostis post cōfessionē audeat iterare, non Dei, sed illius se victum viribus consistit: licet etiam gratia Dei non in totum illi d fuisse crede idā sit, qua tantam tenuiori iribuit potestatem, quantum & illum resistēti nouerat habere virtutem, non eum ab illius impugnatione sic protegens vt nullum virtutis humane relinqueret locum; sed hoc tantum procurans, ne violentissimus inimicus animam eius auerteret faciens, & impotentens, impari eum atque iniquo certaminis ponderēd prępararet.

Cap. 33.

* erubescat ingerere iudicium legentium tam inanes fabulas, tam inhonestam mendaciam? Vir.

Iacob. 1.

Quis hęc prædicatiōi a Catholicis inter Catholicos crederet, nisi quę in colloctationibus domesticis sæpē defensa sunt, etiam scripta legentur? Itane in omnibus hominibus in intelligenti caligat obitus, & a cunctis Ecclesię filiis spiritus scientię & pietatis abscēssit, vt non * erubescat ingerere te iudicis legentium tam inhonestam mendaciam? Vir grauis, doctor sapiens, verax magister, redde nobis Catholicam de finitionem, qua inter initia disputationis tuę aures nostras mentesque cepisti. Pronuntiaueras fidem Christianam voce Ecclesiastica: non Iob actum, verum etiam cogitatione bonarum ex Deo esse principium, qui nobis & initia sanctę voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quę recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum defersum est, descendens a Patre Luminum, qui & inspirat quę bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis, & huius sententię soliditate omnia hostilium reliquiarum machinamenta cōfregeras. Cur professione mutata, quod destruxisti, edificas: quod tuebaris, impugnas: Cur inuictissimę veritatis acce defert, gradatim ad præcipitia Pelagiana decatis? Qui enim definitior, neque sanctarum cogitationum, neque piarum voluntatum, neque bonorum actuum ex nobis esse principia: sed inspiratione dei gratięque eius auxilio

bona in nobis cuncta generati, & ad perfectum, perfectionem que perducit, paulo post cōpiti donis gratię liberi arbitrij æquate conatus: vt principia, quę Deo adsignaueras, posse hominēd a semetipso habere monstrares, dicendo: Quia etiam suis interdum moribus homo ad virtutem appetitus possit extendi, semper verōd à Domino indiget adiuuari. Et iterūm dicendos Etiam per naturę bonum, quod beneficiō Creatoris indultum est, non nunquam bonarum voluntatum prodire principia: quę tamen nisi à Domino diligantur, ad consummationem virtutum peruenire non possunt. Et post hęc vt quosdam præueniri à gratia ostenderes, in quorundam autem præuentibus meritis causam percipiendę gratię collocares, dixisti quid ex quo perdat dubitari: id est, virtum, quia inuitum bonę voluntatis præberimus, misereatur nostri Deus: an quia Deus misericreatur, consequatur bonę voluntatis inirium. Quas duas regulas ne in ambiguo relinqueres, vtrāque exemplis vt tibi visum est, idoneis munire curasti: vnam de Pauli & Matthię acitiora conuersione confirmas: alteram de Zachari & latronis voluntaria fide roborans, quorum desiderium tam videntium deis fuisse, vt ad inuadendum regum cęlorum specialia vocationis monita præueniret. Deinde progressu disputationis, vt incolumitatem interioris hominis prefacias, ipsum Adam concēpisse quidem, quam non habebat scientiam mali, sed quę acceptat boni scientiam, non amississe confirmas. Cūmque hoc etiam ex comparatione impiorum probare voluisses, in vsque proplatus es, vt proclamares, eorumdum nobis esse, ne itā ad Deum omnia Sanctorum merita referamus, vt nihil nisi quod malum est, humane adscribamus naturę. Et ne hanc naturam vllas in prænaricatione Adę crederemus amississe virtutes, desisti, tam incolumes esse omnium hominum animas naturaliter, quā si primi hominis ante peccatum, dicendo: Dubitari ergo non potest, inesse omni anime naturaliter virtutum lemna beneficiō Creatoris inserta. Consideratis ergo his definitionibus tuis, non est occultum, quantum ab illis iententię sanitate defuissent, in qua quod tribuendum erat gratię, fallaciter prædicando, a Catholicum tibi aurium iudicia conciliare voluisti, quibus de præmissis profelisionis fronte securis, facile sequentia irepererit, si prima placuissent. Sed hæc enis ne in totum videreris à præfixa regula discedere, ipsa virtutum meritorumque principia * ad liberum arbitrium à gratia transituisti, vt ipsos bonorum defideriorum voluntarios motus sine auxilio Dei nec proficij patereris posse, nec perfici. Nanc verōd remoto longius Deo, & à sustentatione hominis separato, tantam libero arbitrio potentiam tribuis, vt non solum amissionem multiplicium facultatum, & totius simul familię ac necessitudinum acerbissimum finem constanter æquanimiter suscipiat, sed ipsius quoque corporis proprii ineffabiles cruciatu propositio nudę voluntatis euincat. Et vt dubitari hinc, disputante te, nequeat, sancti Iob constituit exemplum, qui aduersus illam insignem diabolice fatuitę crudelitatem Iob præsidio deceratis: & argumento probare niteris, quod ipse cruentissimus inimicus confessus sit, non Domini, sed Iob se virtute superatum, in eo, quod sibi in grauiore consiliu gratiam Dei obtulisse non dixit: quasi vir ille in damnis, atque orbaticibus debearit superna protectione circumtegi, in carnis autem suę animeque tormentis non egerit adiuuari. Si ergo hæc magnitudine animi, quam illata per singulos omnesque artus tuo mortuum pœna non superat, nihil inter Sanctorum palmas memorabilis, nihil inuenitur illustrius: eamque adferas, ex humana tantum virtute subsistere: quid igitur laudis ac meriti, quod inter studia quietis ac pacis nequeat arbitrij obtinere libertas, quam in tanti fine certaminis de suis virtibus coronasti? Quæto igitur res te,

Cap. 34. * Alias a libero arbitrio: sed textus magis placet.

110 D. Prosperi de Gratia & Libero Arbitrio,

videaturne tibi vir iste, cum illis quae legimus suppliciter probaretur habuisse in se Spiritum sanctum? Si habuisse dicis: certum est quia Deus, quem non deseruit, adiuvit. Si autem recessisse ab eo Spiritum sanctum dixeris, propheticus te eisdem sermo conuincit, dicens: *Scio enim quod Redemptor meus uiuait, & in nouissimo die de terra surrecturus sim. Et tunc in circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum: quem uisurus sum ego ipse, & oculis mei conspexerit sum, & non alius. Reposita est haec spes mea in sinu meo.* Quod si de Incarnatione Domini nostri Iesu Christi, ac resurrectione eius, qui est primitia dormientium, & de spe redemptionis, quae in ipso reposita est omnibus Sanctis, rectè intelligitur prophetatum, manifestè apparet non discessisse à templo suo gratiam Dei: & fecisse iam tunc Dominum in hoc sancto suo, quod postea in Apostolis & Martyribus suis spondens: esse faciendum, dicens: *Cum auentradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini: non enim uos estis qui loquamini, sed Spiritus Patris uestri, qui loquitur in uobis.* Quod cum idem Sanctus ineptis consolatoribus responderet, non in Dei fidebat auxilio, dicens: *Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit Dominum, & exaudiet eum?* Aut nesciebat ex illo le habere quod habebat, de quo ait: *Apud ipsum sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.* Et quod dicit, *In cuius manu anima omnis uiuentis, & Spiritus uniuersa carnis hominis.* Et iterum: *Expecto, inquit, donec ueniat immutatio mea: uocabis, & ego respondebo tibi: Operi manuum tuarum porriges dexteram: Tu quidem gressus meos dinumerasti, ed parci pecunias meae: Signasti quasi in sacco delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.* Non ergo derelicta Dominum, quem curabat: neque opem suam abstulerat ab eo, cui purificatoria remedia quibus clariùs nitesceret, admouebat. Ad hanc passionem tolerantiam, in qua hic Sanctus emicuit, idem ille erat praeparatus à Domino, qui dicebat: *Non enim es ambulans in medio uiridae mortis, non timbo mala, quoniam tu mecum es.* Et illud: *Salus Iustorum à Domino, & prolektor eorum est in tempore tribulationis.* Ad hanc tolerantiam etiam ille erat paratus à Domino, qui & credere in Christum, & pro Christo pati referebat ad Christum, dicens: *Instructi igitur ex fide, pascebamur ad Deum, per Dominum nostrum IESUM CHRISTUM, per quem & accessum habemus in gloria ista, in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum DEI. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uerò spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et iterum: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, existimati sumus ut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos.* Huius tolerantia fortitudo uide descendere, & beatus Petrus, & in illo omnis Ecclesiae Veritatis ipsius uoce dicebat, dicens: *Ecce Sathanas postulat ut uermetur uos uelut trititum, ego autem rogavi pro te, Petre! ne deficiat fides tua. Quisquis igitur in tribulatione non deficiat, ab illo fe non dubitet adiuuari, ad quem quotidie corda uiuentium Fidelium clamant, Ne inferas nos in tentationem, sed libera nos à malo: quoniam custodit Deus animas sanctorum suorum de manu peccatorum liberabit eos.* Quod autem dicit, gratiam Dei ab Iob ex eo intelligendam non penitus recessisse, quod tentatori eius tantam Deus tribuit potestatem, quantam & illi resistendi nouerat habere uirtutem. Nonne rectius ueracisque loqueretur, si ubi dixisti: *Quantum & illi resistendi nouerat habere uirtutem: dicentes potius, Quantam & illi resistendi nouerat**

fe dedisse uirtutem? Vnius enim uerbi correctio totam istam gloriam, quam humanis uirtutibus assignare uoluit, sobrietate aliqua temperasset, ut illa mirabilis in tanta afflictione patientia, & Dei adiutorio, & libero hominis adhiberet arbitrio. Sed ueritas es naturae humanae minuire laudem, si ei profitereris à Deo datam esse uirtutem. Itaque confictus illius arque uirtutis non vis credi cooperatorem Deum fuisse, sed tantummodò spectatorem: ut cui persuadere poteris, per naturalem arbitrii facultatem tam arduum certamen euictum, dubitare non audeat in leuioribus causis multò libertiores esse bonae uoluntatis effectus: utque ita in illius damnatae sententiae foueam cadat, qua dicitur, ideò nobis gratiam iustificacionis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possemus implere per gratiam, tanquam, etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa implere diuina mandata. Quod quia Catholici Pontifices digno anathemate censuerunt, utendum nobis est eo: quò ubi sunt testimonio dicens, De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait: *Sine me difficultibus poteris facere:* sed ait, *Sine me nihil poteris facere.* His autem definitiouis tuis, quas credidisti idonea auctoritate munitas, tanquam de consensu legentium secutus adiangis: Solere interdum Deum ad fidem nostram probandam plus offerre quam sufficit, ut quàm infirma sit credentium fides, possit agnosci, & hoc exemplo illius Centurionis ostendis, qui cum pueri filii posceret curationem, Dominum se ad domum eius uocum esse promitteret, respondit: *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed dic tantum uerbo, & sanabitur puer meus.* In quo eum Dominus tali admiratione laudauerit, ut pronuntiaet non se inuenisse tantam fidem in Israèl. Ad exigua conclusione penè totum tu Pelagianum dogma confirmas dicendo: Nullius enim laudis esset ac meriti, si id in eo Christus, quod ipse donauerat, praetulisset. Falsò ergo scriptum est, *Quia nemo potest esse conuictus, nisi Deus det.* Falsò praedicauit Apostolus, cum de eadem uirtute loqueretur, dicens: *Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum; Sed unusquisque proprium habet donum à Deo; alius fide, alius scientia.* Falsò docuit & ille qui dixit: *Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur ei.* Nec secundum ueritatem dictum est: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminis: un.* Et: *Nemo potest accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de celo.* An dicendum est, Omnes quidem uirtutes inter Dei dona numerandas; sed in illis hominem, quas de proprio haberit, esse laudabilem: & ibi esse merita, ubi Dei dona non fuerint? Igitur secundum regulam tuam, quibus donatum est, ut non solum crederent in Christum, sed etiam ut paterentur pro ipso, & laudem, & meritum perdidissent: nec habent ueram gloriam, qui non in fe, sed in Domino gloriantur. Sed rectius audimus Prophetam dicentem: *Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui, & à Domino discedit cor eius.* Et illum, qui ait: *Diligam te Domine, uirtus mea.* Et: *In Domino laudabitur anima mea.* Et: *Fortitudo mea, & laudatio mea Dominus; ut manifestissimè nouerimus, nec laudem eos vllam habere, nec meritum, in quibus non inueniuntur, quae nisi Dominus dederit, non habentur.* Sic autem putasti de testimonio laudatae fidei prauidium donis gratiae posse generari, quasi fides, ubi offenderetur laudata, non doceretur esse donata. Laudat Apostolus Romanorum fidem, & pro hoc bono agit gratias Deo dicens: *Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis: quia fides uestra administratur in uniuerso mundo.* Ad Corinthios quoque simili scribit affectu, dicens: *Gratias ago Deo meo semper pro uobis in gratia Dei, quae data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo,*

Iob 19.

Matth. 10.

Iob 12.

Cap. 15.

Psal. 22.

Psal. 36.

Rom. 5.

Rom. 8.

Psal. 43.

Luc. 22.

Matth. 6.
Psal. 96.

Mileuit.
Conc.
Car. c. 5.
Iob. 15.
Cap. 36.

Sap. 8.
1. Cor. 7.

Iacob. 1.
Ibidem.
Iob. 3.

Hier. 17.
Psal. 34.
Psal. 74.

Rom. 1.
1. Cor. 1.

in omni verbo & in omni scientia. Nunquid agendo gratias, credentibus lultulit laudem? et laudando credentes, meriti negavit Autore? De Ephesiorum etiam fide quid sentiat, audiamus: Propierea, inquit, & ego audiens fidem vestram, qua est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes Sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis. ut Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloriae, de vobis spiritum sapientiae & revelationis, in cognitionem eius illuminatos oculos cordis vestri. Habebant ergo isti fidem, habebant & opera charitatis, quae nec laude poterant carere, nec merito: sed pro his virtutibus Apostolus gratias Deo agere non cessat, sciens à Patre luminum haec dona venisse: à quo se etiam petere poteratur, ut quibus de diti fide, quae per dilectionem operatur, det spiritum sapientiae & intellectus: ut inde se Ephesij noventim accepisse quod habebant: à quo discant & sperare quod non habent. Pro Philippensibus quoque similes Deo gratias agit, & meritum eorum laudemque non supprimit, dicens: Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper, in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens super communicationem vestram in Evangelio, à prima die usque nunc, considerans hoc ipsum, quia qui cepis in vobis opus bonum, perficere usque in diem Christi Iesu. Cuius humanae laudis ac meriti non hic causa suspensa est: quod virtutis ac pietatis exceptum est, quod non ex gratiae fonte profluxerit, ubi ab initio usque ad finem & inchoatio, & perfectio boni operis Domino reperatur, cui canitur de sanctis suis: Domine? in lumine virtutis tuae ambulabunt, & in novitate exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tua est. Considerandum sane est in hac sententia tua, quantum adiutus eos qui dicunt Gratiam Dei secundum merita nostra dari: quos ut Catholici fidei defensores vbra culu, profane opinionis esse profertis, dicens:

Nemo autem existimet hoc à nobis hoc obijisse prolata, ut nitamur adstruere, summam salutem in nostra fidei ditione consistere, se videmus quorundam profano opinione, qui totum saluti arbitrio depu: auter, gratiam Dei dispensari secundum meritum uniuscuiusque definitum.

Sed minor valde quomodo non vides aut ab alitis existimas non videri, quod te ipsum tu ote condemnas: Dicendo enim quod Centurio, cuius fides omni voce laudata est, nullius laudis esset ac meriti, si id in eo Deus quod ipse donauerat, praetulisset, de finisti Centurionem illum non donatam fidem habuisses sed propriam, & ac perinde nihil eius principis collatum fuisse per gratiam: in eadem autem fide causam fuisse & laudis & meriti, quorum neutrum haberet, si id, cui & laus debetur & meritum, Dominus contulisset. Frustra ergo ut inuidiam damnati erroris euadas, summam salutis negas in fidei nostrae ditione consistere; cum omnino salus nisi ex fide esse non possit. *Istius enim ex fide venit.* Quoniam veritas dicit: *Amen amen dico vobis, quoniam quis audit verbum meum, & credit in eum qui me misit, habet vitam aeternam, & in iudicium non veniet; sed transibit de morte ad vitam.* Et iterum: *Hac est voluntas Patris mei, ut omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam aeternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die.* Et iterum: *Hac est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Cum itaque huic fidei, quam idem meritis & laudibus honorasti, quia maus eam, nec libere arbitrij bona, quae inter Dei dona numerari, aeternam beatamque vitam constet esse partam, quomodo hoc vulnus declinabis, quo te ipsum configis pronuntiando eos profanos, qui gratiam dispensari secundum merita humana definiunt, & asserendo quod nec laudem constet habere, nec meritum eos, qui ex dono gratiae sunt fideles. Quoquoersum ergo te conferas, à temetipso & vinciris, & vincetis. Si enim gratiam merita non praecedunt,

& fides non potest esse sine meritis: fides gratiam non praecedit, & omni modo ex gratia habetur, qui quid illud est, ex quo meritum nascitur quod ante gratiam non habetur. Vt igitur definitionum tuarum absurditas non sibi repugnare videatur, inconuenienter miscere conaris, & veritatem membrorum corporis Christi in duobus generibus fidei illius noua praesumptione constis: in vno scilicet, ad quod pertinet illud, quod inter principia dixisti. Non solum actuum, sed etiam cogitationum bonarum, & Deo esse principium, qui & incipit quae bona sunt, ex quo, & consumatur in nobis. In alio autem cui congruat regula ista, quae dicit; Centurionem nec laudem ullam habiturum esse, nec meritum, si id in eo Dominus, quod ipse donauerat, praetulisset. Et licet totum disputationis tuae textum ad has duas formulas, quae nullo modo conformes possunt esse, produxeris, nunc tamen d. s. m. t. i. s. atque expressus quid volens firmare, pronuntias dicens:

Per hac igitur exempla, quae de Evangelio protulimus monumenta, euidens sibi poterimus aduertere, diuerse atque innumeris modis, & insensibilibus viis, Deum salutem humani generis procurare: & quorundam quidem voluntatem ac libertatem cursum ad maiorem incitare si gratiam: quosdam vero etiam volentes inuisi quae compellere. Et nunc quidem, ut implentur ea, quae vtiliter à nobis desiderata conspexeris, adiunare: nunc vero etiam ipsius sancti desiderij inspirare principia, vel initium boni operis, vel perseverantiam condonare. Inde est, quod orantes, non solum protectorem ac saluatorem, sed etiam ac iuuantem ac susceptorum Dominum proclamamus. In eo enim, quod prior aduocatus, & ignorantes nos, atque inuisos attrahis ad salutem: protector atque saluator noster est. In eo autem, quod adiuuentibus operam ferre, resurgentesque suscipere ac mirare consuevit, susceptor atque resurgens nominatur.

Hac ergo discretione praercepta erit, ut definitis in vna Ecclesia ista diuerfias ut Dominus noster Iesus Christus (de quo dictum est, *Et vocabis nomen eius Iesum:* ^{Macth. 1. & Luc. 1.} *ipse enim saluatum faciet populum suum à peccatis eorum.* Et de quo dictum est: *Nec enim est aliud nomen sub coelatum datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*) non omnium Christianorum, sed quorundam Saluator, quorundam vero susceptor sit, ut hi tantum saluati, quos ad percipiendum gratiam Deus auertis, reluctantesque compulerit: hi autem susceperit sint, qui uocatione spontanea cursus seuore praeruerint, qui illius quidem confertat gratiarum donum, istis vero debitum premium rependatur. Nihil nullius sint laudis ac merit, qui nihil boni habeant, nisi quod acceperint: isti autem & gloriae abundant, & remuneratione ditescant, qui propria facultate deo, quod non acceperint, obtulerunt: atque ita Iesus Christus alios liberos inuenit, & alios liberat: & non ad omnes pertinet quod ait: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos:* si sunt, à quibus cum eos non elegerit, electus est; Non ad omnes pertinet. *Nemo venit ad me nisi datus fueris ei à Patre meo:* si sunt, qui non dante Patre, ad Filium venite poterunt. Non ad omnes pertinet, quod ait Euangelista, *Erant iudaei verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:* si sunt qui aut ita in hunc mundum uenerunt, ut non essent tenebrae; aut ita lux esse ceperunt, ut illuminatione veri luminis non egerent. Nec de omnibus ad optatis accipiendum sit, quod ait Apostolus, *Quis enim nos de potestate tenebrarum, & transfusus in regnum filij dilectionis suae, hi quidem ipsi rumpunt vincula sua, & iugo veteris captiuitatis exussio, ad dominatione diaboli, in regnum Dei libera alacritate transcurrunt. Hae si possunt intra vnam Ecclesiam praedicari, ut neutra opinio alteri cedat, sed inuicem sibi verque succumbat: potest fieri ut recipiamus quod Pelagiani tenent; & Pelagiani recipiant quod tenemus. Sed hoc modo non tam illi Catholici, quam nos erimus (quod absit) Pelagiani. Contrariorum enim permixtu meliorem*

Ephes. 1.

Philipp. 1.

Cap. 3.

Macth. 1. & Luc. 1. Act. 4.

Rom. 1.

Abac. 1. Ioan. 5.

Ioan. 6.

Ioan. 17.

Ioan. 19.

Ioan. 6.

Ioan. 1.

Coloss. 1.

defectio est, quia cum virtus vitium recipit, non a vitio, sed a virtute descendit. Nullo igitur modo Christiana corda suscipiunt, quod persuadere conatus es eos qui gratia Dei sunt quod sunt, nec laudem ullam habent, nec mentum: & ab eo, qui venit saluare quod perierat, partem Christianorum saluatam, partem vero esse suscipiunt: quoniam discipuli Evangelicæ Apostolicæque doctrinæ, non alta sapientes, sed humilibus contentientes, infantium superbia elationis horetur. In toto quippe Ecclesiæ corpore, atque in singulis membris, quod mortuum erat, vivificatum est, quod caprium fuerat, redemptum est: quod cæcaturum erat, illuminatum est: quod perierat, quæsitum est: quod extraxerat, ingentum est. Nec secundum novam partitionem aliorum Saluatorum, aliorum susceptor, sed omnium visqueque Fidelium & Salvator, & susceptor est Christus. Nec merito ac laude privantur, qui vnde æterni boni mercatum accipiunt, tanquam beatores sunt, quando pauciora habuerint, quæ ipsorum sunt: & quanto plura, quæ dederunt. Nunc enim conturbat nos superbiendum inepta quæstionum, quia liberum arbitrium causantur auferri, si & principia, & profectus, & perseverantia in bonis visque in finem Dei dona esse dicantur, quoniam orationes diuinæ gratiæ stabilimentum sunt voluntatis humanæ. Volentes oramus: & tamen misit Deus spiritum in corda nostra clamantem, Abba Pater. Volentes loquimur: & tamen si pius est quod loquimur, non sumus nos loquentes, sed Spiritus Patris nostri, qui loquitur in nobis. Volentes operam salutem nostram; & tamen ipsam velle atque operari Deus est, qui operatur in nobis. Volentes diligimus Deum, & proximū; & tamen charitas ex Deo est, diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Rom. 8.
Matth. 10.
Marc. 11.
Phil. 2.
1. Ioan. 4.
Rom. 5.

Hoc de fide, hoc de tolerantia passionum, hoc de pudicitia coniugali, hoc de continentia virginali, omnibusque virtutibus sine exceptione profitemur; quo nisi donata essent nobis, non inuenirentur in nobis. Et quod liberum arbitrium naturaliter homini inditum, manet in natura; sed qualitate & conditione mutata per Mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, qui ipsam voluntatē ab eo quod peruersē volebat, auertit; & in id quod ei bonū esset velle conuertit, vt delectatione affecta, fide mandata, spe erecta, charitate accensa liberalem suscipere seruitutem, & seruilem amittere libertatem. Referatis igitur definitionibus, quas hætenus quædam præmittendo discussimus, non obscurum, neque ambiguum est, quid de gratia Dei sentiant, qui sincerissimis eius defensoribus obloquuntur: & pacē veteris Ecclesiæ, resumptis, de damnatorum schola quæstionibus, inquietant; quas si, vt audiuimus, reexamus, fiet sermo nostri immoderate proluxus: cum de his quæ ipsorum scholæ innotuerūt, facile pius Lector intelligat, ad quæ præcipitā perueniatur hinc callibus, & in istam lulentiorum riuorum cœnosam viginē, cuius voraginis humor exsudet. Necessarium sanē existimo ante conclusionem voluminis, ea quæ offendimus, non congruere Catholicæ veritati, breuiter coniunctimque digerere, vt quæ inter ceteris responsionibus nostris possunt recordationem legentium effugere, fidelibus simul recurra recolantur.

Prima ergo definitio dicitur est:

Non solum actum, verum etiam cognitionem bonarum ex Deo esse principium, qui nobis & iniuria sancta voluntatis inspirat, & virtutem, atque opportunitatem eorum que recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datum optimum, & omne datum perfectum deservitum est, descendens a Patre luminis: qui & incipit que bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis.

Quod & nos amplectimur, Catholicumque esse confitemur.

Secunda definitio dicitur est:

Adest igitur inseparabiliter nobis diuina protectio, san-

ctaque est erga creaturam suam pietas Creatoris, vt non solum comitetur eam, sed etiam precedat iugiter providentiam quam expertus Propheta confitetur, dicens. Deus meus, misericordia eius præueniet me. Qui cum in nobis orat, illum quem bona voluntatis inflexerit; illuminat eam atque confortat; & incipit ad salutem incrementum tribuens ei quam vel ipse plantauerit, vel nostro conatu videri emerisse.

Nam hic a præmissa definitione descendit, & quod totum gratia datum fuerat; ex parte nunc liberi arbitrii deputatur.

Tertia definitio dicitur est:

Nisi quod in his omnibus, & gratia Dei, & libertas nostri declaratur arbitrii, qui etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus posse extendi, semper verò a Domino indigeat adiuari. Nec enim cum voluerit quod sanitate perfruatur, aut de agriutudinis morbo pro arbitrii sui desiderio liberatur.

Quali medicus noster non iam etiam hoc donet morbidis, vt veram desiderent sanitatem.

Quarta definitio dicitur est:

Vt autem mentibus clarescat, etiam per naturam bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nunquam bonorum voluntatum prodire principia, que tamen nisi a Domino dirigantur, ad consummationem virtutum peruenire non possunt. Apostolus testis est, dicens: Velle enim adiaceet mihi, perficere autem bonum non inuenio.

Quasi Apostolus ex naturali affectu, & non ex gratiæ dono bonam habeat voluntatem, qui proficitur ex Deo sibi esse fiduciam etiam cogitandi.

Quinta definitio dicitur est:

Et ita sunt hæc quodammodo indifferente permixta atque confusa, vt quid ex quo pendeat, inter multos magna questione voluatur: id est, virum qui a iniuria bona voluntatis præbuerimus, miseretur nostri Dominus: an quia Deus miseretur, consequamur bona voluntatis iniuriam. Multi enim singula hæc credentes, ac iusto amplius adserentes, variis ubique contrariis sunt erroribus inuoluti. Si enim dixerimus, nostrum esse bonæ principium voluntatis, quid fit in persecutore Paulo? quid in publicano Mattheo? quorum vnus cruxi ac supplicii innocentium, alius violentiis ac rapinis publicis incubans, trahitur ad salutem. Sin verò gratiæ semper inspirari bonæ voluntatis principia aixerimus, quid de Zachari fide? quid de illius in cruce latronis pietate dicemus? qui de desiderio suo vim quamdam regni caelestis inferentes specialia vocacionis nomina præuenerunt.

In errore esse dicitur & is, qui ex gratia nasci bonam affectu voluntatem: & is, qui dicit gratiam ex bona voluntate pendere: & tamen vtraque sententia suscipienda decernitur, dum vnus in Paulo & Mattheo, alterius in Zachario & latrone forma præfigitur.

Sexta definitio dicitur est:

Hæc ergo duo, id est, gratia vtili liberum arbitrium, sibi quidem inuicem videntur aduersa; sed vtraque concordant, & vtrunque nos pariter debere suscipere pietatis ratione collegimus: ne vnium horum homini subtrahentes, Ecclesiastica fidei regulam excessisse videamur.

Quasi ita vtrumque recipiendum sit, vt in aliis hominibus voluntas gratiam, in aliis gratia præueniat voluntatem: & non ita vt in omnibus voluntas gratiam subsequatur. Quoniam secundum ipsos, si auferretur liberum arbitrium, cum a gratia præuenitur, auferretur gratia cum a libero arbitrio præuenitur.

Septima definitio dicitur est:

Concepti ergo Adam post præuentionem, quam non habuerat, scientiam mali: boni verò, quam acceperat, scientiam non amittit.

Cum vtrumque sit falsum, quia & a quâto malo Adam cauere deberet, Deo monente prædici: & in quanto bono esset constitutus, dum diabolo crediti, oblitus est. Sicut autem pessima scientia mali est, malum esse; ita pessima ignorantia boni est, bonum non esse.

Ostata de hincione dicitur est.

Vnde cauendum nobis est, ne ita ad Deum omnia Sanctorum merita referamus, ut nihil nisi id quod in alium est, humane adscribamus nature.

Quali natura ante gratiam non sit in damnatione, non sit in cœcitate, non sit in vulnere: aut non gratis iustificati sint, quorum inde fuit merita, vnde iustitia.

Nona definitio dicitur est;

Dubitari ergo non potest inesse omni anima naturali-
ver virtutum semina, beneficio Creatoris inserta: Sed nisi hac opitulatione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt peruenire.

Quasi de spiritualibus nihil Adam præuaticando perdidit, & virtus non vt habeatur danda, sed vt facilius perfectionem apprehendat, hoitanda sit.

Decima definitio dicitur est:

1. Cor. 3.

Quod etiam in Iob probatissimo a bletra suo, cum exus diabolus expetisset ad singulari certame, diuinam legitimis prouidisse iustitiam. Si enim contra inimicū non sua virtute, sed Dei solius fuisset gratiā protegente congeffis, & absque ulla virtute presentia sue diuina tantum opitulatione suffultus, multiplices illas ac tota inimici crudelitate quasitas tentationum moles & exitia perulisset: quomodo non illam calumniosam diabolus, quam prius emiserat vocem, aduersus eum iustitias uerserit: Nunquid Iob gratis colet Deum? nonne tu uallisti eum ac domum eius, & vniuersam substantiam eius per ercuium? Sed aufer manum tuam, hoc est, sine eum suis mecum viribus decertare, nisi in faciem tuam benedixit tibi. Sed cum nullam huiuscemodi querimoniam caluniosus hostis post conflictum ausit iterare, non Dei, sed illius se victum viribus confitetur: Licet etiam gratia Dei non in totum illi defuisse credenda sint qua tantum tentatori tribuit potestatem, quantum & illum resistendi nouerat habere uirumem.

Si ipse Deus sciuit tantummodo quod Iob posset, nō etiam donauit vt posset: testis patientia eius, non vt auxiliator fuit. Et in quo erit necessariū gratiæ adiutorium, si humanis solum viribus tanta illa esse parua victoria?

Vndecima definitio dicitur est de Centurionis fide.

Miratur enim Dominus atque collaudat, cur etiam illis qui ex Israël populo crederant, præserti, dicens: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Nullus enim laudis esset ac meriti, si id in eo Dominus, quod ipse donauerat, præuulisset.

Impius sensus, qui putat beatorem esse hominem, cui Deus nihil dederit, quam cui vniuersa contulerit.

Duodecima definitio dicitur est:

Inde est, quod orantes non solum protectorem, sed etiam susceptorem Dominum proclamamus. In eo enina quod prior aduocati & ignorantes nos, atque inuitos atrahit ad salutem, protectior atque Saluator est: In eo autem, quod aduentibus nobis opera ferre, refugientesque suscipere, ac munire consuevit, susceptior, ac refugium nominatur.

Huic sententiæ si potest præbere consensum, qui se à Christo non vult esse saluatum.

Cap. 40.

His itaque definitionibus hoc docetur, hoc scribitur, hoc editis disputationibus prædicatur, quod Adam peccante, anima eius læsa non fuerit, sanumque in eo manserit, vnde peccauit. Si quidem scientiam boni quam acceperat, non amiserit, nec potuerit posteri eius id perdere, cuius damnum nec ille pertulerit. Inesse autem omni animæ naturaliter virtutum semina beneficio Creatoris inserta, vt possit qui voluerit, iudicio naturali Dei gratiam præuenire, & adiutorium eius, quo facilius ad perfectionem perueniat, promereri: quia nullius fit laudis ac meriti, qui donatis bonis, non propriis adornatur. Cauendum quoque esse, ne ita ad Deum omnia Sanctorum merita referantur, quasi per se nihil boni possit agere ipsa hu-

mana natura: cum tanta sit virium eius integritas, vt contra ipsum diabolum, sauitiamque eius vsque ad extrema supplicia, sine auxilio Dei valeat dimicare. Hanc autem possibilitatem in omnibus esse hominibus naturalem, sed non omnes ingeneratis sibi vti velle virtutibus: tantam autem circa vniuersos homines bonitatem esse Creatoris, vt alij eò qui sponte veniant, suscipiantur laudati, alij quia resistunt, attrahantur inuiti: atque ideò volentium susceptior, nolentium verò Saluator sit. Et cum pars Ecclesiæ ex gratia, pars autem ex libero iustificetur arbitrio, gloriosiores sint, quos natura prouexerit, quam quos gratia liberabit: quia ad omne opus bonum tam libera sit volentis in Adæ posteris, quam in Adam fuit ante peccatum.

Cap. 41.

EN cuius dogmatis sunt magistri, qui vt Carholica-
rum mentium castitatem gratiæ defensoribus calumniando corruptam, præcipuum nostro tempore in doctrina Ecclesiastica virum rabido ore decerpunt, creduntque se omnia autoritatum munimina posse conuellere, si hanc pastoralis speculæ validissimam turrim crebra Pelagianis artibus illisiose paulauerint: Firmum quidem funtamentum Dei stat, sed congruenter illi non defunt partibus suis. Dignum quippe est vt quorum sequuntur sententiam, imitentur inianiam: Nec enim alia possunt dicere, quam quæ damnatorum querelis, & procaissimis Iuliani sunt vulgata conuictis. Paria sunt ypsius feminis germina, & quod latebat in radicibus, manifestat in fructibus. Non ergo cum istis noua acie dicandum est: nec quasi contra ignotos hostes specialia fuit inuenda certamina; tunc ititorum machinæ fractæ sunt, tunc in superbie fociis ac principibus corruerunt, quando beatæ memoriæ Innocentius nefandis erroris capita Apostolico mucrone percussit: quando Pelagium ad proferendam in se suosque sententiam, Palæstinorum Episcoporum Synodus coarctauit: quando Africanorum Conciliorum decretis beatæ recordationis Papa Zosimus sententiæ suæ robur aduexuit, & ad impiorum detrimetionem gladio Petri dexteris omnium armauit Antitium: quando sanctæ memoriæ Papa Bonifacius pissimorum Imperatorum Catholica deuotione gaudebat: & contra inimicos gratiæ Dei non solum Apostolicis, sed etiam regis vtebatur edictis: Et quando idem, cum esset doctissimus, aduersus libros tantum Pelagianorum beati Augustini Episcopi responsa poscebat. Vnde & venerabilis memoriæ Pontifex Cælestinus, cui ad Catholice Ecclesiæ prædium multa Dominus gratiæ suæ dona largitus est: sciens damnatis non examerit iudicij, sed solum penitentia remedium esse præstandum: Cælestium, quasi non discussio negotio audientiam postulantem, totius Italiæ finibus iussit extrudi, ad eò & Præceslorum fuorum statuta, & decreta Synodalia inuiolabiliter seruanda censebat: vt quod semel meruerat abscondi, nequaquam admittetur retractari. Nec verò signiore curâ ab hoc eodem morbo Britannias liberauit, quando quosdam inimicos gratiæ solum suæ originis occupantes, etiam ab illo secrete exclusit Oceani, & ordinato Scotis Episcopo, * dum Romanam insulam studet seruare Catholicam, fecit etiam barbaram Christianam. Per hunc virum etiam Orientales Ecclesiæ gemina peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ urbis antistiti, gloriosissimo fidei Catholice defensori ad excedendam Nestorianam impietatem, Apostolico auxilio est gladio: quo etiam Pelagianij, dum cognatis confederantur erroribus, iterum prosternerentur. Per hunc virum intrâ Gallias istis ipsis qui sanctæ memoriæ Augustini scripta comprehendunt, maleloquentia est adempta libertas, quando consulantium adione suscepit, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oportet de eorum autoritate sententi, sancto manifestauit

Cap. 42.

* Scilicet Palladio.

manifestavit eloquio; eviderent pronuncias, quantum sibi presumptionis istius novitas displiceret, quã auderent quidam adversus antiquos magistros insolenter insurgere, & indiscriminatã calumniã prædicationi veritatis obstrepere. Augustinum, inquit, sanctæ recollectionis virum, pro vita sua, atque pro meritis, in nostra semper communione habuimus; nec unquam hunc sinistra suspitionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiam à meis tempore prædecessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, vt ipse qui vbiq; cunctis amori fuerit, & honori. Contrã istam clarissimæ laudationis tubam, contrã istam sacratissimi testimonij dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere? & perspicua, sincerissimæque sententiæ, nubem obliquæ ambiguitatis obtendere; vt scilicet quia in epistola Papæ librorum pro quibus actum est, non expressus est titulus, hinc eos appareat non probatos, & istam in sanctum Augustinum laudationem pro anteriorum scriptorum meritis fuisse collatam. Maneat, plene maneat ista conditio, vt horum librorum novitas repudiata videatur, si in eadem causa eosdem viri dissentiat antiquitas; & vt inutile aut incongruum iudicetur, quod ab his quæ contra Pelagianos condidit, dissonans invenitur. Vt itaque omitamus ea volumina, in quibus ab exordio Episcoporum sui multò prius, quàm impugnatores gratiæ exurgerent pro gratia disputavit, legantur tres ad Marcellinum ipsius libri, ad sanctum Paulinum Nolanum Episcopum * epistola retractetur; Ad beatissimum quoque Apostolicæ sedis tunc presbyterum Xistum, nunc vero Pontificem; emissæ paginæ * recurrantur. Ad sanctum a Pinianum, ad Valerium b comitem, ad seruos Christi Timasium & Iacobum, c distinctim edita volumina reuoluantur: sex libri priores contra Iulianum, vnus ad sanctum Aurelium Carthaginensem Episcopum de gestis Palæstinis, aliud ad Paulum & Eutropium sacerdotis, contra Pelagij & Cælestij d quæstiones & ad beatæ memoriæ Papam Bonificium libri quatuor e ex licentur. Ac sic in omnibus operibus, multisque quæ enumerare longum est, idem doctrinæ spiritus, eadem prædicationis forma præcessit. Agnoscant calumniatores, superfluo se obiiicere, quod his libris non speciale, neque discretum testimonium sit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur. Apostolica enim fides, quod à præcognitis sibi non discrepat, cum præcognitis probat: & quod iudicio iungit, laude non diuidit. Qui ergo hos proximè libros refutat, anterioribus acquiescant, & iis quæ pro gratia Christiana prius sunt scripta, consentiant. Sed non faciunt: sciunt enim omnia Pelagiana sibi esse

contraria, & nihil sibi posse competere ad consequentium resolutionem, si constiterit in præcedentibus consistere veritatem. Igitur huiusmodi hominum prauitati non tam disputationum studio, quàm authoritatum privilegio est resistendum: vt de prostratis dudum dogmatibus corpore nullum membrum sinatur allurgere. Quia notum est ita se falsitatis hæc habere veritatis, vt si eis liceat prætextu correctionis imagine aliquid sibi fauentium radicis suæ germine excipere, totam se possit in exigua sui parte reparare. Vbi enim non aliud habet summa quàm portio, non est deuotionis dedisse prope tori, sed fraudis retinuisse vel minimum. Quòd ne Hypocritarum obtineatur infidiis, consociamus protectione præstandum, vt quòd operatus est in Innocentio, Zuzimo, Bonifacio, Cælestino, operetur in Xisto: & in custodia dominici gregis hæc sit pars gloria huic reseruatã pastori, & sicut illi lubis abegere manifestos: ita hic depellat occultos. Illo auribus suis doctissimi senis infonante sermone, quo collaborantem secum Epist. 105. hortatus est, dicens: Sunt enim quidam iusti sibi dædam ad sixtum. nati, qui impietates adhuc liberius defendendas putant: & sunt qui occultius penetrant domus: & quod in aperto clamare iam metuunt, in secreto seminare non quiescunt. Sunt autem qui omnino siluerunt, magno timore compressi: sed adhuc corde retinentes, quod ore iam proferre non audent: qui tamen esse fratribus possunt ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alij seuerius sunt coércendi, alij vigilantius inuestigandi: alij tractandi quidem lenius, sed non segnius sunt docendi: vt si non timeant, ne perdant, non tamen negligantur ne pereant.

PERORATIO.

SVfficienter, vt arbitrator, demonstratum est, reprehenses Sancti Augustini & vana obiiicere, & recta impugnare & praua defendere, peremptoriumque armis intestinum bellum mouentes, dictis diuinis, atque humanis constitutionibus rebellare. Quorum tamen dum adhuc non sunt à fraterna societate diuisi, toleranda magis est interitio quàm desperanda correctio: vt donec Dominus per Ecclesiæ principes, & legitimis iudiciorum suorum ministros, hæc quæ per paucorum superbiam, & quorundam impetitium sunt turbata, componat: nobis Deo adiuuante sit studium quietæ, modestæque patientiæ odis dilectionem reddere; & ineptorum vitare consilijs, veritatem non deserere, nec cum falsitate certare; semperque à Deo petere vt in omnibus cogitationibus, in omnibus voluntatibus, in omnibus sermonibus, atque actionibus nostris ipse teneat primum, qui dixit se principium. Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria Rom. 11. in sæcula sæculorum. Amen.

Cap. 43. Loquitur de lib. de præd. san. & de bon. perf. seu de bapt. par. nolorum, siue de pecc. & remission.

* Epist. est 105. * requiritur. a De gratia Christi & peccato originali. b De nuptiis & concupiscentia. c De naturæ & gratiæ. d De perfectione iustitiae. e Qui sunt contra duas ep. Pelag.

Cap. 44.

F I N I S.



D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS, SENTENTIARVM EX OPERIBVS D. AVGVSTINI EXCEPTARVM LIBER.

1. Quæ sit vera innocentia.



INNOCENTIA vera est, quæ nec sibi, nec alteri nocet. Quoniam qui diligit iniquitatem, dicit animam suam. Et nemo non prius in se, quam in alterum peccat.

2. De h. in nibus diligentis.

Sic diligendi sunt homines vt eorum non diligantur errores: quia aliud est amare quod facti sunt, aliud odif. se quod faciunt.

3. De vera aternitate.

Vera aternitas, & vera * immutabilitas non est, nisi * Aliàs im- in Deitate trinitatis: cui quod est esse, * perpetuum morralitas. est; quia natura initio carens, incremento non indi- * Alias per gens, sicut nullum finem, ita nullam recipit mutabili- sectum. tatem. Creaturæ autem illæ, quibus Deus aternitatem dedit, vel daturus est, non penitus omnibus finis alienæ sunt, quia non sunt extra commutationem, dum finis illis est & temporalis institutio, & localis motio, & ipsa in augmentum sui mutatio facta.

Sententia in re habetur ad id. Plal. 100. Ambulabã in innocentia, &c. Plal. 10. Vide c. 6 l. 14 ciu. Dei.

4. De Patientia.

Ezech. 18.
* Eruditio
penitentiu-
nis est
oblatio
correctio-
nis. Sic le-
git codex
scriptus
qui est
Louanij in
Carthul.

Patentia Dei, qua parcat contemptus, parcat etiam negatus: & magis vult vitam peccatoris, quam mortem, * eruditio est penitentia, & oblatio correctio- nis: nec vlla ipsius opera misericordiam vacant: quando homini & indulgentia confilii & flagello.

5. De vltione Dei.

Diuina bonitas ideò maximè irascitur in hoc sæculo, ne irascatur in futuro: & misericorditer tempora- lem adhibet seueritatem, ne æternam iustè inferat vltionem.

6. De vera Dei laudatione.

Vera confessio benedictus, cum idem sonus est & oris & cordis. Bene autem loqui, & malè viuere, nihil aliud est, quàm sua se voce damnare.

7. De virtute charitatis:

Dilectio Dei & proximi propria, & specialis virtus est piorum atque sanctorum, cum cæteræ virtutes, & bonis, & malis esse possint communes.

8. De doctrina Apostolica.

Doctrina Apostolica salubris atque vitalis est, vt pro capacitate ventium neminem sui relinquat exorrem. Quia siue paruuli, siue magni, siue infirmi, siue fortes habent in ea vnde alantur, & vnde fatientur.

9. De querendo Deo.

Deum querens gaudium querit. Sic ergo querat, vt non in se, sed in Domino gaudeat. Accedendo enim ad Deum, illuminatur ignorantia, & corroboratur infirmitas, data sibi & intelligentia qua videat, & charitate qua ferueat.

10. De fastidio spirituali.

Sicut corpori innoxiam est escam corpoream non posse percipere: ita animæ periculosum est, spirituales delicias fastidiare.

11. De malorum & bonorum finibus.

Nunquam multi sunt, qui ad non esse tendunt: Quid enim tam esse, obnoxium paucitati, quàm quod esse debitum perditioni?

12. De tranquillitate vltionis Dei.

Non concupiscit Deus penam reorum, tanquam saturari desiderans vltione. Sed quod iustum est, cum tranquillitate decernit, & recta voluntate disponit: vt etiam mali non sint inordinati.

13. De bono intellectu.

Bonum intellectum habet, qui quod faciendum est, rectè intelligit & facit. Alioqui talis esse sine opere intelligentia, qualis sine timore sapientia: cum scriptum sit: *Initium sapientia timor Domini.*

14. De requie adhuc in carne viuentis.

Habet & in hac vita requiem suam anima quæ de morte infidelitatis exempta est: & non ab operibus iustitiæ, sed ab iniquitatis se abstinet actione; vt viuens Deo, & mörta mundo, in humilitatis & mansuetudinis placita tranquillitate requiescat.

15. De vouendo Deo.

Quisquis benè cogitat quæ Deo voueat, & quæ vouendo persoluat, seipsum voueat & reddat. Hoc exigitur, hoc debetur. Imago Cæsaris reddatur Cæsari: Imago Dei reddatur Deo. Sed sicut reddendum est, quid & cui offeras; ita etiam considerandum est vbi offeras. Quia vel sacrificij extra Catholicam Ecclesiam locus non est.

16. De iniustitia & gratia.

Duz sunt retributiones iustitiæ, cum aut bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis. Tertia est retributio gratiæ; cum per regenerationem remittuntur mala, & retribuuntur bona. Atque ita manifestatur, quia *vniverse viæ Domini misericordia & veritas.* Illam autem retributionem impiorum, qua pro bonis mala restituuntur, Deus nescit; qui nisi retribuere bona pro malis, nõ essent quibus retribuere bona pro bonis.

17. De superna patria ciuitibus.

Omnes qui ad supernam pertinent ciuitatem, peregrinus est mundi; & dum temporali vitæ vita, in patria viuunt aliena, vbi inter multa illecebrosa, & multa fallacia Deum nosse, & amare paucorum est, quibus sic *preceptum Domini lucidum illuminans oculos,* vt nec in Dei, nec in proximi charitate fallantur.

Psal. 108.

18. De carnis cupiditate viuenda.

Nemo est cuius animam corruptibile corpus, & inhabitio terrena non aggrauet. Sed anñtendum est, vt carnis cupiditates plerumque vigore superentur, & interterio homo, qui semper sibi sentit resisti, semper se diuino auxilio expectet adiuuari.

Sap. 4.

19. De angusta via via.

Angusta est via qua ducit ad vitam: & tamen per ipsam, nisi dilatato corde non curritur. Quia iter virtutum quo gradiuntur pauperes Christi, amplum est Fidelium spei, etiam si arcum sit infidelium vanitatis.

20. De premio religionis Christianæ.

Hoc affectu & desiderio colendus est Deus, vt sui cultus ipse sit merces: Nam qui Deum ideò colit, vt aliud magis, quam ipsum promeretur, non Deum colit, sed illud quod assequi concupiscit.

21. De occultis non indicandis.

De occultis cordis aieni temerè iudicare peccatum est, cum: cuius non videntur opera, nisi bona, iudicium est ex suspitione reprehendere. Cùm eorum quæ homini sunt incognita, solus Deus iudex sit iustus, qui & inspector est verus.

Est canon
5. concilii
Arauf. 1.

22. De adiutorio Dei.

Diuini est munus, cum & iusta cogitemus, & plebes nostras ad salutem & iustitiam continemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, vt operemur operatur.

23. De psonibus Sancto n.

Iusto iudicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua Sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritus Dei iuuantur & aguntur, fiant per laborem exercitia clariore.

24. De scientia boni.

Non est vera scientia boni, nisi ad hoc comprehendatur, vt agatur. Non enim vtiliter meditatur legem Dei qui laborat vt memoria teneat, quod actionem non implet.

25. De amore legi.

Qui legem Dei diligit, probat se in hominibus iniquis; id quod contra legem est, odisse, non homines.

26. De seruandis mandatis Dei.

Mandata Dei seruari, nisi quieta mens non potest. Vt ergo religiosum exerceatur studium, abigenda sunt iurgia malignorum.

27. De proficiendo.

Nemo tam eruditus, nemo tam doctus est, qui superna illustratione non egeat. Non enim ita vlla diuinorum bonorum augmenta sufficiunt, vt non semper superfit, quod mens rationalis, & intelligentium desideret & gerendum.

28. De duplici opere Dei.

Si omnes homines simul consideremus, quorum alij misericordia salui sunt, alij veritate damnantur; vniuersæ viæ Domini, id est, misericordia & veritas suo sine distinctæ sunt. Si autem solos Sanctos intueamur, non discernuntur hæ viæ Domini. Individua enim ibi est, & à misericordia veritas, & à veritate misericordia, quia beatitudo Sanctorum & de munere gratiæ est, & de retributione iustitiæ.

29. De obseruantia pacis.

Christianæ perfectionis est, pacificum esse, etiam cum pacis inimici, spe correctionis, non offensu malignitatis; vt si nec exemplum, nec rationem dilectionis sequantur, causas tamen non habeant quibus odisse non debeant.

Ezech. 1.
Psal. 110.

Luc. 20.

Sumpta
videtur
sententia
ex conc. 7.
Psal. 118.
& infra
est aduer-
sum Psal.
118. Re-
tribue ser-
uo, &c.

30. De custodia Dei.

Custodit nos Dominus ab omni malo ; non vt nihil patiamur aduersi ; & non vt ipse aduersitatis anima non lædatur. Cum enim tentatio adest, fit quidem in id, quod nos impugnat, introitus. Et cum bono fine, id est, sine vulnere animæ tentatio consummatur, ad æternam requiem de profundo temporalis laboris exitur.

31. De adiutorio Dei.

Ad cœlestis Hierusalem non ascendunt consortium, nisi qui toto corde profuerint, non proprij operis, sed diuini esse muneris, quoddã ascendunt.

32. De odium mundi in Christianos.

Omnes qui in Christo piè volunt viuere, necesse est vt ab impijs & dissimilibus patiantur opprobria; & despiciantur tanquam stulti & insani, qui præsentia bona perdant, & inuisibilia sibi, ac futura promittant. Sed hæc despectio; & irrisio in impios retorquetur: cum & abundantia eorum in cgestatem, & superbia transfuerit in confusionem.

33. De patientia Fidelium.

Tota Fidelium salus, tota patientiæ fortitudo, ad eum, qui in Sanctis suis est mirabilis, referenda est: quia nisi in illis Dominus esset, furori impiorum fragilitas humana succumbere.

34. De obsequijs debitis.

Ita & à plebi principes, & à feruis domini sunt ferendi, vt sub exercitatione tolerantia descendunt temporalia, sperentur æterna. Auget enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis.

35. De toleranda varietate mundana.

Recti corde de præceptis Dei & constitutionibus non queruntur: quia iustum est omnia æquanimiter accipi, quæ iudicaturus voluit tolerari.

36. De edificatione domus Dei.

Omnis sancti ædificij status, sicut Deo operante proficit, ita Deo custodiente, consistit. Quoniam tunc utilis præpositorum custodia est, cum spiritus Dei populo suo præsidet, & non solum greges, sed etiam ipsos dignatur custodire pastores.

Æternæ ciuitatis æterna sunt gaudia, & stantium dierum perpetua infinitas nec variabitur, nec labetur; quia incommutabili pace potentur, quorum omnium erit bonum, quod fuerit etiam singulorum.

38. De lege Charitatis.

Lex Christi perfectio charitatis est, qua Deus, Proximisque diligitur, & per quam dicitur conditori legis: *Dimite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Benè enim expectat promissionem Dei, qui mandata eius exequitur: nec frustra sperat parcendum peccatis suis, qui ignoscit alienis.

39. De iustitijs Dei.

Nihil Deus iubet quod sibi proficit, sed illi cui iubet. Idè verus est Dominus, qui seruo non indiget, & quo feruus indiget.

40. De temporalis scientia.

Id quod in tempore nouum est, non est nouum apud Deum, qui condidit tempora, & sine tempore habet omnia, quæ suis quibusque temporibus pro eorum varietate distribuit.

41. De prouidentia Dei.

Mutabilium dispositionem immutabilis ratio continet, vbi sine tempore simul sunt, quæ in temporibus non simul sunt: quia tempora non simul currunt.

42. De impunitate peccantium.

Nihil infelicius est felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur.

43. De legis littera.

Legis littera, quæ docet non esse peccandum, si spiritus viuificans desit, occidit. Scire enim peccatum

facit potius quàm cauere: & idè magis augeri quàm minui: quia malæ concupiscentiæ etiam præuicatio legis accedit.

44. De lege & gratia.

Lex data est, vt gratia quæretetur: gratia data est, vt lex impleteret. Neque enim suo vitio non implebatur, sed vitio prudentiæ carnis: quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.

45. De promissionibus Dei.

Hoc promittit Deus, quod ipse facit, non enim ipse promittit, & alius facit: quod iam non est promittere, sed prædicere. Idè non ex operibus, sed ex uocantur: nec ipforum sit, non Dei: & merces non imputetur secundum gratiam, sed secundum debitum: atque ita gratia iam non sit gratia.

46. De Fidelium culpis, & Indelium bonis.

Sicut non impediunt ab æterna vita iustum, quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur: sic ad salutem æternam nihil profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.

47. De mala voluntarijs effectibus.

Cùm voluntas mala potestatem accipit vt efficiat quod cupit, ex iudicio Dei venit, apud quem non est iniquitas. Punit enim etiam isto modo: nec idè iniuste, quia occultè. Cæterùm iniquus puniri se ignorat, nisi cum manifesto supplicio senserit nolens, quantum mali sit quod perpetrauit volens.

48. De superbia.

Omnia vitia in malefactis tantummodò valent: sola superbia etiam in rectè factis cauenda est.

49. De impare vni fortuna.

Interest plurimum qualis sit visus, vel ærum rerum, quæ prosperæ, vel earum quæ dicuntur aduersæ. Nam bonus nec temporalibus bonis extollitur, nec malis frangitur. Malus autem idè huiusmodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumptur.

50. De morte Sanctiorum.

Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit: Non enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum curandum necessarium morituris quid accidat vt moriantur, sed moriendo quò ire cogantur.

51. De puritate quam non perdit inuitus.

Ita non amittitur sanctitas corporis, manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amittitur sanctitas corporis violata animi puritate, & corpore intacto.

52. De fortitudine tolerantia.

Maior animus meritò dicendus est, qui vitam æternam magis eligit ferre, quàm fugere, & humanum iudicium, maximèque vulgare, quod plerumque caligine erroris inuoluitur, præ conscientie luce ac puritate contemnere.

53. De humilitate iustorum.

Iustus quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non pœna est criminis, sed virtutis examen: Nam bonus etiam si feruiat, liber est: malus autem, etsi tregnet, seruus est: nec vnus hominis, sed quod grauius, tot dominorum, quot vitiorum.

54. De oblatione votorum.

Nemo quicquam Domino rectè voueret, nisi ab ipso acciperet quod voueret.

55. De essentia deitatis.

Omnis substantia quæ Deus non est, creatura est, & quæ creatura non est, Deus est. Nulla ergo differentia est in deitate Trinitatis: quoniam quod Deo minus est, Deus non est.

56. Quales nos diligit Deus.

Tales non amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono: non quales sumus nostro merito.

littera. Idem habetur c. 14. li eiusdem Ex cap. 19. de spirit. & littera.

Cap. 14. lib de spirit. & littera.

Cap 17. li. de spirit. & littera.

Ex cap. 30. li. de spirit. & littera.

Ex c. 27. li. de nat. & gratia: & epist ad Diocorū.

Ex c. 11. lib. de ciuit. Dei.

Ex c. 18. l. 1. de ciuit. Dei.

Ex c. 27. li. b. 1. de ciuit. Dei.

Ex cap. 1. lib. 4. de ciuit. Dei.

Habes hic infra ad versum Psa. 129. Quoniam apud te, &c. Matt. 6.

Ex cap. 5. lib. de pir. &

57. De temporali opere Dei.

Ordo temporum in æterna Dei sapientia sine tempore est, nec aliqua sunt apud illum noua, qui fecit quæ fututa sunt.

58. De principalibus rerum omnium causa.

Voluntas Dei est prima & summa causa omnium corporalium spiritualiumque motionum. Nihil enim fit visibiliter & sensibiliter, quod non de invisibili & intelligibili summi Imperatoris aula, aut in beatur, aut permittitur, secundum ineffabilem iustitiam præmiorem, atque peccatum, gratiarum & retributionum in ista totius creaturæ amplissima quadam immensaque republica.

59. De superbia diaboli & Christi humilitate.

Diabolus superbus hominem superbientem perduxit ad mortem; Christus humilis, hominem obedientem reduxit ad vitam: Quia sicut ille elatus cecidit, & deiecit confitentem: sic iste humiliatus surrexit, & crexit credentem.

60. De spiritualibus augmentis.

In rebus spiritualibus cum minor maiori adhereret, sicut Creatori creatura, illa fit maior quam erat, non ille: & hoc est maius esse, quod est melius esse: quia adherens creatura Creatori, non modò auctor, sed virtute fit maior.

61. De ineffabili excellentia deitatis.

Excedit supereminentia deitatis non solum vñtati eloqui nostri, sed etiam intelligentiæ facultatem. Veriùs enim cogitatur Deus, quam dicitur, & vetius est, quam cogitur. Non parua autem notitiæ pars est, si antequam scire possumus quod sit Deus, possimus scire quid non sit.

62. De vera beatitudine.

Omnes beati h. bent quod volunt, quamuis non omnes qui habent quod volunt, continud sunt beati. Continud autem sunt miseri, qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non rectè volunt. Propior ergo beatitudinis voluntas recta, etiam non adepta quod cupit, quam praua, etiam si quod cupit, obtinuit.

63. Quid sit esse cum Deo.

Magna hominis miseria est, cum illo non esse sine quo non potest esse. In quo est enim sine dubio, sine illo non est: & tamen si eius non meminit, eumque non intelligit, neque diligit, cum eo non est.

64. De Incarnatione Verbi Dei.

Diuinitas Verbi æqualis Patri, facta est particeps mortalitatis nostræ, non de suo, sed de nostro: vt & nos efficeremur particeps diuinitatis eius, non de nostro, sed de ipsius.

65. Quo odio odiendi sunt mali.

Perfectum odium est, quod nec iustitia, nec scientia caret: id est, vt nec propter vitia homines oditis, nec vitia propter homines diligas. Rectè ergo in malis odium malitiam, & diligimus creaturam, vt nec propter vitium natura damnetur, nec propter naturam vitium diligitur.

66. De lab' re fingentium mendacia.

Difficilis & laboriosa sunt signa mendacij. Qui autem verum vult dicere, non laborat, quietiores enim sunt boni, quàm mali, & ab olutiora sunt verba * veritatum, quàm commenta fallacium.

67. De diuinis Scripturis.

Bonæ sunt in Scripturis sanctis mysteriorum profunditates, quæ ob hoc turgentur ne vilescant, ob hoc queruntur, vt exerceant: ob hoc autem aperiantur, vt pascant.

68. De oratione Domini.

Orans cum sudore sanguineo Dominus Iesus Christus, significabat de toto corpore, quod est Ecclesia, emanaturas Martyrum passiones.

69. De Sacramentorum perceptione.

Sacramentum pietatis in iudicium sibi sumit indi-

gnus. Bene enim esse non potest male accipienti quod bonum est.

70. De laudando Deum.

Qui laudat Deum in miraculis beneficiorum, laudet & in terroribus vltionum. Nam & blanditur, & minatur. Si non blandiretur, nulla esset exhortatio: Si non minaretur, nulla esset correctio.

71. De acceleranda conuersione.

Remedia conuersionis ad Deum, nullis sunt cunctationibus differenda; ne tempus correctionis peccat tarditate. Qui enim penitenti promittit indulgentiam, dissimulanti diem crastinum non spondidit.

72. De humilitate o audis.

Rectus est, & bene inuocat Deum, qui in omnibus malis quæ patitur, se accusat, non Deum: & in bonis quæ facit, non se laudat, sed Deum. Sicut enim repellit Deus peccata sua defendentem, sic recipit confidentem.

73. De admiratione creaturarum.

Mirabilis est fabrica mundi, sed mirabilior fabricator. Et malè occupatur creatis, qui * ad creatore discedit: qui li hæret superiori, inferiora calcabit, ne quod dilexerit contra naturam, conuertatur in peccatum.

74. De anima inordinata.

Anima rationalis superioribus inferiora præponens, non potest regere quod regit: quia tegi nolu, ad quo regebat.

75. De pena peccati.

Corpus carnis nostræ ornamentum nobis fuit: peccauimus, & compedes inde accepimus, vt vinculis mortalitatis omnis humanatum actionum cursus præpeditur.

76. De ratione psallentium.

Rectè in Dei laudem psallit, cuius opera cum voce concordant. Nam finito carmine, vox tacet: via autem in bonis actibus permanens, nonquam reticet eius gloriam, quem in se gaudet operari.

77. De timore.

Omnia quæ timentur, rationaliter declinantur: Deus sic timendus est, vt ab ipso ad ipsam confugiatur.

78. De recta solitudine.

Sicut præpostera securitas in periculum impellit: ita ordinata solitudine securitatem parit.

79. De virginitate.

Virginitas carnis, corpus intactum: virginitas animæ, fides incorrupta.

80. De modo habendi.

Multa nos in facultatibus nostris superflua habere probabimur, si necessaria sola retineamus: Nam vana querentibus nihil sufficit, & alienorum quodammodo retentor est, qui profuturam pauperibus inutiliter habet.

81. De cogitationibus.

Quomoddò autem nostræ ad vocis nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri vt in mala opera exeant cogitationes bonæ, quoniam hoc actione promitur, quod corde concipitur.

82. De cantico nouo.

Sicut veteris hominis vetus canticum ad temporalia, sic noui hominis nouum canticum pertinere ad æterna: & ita vniuersisque cantat, vt perit. Nouum autem canticum, canticum est fidei: quæ vt dilectionem operatur.

83. De vera humilitate.

Vera Fidelium humilitas est, in nullo superbiere, in nullo murmurare, nec ingratum esse, nec querulum, sed in omnibus Dei iudiciis gratias Deo agere, Deumque laudare, cuius omnia opera aut iusta sunt, aut benigna.

84. De desperantibus.

Nimis miser est, qui non sperat in Deo, & de se sibi secunda promittit: cum ex eo ipso quod non querat

Ex c. 4. li. 17. de ciuit. Dei, & est canon 11. secundum Concil. Arauc. idem habetur in epi. Aug. 105. quid enim diligebat, &c.

Apud Augustinum enarrationem veteris illius Psal. 23. Et ipse me de vltimis in morte, &c.

* Aliis ab Autore.

rat Dei auxilium, ab omni spe veræ salutis exciderit.

85. *De diuini.*

Im magna egestate sunt, qui de iniquitate sunt diuites, iustitiae opes, & sapientiae thesaurus non habent: qui autem Domino seruiunt, ea bona acquirunt, quæ perire non possunt.

86. *De vera bonitate.*

Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum sic fere c. 14. lib. 16. de eius Dei. & parum est nemini nocere, nisi studeas multis proficere.

87. *De mali impunitate.*

Peccator qui peccat, non idèo à Domino non videtur, quia malè agentis pœna differtur: grauius autem in eum decernitur, cui etiam ipsa correctio denegatur.

88. *De bono humilitatis.*

Non acceditur ad altitudinem Dei, nisi per humilitatem, & cui propinquat subditus, longè ab eo recidit elatus.

89. *De sepultura.*

Sicut peccatoribus diuitibus nihil profunt exequia sumptuosæ: ità nihil nocent aut viles, aut nullæ sanctorum pauperum sepulturae.

90. *De gaudio recto.*

Non potest vnaquam fraudari delectationibus suis, cui Christus est gaudium. Aeterna enim exultatio est, quæ bono lætatur æterno.

91. *Quid hominem Deo iungat.*

Deo, qui vbique est, non locis, sed actionibus, aut longinqui, aut proximi sumus, quia sicut separari dissimulando, ita nos illi coniungit imitatio.

92. *De bono prelio.*

Humanæ ægritudinis est, in carne mortali delectationem habere peccandi, sed discipulus amatorque virtutum, non pacem huic concupiscentiæ tribuere, sed bellum debet indicere.

93. *De spe fidelium.*

Non te terreat, Christiane! quod credita differuntur: licet in abscondito sit promissio, in spe tamen perseueret oratio. Exerce operibus, cresce virtutibus. Dum fidei constantia probatur, gloria retributionis augetur.

94. *De temporibus.*

Omne tempus malorum pusillum est. Quid enim tam exiguum, quam quod in hoc tendit, vt non sit?

95. *De charitatis augmento.*

Crescit semper charitatis facultas, dum vsu maior, & largitate fit ditior.

96. *De defectu malorum.*

Malorum impietatem perire necesse est, aut proprio iudicio, aut sententia Dei. Nulla enim iniquitas permanet, cui finem aut correctio, aut damnatio facit.

97. *Vnde adhaeretur Deo.*

Adhaerens Deo & semper eius faciens voluntatem, nunquam à suo habitatore deseritur, & si quædam dura atque aduersa patiatur, non relinquitur, sed probatur.

98. *De iustitia.*

Tota iustitiæ ratio est, vt declinentur mala & fiant bona, cuius obseruantia inter quaslibet aduersitates forma seruanda est: quia hoc solum nunquam amittitur quod operi pietatis impenditur.

99. *De tolerantia.*

Tolerentur præsentia mala, donec veniat beatitudo promissa. Sustineantur à Fidelibus Infideles, & exortorum inter frumenta zizaniorum auulso differatur, quantumlibet sciant impij. Melior est etiam in hoc tempore causa iustorum, qui quanto acrius impetuntur, tanto gloriosius coronantur.

100. *Quid sit clamor ad Deum.*

Clamor ad Deum est intentio cordis, & flagrantia dilectionis: quia semper petitur, quod semper optatur. Hoc autem Deo absconditum non est, quoniam ad ipsum redit, quod ab ipso processit.

101. *De confitendo peccato.*

Bona est peccatori confessio, si & curatio consequatur: Nam quid proficit dererere plagam, & non adhibere medicinam?

102. *De perfectione.*

In hac vita, quæ tota tentatio est, etiam in sublimissimis Sanctis non apprehenditur illa perfectio, cui non supersit auctentio.

103. *De laboribus presentis viae.*

Dum præsentis vitæ cursum agitur, etiam si valde proficiat, cuius exterior homo corruptitur, & interior renouatur: necesse est tamen, vt dum conditio nisubiaceat mortis, labores toleret vetustatis.

104. *Quod sinago Dei homo, sit nunc obnoxia vanitati.*

Imago quidem Dei est homo: & qui per iustitiam ambulat vias, ad similitudinem sui tendit amoris, & tamen dum in hac vita degit, concurbationes vanitatis incurrit.

105. *De eruditione diuina.*

Prima diuini muneris gratia est, vt erodiat nos ad nostræ humilitatis confessionem, & agnoscere faciat, quod si quid boni agimus, per illum possumus, sine quo nihil possumus.

106. *Quod tota Infidelium vita peccatum.*

Omnis Infidelium vita peccatum est: & nihil est bonum sine summo bono. Vbi enim deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis motibus.

107. *De fundamento spiritali.*

Sicut fundamentum corporeæ fabricæ in imo est, ità fundamentum fabricæ spiritalis in summo est. Tertia ædificatio à terra incipit, cælestis exstructio à summo proficit exordio.

108. *Quod re, ordario, vel obliuio, non cadant in Deum.*

Tunc dicitur Deus meminisse, quando facit, tunc obliuisci, quando non facit. Nam neque obliuio cadit in Deum, quia nullo modo mutatur: neque recordatio, quia nihil obliuiscitur.

109. *Qui Dei miracula videant.*

Hi vident mirabilia Dei, quibus profunt. Nam quod non intelligitur, vel vnde non proficit, non videtur.

110. *De misericordia & veritate iungendis.*

Non auferat veritas misericordiam, nec misericordia impediatur veritatem. Si enim pro misericordia iudicaueris contra veritatem, aut quasi rigida veritate obliuisceris misericordiam, non ambulabis in via Domini in qua misericordia & veritas obuauerunt sibi.

111. *De tentatione & imitatione Christi.*

Tentatio Christi, eruditio Christiani est. Imitatores enim magistri debent esse discipuli, non in faciendis miraculis, quæ nemo exigit: sed in custodienda humilitate, atque patientia, ad quæ nos Dominus suo inuitauit exemplo.

112. *De cupiditate & caritate.*

* Quomodo radix omnium malorum cupiditas est, sic radix omnium bonorum est caritas.

113. *De gaudio Christiani.*

Christiano recta gaudendi causa non præsens seculum, sed futurum est. Et ita est vtendum temporalibus, ne obliuisceris æternis: vt in via, quæ peregrini ambulat, hoc placeat quod ducit ad patriam.

114. *De sabbato.*

Malè celebrat sabbatum, qui ab operibus bonis vacat. Ocium autem ab iniquitate debet esse sepertuum: quia bona conscientia non inquietum, sed tranquillum facit.

115. *Bonum cum gaudio est faciendum.*

Cum bonum operaris, hilatis operare: Nam si quid boni tristis feceris, fit de te magis quàm facis.

116. *Quod non homines, sed hominum sit fugienda diuersitas.*

Si in motes malorum non transeant boni, etiam inter cohæbitantes magna diuisio est. Non ergo homines, qui

* Au. fe. 1. in p. 100. idem habetur ca. 1. de gratia Christi.

qui meliorum exemplo corrigi queunt, sed hominum est fugienda iniquitas.

117. *Quod sint vitanda peccata non timore pœna, sed amore iustitiæ.*

Eam Deus innocenciam probat, qua homo non motu pœnæ fit innocens, sed amore iustitiæ. Nam qui timore non peccat, quamvis non noceat cui vult nocere, sibi tamen plurimum nocet: & abstinet ab iniquo opere, sola tamen reus est voluntate.

118. *De pharisæo & publicano.*

Melior est in malis factis humilis confessio, quam in superbis gloriatio.

119. *Quod i iniqui malitia profiti bonis.*

De malitia mali flagellatur bonus: & de seruo emendatur filius.

120. *De mundana iniquitate.*

Sicut stellæ cœli non extinguitur nox: sic mentes fidelium, adhærentes firmamento sanctæ Scripturæ, non oblectat mundana iniquitas.

121. *De propria facultate.*

Ad peccandum homo abundat propria facultate: ad agendum autem bonum non sibi sufficit, nisi ab illo iustificetur, qui solus iustus est.

122. *De contrariis moribus.*

Magnus bonorum labor est mores tolerare contrarios, quibus qui non offenditur, parum proficit: Tantum enim torquet iustum iniquitas aliena, quantum recedit à suo.

123. *Qualiter accedatur, vel recedatur à Deo.*

Non locorum intervalis acceditur ad Deum, vel receditur ab eo, sed similitudo facit proximum, dissimilitudo longinquum. Et nimia miseria est, ab eo bono longè esse, quod ubique est.

124. *De vera libertate.*

Libera semper est seruitus apud Deum, cui non necessitas ferret, sed charitas.

125. *De tolerantia.*

Qui iudeo neminem vult hominum pati, quia multum, ut arbitratur, proficit, per hoc ipsum, quod alius non tolerat, offendit quod potius non proficit.

126. *De artifice summo.*

Totum bonum quod habemus, ab artifice nostro habemus. Sed si hoc in nobis est, quod ipsi fecimus, iude damnabimus: si autem hoc, quod Deus fecit, inde coronabimur.

127. *De verbo Dei.*

Verbum Dei per quod facta sunt omnia, tempus præordinavit quo susciperet carnem, non temporis cessit, quo verteretur in carnem: Homo quippe Deo accessit, non Deus à se recessit.

128. *De fide & intellectu.*

Intellectui fides viam aperit, infidelitatis claudit.

129. *De homine victo.*

Quo primum vitio superatus est homo; hoc ultimum vincit. Cùm enim omnia peccata superauerit, manet periculum, ne bene sibi mens conscia, in se potius, quam in Domino gloriatur.

130. *De perfectione desideriorum.*

Finis curarum perfectio est desideriorum; & in id quisque tendit ac nititur, ut ad aliud perveniat quo delectatur. Sapientis ergo est, hoc appetere quod bonum facit, non id amare quod decipit.

131. *De duobus donis gratiæ.*

Sicut duo sunt officia medicinæ, vnum quo sanatur infirmitas, aliud quo custoditur sanitas; Ità duo sunt dona gratiæ, vnum quod auferit carnis cupiditatem, aliud quod facit animi perseverare virtutem.

132. *De laboris fine.*

Non poterit hominis labor finiri, nisi hoc diligat, quod ei non possit auferri.

133. *De iniquitatis lesione.*

Impossibile est, ut iniquitas prius lædat hominem in-

stum, in quem tendit, quam cor iniustum vnde procedit.

134. *De miraculis.*

Visibile miraculum ad illuminationem vocat; invisibile autem eum qui vocatus venit, illuminat. Omnia ergo narat mirabilia Dei, qui credens visibilibus, ad intelligenda invisibilia transiitum facit.

135. *De fugientibus diabolum.*

Melior causa est eorum, qui diabolum persequentem fugiunt, quam qui præeuntem sequuntur; quia vitiosus est cum hostem habere quam principem.

136. *De pravus cupiditatibus.*

Omnes pravæ cupiditates sunt portæ inferi, per quas itur in mortem; cuius dominatum subit, qui adeptum sit ad perfuendum lætatur, quod perdit concupiuit.

137. *De adulatione.*

Adulantium linguæ alligant animas in peccatis; delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur auditor.

138. *De male confiso animo.*

Animus male sibi conficis dum videtur sibi nullam pœnam pati, credit quia non iudicat Deus, cùm abuti patientia Dei, & non intelligere parentem benignitatem, iam sit magno damnato.

139. *Quod prior sit natura quam vitium.*

In creatura quæ arbitrio suo peccat, prior est natura quam vitium. Quod ità contrà naturam est, ut non possit nisi nocere naturæ. Non itaque esset vitium recedere à Deo, nisi naturæ (cuius hoc vitium est potius) competeret esse cum Deo.

140. *De angelis & hominibus.*

Nullum Deus vel angelorum, vel hominum crearet, quem malum futurum esse præciserit, nisi pariter nosset quibus eos bonorum visibus commendaret: atque ita ordinem seculorum, quasi pulcherrimum carmen, etiam ex quibusdam antithetis honestaret.

141. *De conditione creaturæ.*

Tria quedam nobis maxime scienda de conditione creaturæ oportuit intimari: Quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit. *Dixit Deus, inquit, Fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucem quod bona esset.* Si ergo quærimus, quis fecerit: Deus est. Si, per quid fecerit: Dixit, & facta est. Si, quare fecerit: quia bona est. Nec author excellentior est Deo, nec ars efficaçior Dei verbo: nec causa melior, quam ut bonum crearetur à bono.

142. *De bono & malo amore.*

Est amor, quo amatur & quod amandum non est; & istum amorem odit in se qui illum diligit, quo amatur quod amandum est. Possunt enim ambo esse in vnum hominem, & hoc bonum est homini, ut illo proficiente quo bene vivimus, iste deficiat quo malè vivimus, donec ad perfectum sanetur, & in bonum commutetur omne quod vivimus.

143. *De bono creaturæ.*

Creaturæ rationalis vel intellectualis bonum, quo beata sit, non est nisi Deus: quod ei non ex se ipsa est, quia ex nihilo creata est: sed ex illo, à quo creata est. Hoc enim adepto sit beata, quo amisso misera.

144. *De vitio naturæ.*

Vitium esse nec in summo potest bono, nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt: sola autem mala nusquam: quoniam naturæ etiam illæ quæ ex malæ voluntatis initio vitiatæ sunt, inquantum vitiosæ sunt, malæ sunt: inquantum autem naturæ sunt, bonæ sunt.

145. *Quid credi debeat.*

Non est fas credere aliter affici Deum cum vacat, aliter cum operatur: quia nec affici dicendus est, tanquam in eius natura sit aliquid, quod ante non fuerit. Patitur quippe qui afficitur, & mutabile est omne quod patitur. Non ergo in Deo aut pigra vacatio, aut laboriosa cogitetur indolentia: quia nourit & quiescens agere,

Genes. 1.

Vide de
ciu. Dei l.
12 c. 17.

Similia legas apud Aug. l. de spirit. & li. c. 8. & 14. & lib. de nat. & grat. c. 17. & l. c. cont. a. ep. Peta. c. 9. & lib. 3 cap. 4.

agere, & agens quiescere: & quod in operibus prius quidem est, aut posterius, non ad facientem, sed ad facta referendum est. Æterna enim est & incommutabilis voluntas eius, nec consilio alternante variatur: in qua simul est quicquid in rebus creandis vel ordinandis, aut præcessit, aut sequitur.

146. *Quod Deus tamquam est Creator.*

Nullius, quamvis minima naturæ, nisi Deum Creatorem credi aut dici licet ab aliquo. Quæ etiam si Angeli iussi vel permisi adhibent operationem suam rebus, quæ gignuntur in mundo, tam non sunt Creatores animalium, quam nec agricolæ frugum atque arborum.

147. *De prima conditione mortis.*

De prima corporis morte dici potest, quod bonis bona sit, malis mala. Secunda verò sine dubio, sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona.

148. *De morte piorum.*

Mors estiorum piorum, pœna peccati est. Sed idem bona ipsi dicuntur, quia illa bene videntur, quibus finis est ad mala temporalia, & transitus ad vitam æternam. Sic enim iniustitia malè vritur, non tantum malis, verum etiam bonis; ita etiam iustitia bene vritur, non tantum bonis, verum etiam malis.

149. *De Mariyribus non baptizatis.*

Qui etiam non per cepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad abolenda peccata, quantum si abluerunt fonte baptismatis.

150. *Quod omne peccatum sit mendacium.*

Cum homo secundum se viuit, non secundum Deum, similis est diabolo, quia nec Angelo secundum Angelum, sed secundum Deum viuendum fuit, ut staret in veritate, & veritatem de illius, non de suo mendacio loqueretur. Vnde non frustra dicitur, omne peccatum esse mendacium: quia non peccatur, nisi ea voluntate, quæ contraria est veritati, id est, Deo.

151. *De diuersa voluntate affectionum.*

Diuersitas humane affectionis, est diuersitas est voluntatis; quæ si praua est, peruersus erit moribus iniqua. Si autem recta, non solum non culpabilis affectio hominis, sed etiam laudabilis erit.

152. *De abivris liberate vera.*

Arbitrium voluntatis tunc est verè liberum, cum vitis peccati que non seruit. Tale datum est à Deo, quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Vnde Veritas dicit: *Si vos Filii liberauerit, tunc verè liberi eritis.*

153. *Quod cor ad Deum sit habendum.*

Bonum est iursum habere cor, non tamen ad seipsum, quod est superbiæ; sed ad Deum, quod est obedientiæ. Plus autem appetendū minus est qui dum se sibi sufficere confidit, ab eo qui verè ei sufficit, deficit.

154. *De vita beata.*

Beata vita si non amatur, non habetur. Porro si amatur, & habetur, cæteris omnibus rebus necesse est ut excellentius diligatur: quoniam propter hoc amandum est, quicquid aliud est amandum. Quia verò beatus esse non potest, nisi qui eam, ut dignum est, amat: consequens est, ut eam æternam velit; quæ nunc verè beata erit, quando terminum non habebit.

155. *Solus Deus bonus.*

Non omnes quidem mali in hoc proficiunt, ut sint boni; nemo tamen est, nisi ex malo, bonus.

156. *De ciuibus terrenis.*

Ciues terrene civitatis parit peccato vitata natura, qui sunt vasa iræ. Ciues verò cælestis patriæ parit à peccato naturam liberans gratia, qui sunt vasa misericordiae.

157. *De ira Dei.*

Ira Dei non perturbatio est eius, sed iudicium, quo irrogatur pœna peccato. Cogitatio verò ipsius, & cogitatio, mutandarum rerum est incommutabilis ratio.

Neque enim sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui pœnitent, cuius de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa est præscientia.

158. *De persequentibus Ecclesiam.*

Inimici Ecclesiæ quolibet errore æcentur, vel malitiâ depraventur: si accipiant potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam: Si tantum modè malè sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiam. Et ut etiam inimici diligantur, exercent eius benevolentiam; quia Deus his qui eum diligunt, facit ut omnia cooperentur in bonum.

159. *De fine boni & mali.*

Finis boni est, non quo consummatur vt non sit, sed quo perficitur vt plenum sit. Est finis mali est, non quo esse desinat, sed quoque nocendo perducatur. Vnde vnum est summum, bonum aliud autem summum malum. Illud propter quod appetenda sunt bona cætera, ipsum autem propter seipsum; hoc propter quod declinanda sunt mala cætera, ipsum autem propter summum.

160. *De natura.*

Est natura in qua nullum malum est, vel etiam nullum malum esse potest. Est autem natura in qua nullum bonum sit, non potest.

161. *De animi aequitate.*

Melior est animi æquitas, quam corporis sanitas; & contentius iustus dolet in supplicio, quam lætatur est in delicto.

162. *De præcepto charitatis.*

In præcepto charitatis tria inuenit homo quæ diligit; Deum, & se, & proximum. Et quia ille in sui dilectione non errat, qui Deum diligit, consequens est ut proximo ad diligendum Deum consulat, quem iubetur diligere sicut seipsum.

163. *De concordia & obedientiâ.*

Pax domestica est ordinata cohabitantium imperandi, obedientique concordia. Imperant enim qui consulunt: sicut vt vxori, parentes filii, domini seruis: Obediunt autem quibus consulunt: sicut mulieres maritis, filij parentibus, serui dominis. Sed in domo iusti viuents ex fide, & ab illa adhuc ciuitate peregrinantis, etiam qui imperant, seruiunt eis quibus videntur imperare: quia non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi: nec principandi superbiâ, sed prouidendi beneficiâ.

164. *De conditione seruitutis.*

Nomen & conditionem seruitutis culpa genuit, non natura: & prima huius subiectionis causa peccatum est, quia sicut scriptum est: *Omnes qui faciunt peccatum, serui sunt peccati.* Vnde melior eius status est, qui famulatur homini, quam qui se seruit cupiditati.

165. *De pralatis.*

Veri patresfamilias subditis suis, tanquam filiis, ad colendum & promerendum Deum consulunt, desiderantes venire ad cælestem domum, vbi imperandi necessarium non est officium: quò donec veniant, magis debent patres quò dominantur, quam serui tolerare quòd seruiunt.

166. *De regimine populi.*

Locus superior, sine quo regi populus non potest, etiam ita sit tenendus, atque administrandus, ut decet, tamen indecenter appetitur. Vnde ortum sanctum querit dilectio veritatis: negotium iustum suscipiat necessitas dilectionis.

167. *De vita animæ.*

Sicut non est à carne, sed supra carnem, quod eam facit viuere: sic non est ab anima, sed supra animam, quod eam facit beatè viuere: quia vt vita carnis anima est, ita beata vita hominis Deus est.

168. *De venia.*

Iustitia nostra quamuis vera sit, propter verum boni finem, ad quem referretur, tamen tanta est in hac vita, vt potius

Aug l. 13.
de ciuit.
Dei, c. 2.

Exc cap. 5.
ciuid. lib.

Aug. lib.
iam citato,
cap. 7. &
epist. 108.

Videtur ex
cap. 4 lib.
14. de ciu.
Dei sumpt.
sis.

De ciu. Dei
lib. 14. c.
11.

Exc cap. 15.
lib. 15. de
ciuit. Dei.

Exc cap. 15.
lib. 15. de
ciuit. Dei.

1. Reg. 15.

Exc cap. 19.
lib. 19. de
ciuit. Dei.

Exc cap. 13.
lib. 19. de
ciuit. Dei.

Exc cap. 14.
lib. 19. de
ciuit. Dei.

Exc cap. 15.
lib. 19. de
ciuit. Dei.
Ioan. 8.

Exc cap. 16.
lib. 9. de
ciuit. Dei.

Exc cap. 19.
lib. 19. de
ciuit. Dei.

Exc cap. 15.
lib. 19. de
ciuit. Dei.

Exc cap. 17.
lib. 19. de
ciuit. Dei.

potius remissione peccatorum constet, quam perfictione virtutum.

169. *De plena pace.*

Quamdiu vitiiis repugnatur, plena pax non est: quia & illa quæ resistunt, periculoso debellantur prælio: & illa quæ vicæ sunt, nondum securo triumphantur ocio, sed adhuc sollicito premuntur imperio.

170. *De prima & secunda morte.*

Prima mors animam nolentem pellit: & corpore, secunda animam nolentem tenet in corpore. Ab vitæ morte communitur id habetur, ut quod non vult anima, de suo corpore patiatur.

171. *De causis incognitis.*

Incognitis causis operum diuinitus non nihil nominis; eum scimus non sine ratione Omnipotentem facere, vnde infirmus humanus animus rationem non potest reddere.

172. *De negligentiis.*

Frustrâ sibi homo post hoc corpus promittit, quod in hoc corpore comparate neglexit. Nemo inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit: quia nihil potest spiritus timoris, vbi non est spiritus charitatis.

173. *De humanâ societate.*

Sicut in potestatibus societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur: ita Deus omnibus.

174. *De diligendo Deo.*

Beatus qui diligit Deum, & amicum in Deo, & inimicum propter Deum. Solus enim nullum charum amicitie, cui omnes in illo chari sunt, qui nunquam à non dimittente amittitur.

175. *De non corrumpendis.*

Manifestum est quantum bona sunt quæ corrumpuntur, quæ neque si summa bona essent, corrumpi possent: quia si summa bona essent, incorruptibilia essent: si autem nulla bona essent, quod in eis corrumpitur, non esset.

176. *De incommutabili Deo.*

Cum Deus incommutabiliter bonus, omnes creaturas fecerit bonas, nec vlla omnino, nisi ab ipso sit creata natura, nulla est substantia mali: quia quod auctorem Deum non habet, non est: ita vitium corruptionis nihil est aliud quam inordinata vel desiderium, vel actio voluntatis.

177. *Quod iustitia iniquis odiosa sit.*

Sicut palato non sano pena est cibis, qui sano inuis est: & oculis ægris odiosa lux, quæ incolumis gaudet obtutus: ita displicet iniquis iustitia Dei, cui si subiiciuntur, non conturbarentur.

178. *De agritudine animi.*

Agritudo animi rationalis est, cum bonis inferioribus delectatur, superiora ex parte appetit, & ex parte non appetit. Ideoque in duas diuiditur voluntates: cum que vna est, tota non est: & hoc adest vni, quod deest alteri.

179. *De homine reliquoso.*

Homini benigno parum esse debet inimicitias aliorum non exciari vel augere male loquendo: nisi eas etiam extinguere bene loquendo studeat.

180. *De veritate odiosa.*

Beata vita est gaudium de veritate, quod Deus est: sed multus veritas odiosa est, quam audire nolunt doctores: & nolentes falli, volunt mendacia sua veritatem vidcri. Quibus iustè retribuitur, ut ipsi veritatem non lateant, ipsos autem lateat veritas.

181. *De forti patientia.*

Nemo quod tolerat, amat, etiam si tolerare amat: quia aliud est fortis patientia, aliud secura felicitas. Nec eiusdem est temporis labor pugne, & beatitudo victorie.

182. *De copiosa egestate.*

Idèd plerumque in sermone copiosa est egestas humanæ intelligentiæ, quia plus loquitur inquisitio, quam inuentio: & longior est petitio, quam impetratio.

183. *De aternitate.*

Vera aternitas Dei est, qui solus habet immortalitatem, quoniam ex nulla specie motiue mutatur, nec temporalis est voluntatis. Nec enim immortalis est voluntas, quæ alia & alia est.

184. *De non desperandis peccatoribus.*

Non est desperandum de malis, sed pro ipsis, ut boni fiant, studiosius supplicandum: quia numerus Sanctorum de numero semper est auctus impiorum.

185. *Quisier pax à Deo queratur.*

Querens à Deo pacem, sit sibi ipse pacatus, ne aliud in professione oris, aliud sit in cordis artatu. Nihil enim profect hoc esse in corde quod veritatis est, si hoc dicitur vocè, quod falsum est: quia veritas & credenda est, & loquenda.

186. *Ne iuste flagellatus doleat.*

Non conqueratur homo, quando in his quæ iustè habet, patitur aliquas aduersitates: per amaritudinè enim inferiorum docetur amare meliora, ne viator tendens ad patriam, stabulum pro domo diligit.

187. *Vt peccator sibi displiceat.*

Bene curat ad remissionem peccatorum, qui displicet sibi. Apud iudicem enim iustum & misericordem: qui se accusat & excusat.

188. *De querendis præfidiis.*

In tranquillitate pacis comprehendenda est doctrina sapientie, quæ inter tribulationum turbines difficulter agnoscitur. Nec facile inuenitur in aduersitate præfida, quæ non fuerit in pace quaerita.

189. *De altari Dei.*

Ad altare Dei inuisibile, quod non accedit inuisibilis ille peruenit, qui ad hoc præfens iustificatus accedit: Inueniet enim illic vitam suam, qui hic discretè iustitiam suam.

190. *De lege.*

Finitus legis Christus est, in quo lex iustitiam non confusum, sed impletur. Omnis enim perfectio in ipso est, vltra quem non est, quod spes fidei & charitatis extendat.

191. *De mala conscientia.*

Nullæ pœnæ grauior est quam malæ conscientie, in qua cum Deus non habetur, consolatio non inuenitur, & idèd innocendus est liberator, ut quem tribunaluo exercuit ad confessionem, confessio perducat ad veniam.

192. *De agro.*

Quid grauius peccato ægri, quam medici interfectio? Sed cum in baptismo hoc dimittitur, quod non dimittitur.

193. *De ruminantè verbum Dei.*

Auditor verbi, similis debet esse animalibus, quæ ob hoc quia ruminant, munda esse dicuntur: ut non sit piger de his cogitare, quæ in aluo cordis accepit, & cum audit, sit similis edent: cum verò audita in memoriam reuocat, sit similis ruminanti.

194. *De anima rationali.*

Rationalis animæ domina est corporis sui, quæ inferiori non bene imperabit, nisi superior se Deo, tota charitatis subiectione seruerit.

195. *De misericordiâ Dei.*

Sicut terra de celo expectare pluuem, & lucem: sic homo ex Deo debet expectare misericordiam, & veritatem.

196. *De bonis Ecclesiæ filiis.*

Gaudendum est bonis Ecclesiæ filiis, quod in discretione eorum non fallitur diuina iustitia. Sed non temerè diuidant congregatos, quia ipsorum est velle colligere, Domini separare.

197. *De terreno amore.*

Dominus est tecum quas habet, qui nulla cupiditate ireritur: Nam qui terrenum amore obstringitur, non possidet, sed possidetur.

Ex cap. 17. lib. 19. de ciuit. Dei.

Ex cap. 3. lib. 1. de ciuit. Dei.

Ex cap. 5. lib. 1. de ciuit. Dei.

Simile est Enchir. 110.

* Alias mi. muerentur.

298. *De hereditate Chriſti.*

Hereditas, in qua coheredes Chriſti ſumus, non minuit multitudinem filiorum, nec fit anguſtior numeroſitate coheredum: Sed tanta eſt multis, quanta paucis: tanta ſingulis, quanta omnibus.

199. *De felicitate.*

Nunquam debet ſecura eſſe felicitas, quia periculofiora ſunt animo ſecunda, quam corpori aduerſa; prius enim corrumpunt proſpera, ut inueniant aduerſa quod frangant.

200. *De remediis penitentiae.*

Prima ſalus eſt declinare peccatum, ſecunda eſt, non deſperare de venia: Nam ipſe ſit in aeternum perimit, qui apud miſericordem iudicem ad penitentiae remedia non recurrit.

201. *De bonis oculis Sanctorum.*

Bonilatae, quia bonum ipſorum in occulto eſt, nec viſibile enim eſt, nec corporale, quod diligunt: & tam merita eorum ſunt in abſcondito conſtituta, quam praemia.

202. *De inimicis bonorum.*

Nullus bonorum inimicum habet, niſi malum, qui idem eſſe permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipſum bonus exerceatur. Orandum eſt ergo pro inimicis, ut aut obtineatur eorum conuerſio, aut in nobis diuinae bonitatis inueniatur imitatio.

203. *De vigore fidei Chriſtiane.*

Vigor fidei Chriſtiane tribus temporibus initiatur; veſpere, mane, & meridie: Veſpere enim Dominus in cruce, mane in Reſurrectione, meridie in Aſcenſione. Vnum ad patientiam occiſi, aliud ad vitam reſurrecti, tertium ad gloriam pertinet maiestatis in Patris dextera confidentis.

204. *De purgandis electis.*

Ad hoc exagitantur homines tribulationibus, ut vaſa electionis euacuentur nequitiis, & implentur gratia.

205. *De bonis, quae nemo amiſit inuitus.*

Poteſt homo inuitus amittere temporalia bona, nunquam vero, niſi volens, perdit aeterna.

206. *De ſine Fidelium.*

Finis Fidelium Chriſtus eſt, ad quem cum petuerit currentis intentio, non habet quod poſſit amplius inuenire, ſed habet in quo debeat permanere.

207. *De triſtitia.*

Melior eſt triſtitia iniqua patientis, quam laetitia iniqua facientis.

208. *De peccatis praeteritis.*

Reuocandus eſt animus à recordandis cum quadam delectatione praeteritis, ne ſurſepente concupiſcentia, redeamus corde in Aegyptum.

209. *De veritate.*

Bonum eſt à veritate vinei. Ad correptionem ſuperet veritas volentem: Nam & inuitus ipſa ſuperabit.

210. *De impunitate peccatorum.*

Peccata ſue parua, ſue magna, impunita eſſe non poſſunt: quia aut homine penitente, aut Deo iudicante, pleſtuntur. Ceſſat autem vindicta diuina, ſi conuerſio praecurrit humana. Amat enim Deus conſitentibus praecere, & eos, qui ſemelipſos iudicant, non iudicare.

211. *De miſero.*

Nullus miſer de quantacunque miſeria liberatur, niſi qui Dei miſericordiam praenititur.

212. *De remediis tribulationum.*

Fideliter ſupplicans Deo pro neceſſitatibus huius vitae, & miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur: Quid enim infirmo ſit vile, magis nouit medicus quam aegrotus. Si autem id poſtulat, quod Deus & praecipit & promittit, fiet omnino quod poſcit; quia accipit charitas, quod parat veritas.

213. *De proſectu bonorum.*

Proſectus Fidelium ſine tentatione non euenit: nec ſibi quiſquam innoſceſcit, niſi probationis examine.

Nec coronabitur, niſi qui vicet: nec vincet, niſi qui certauit. Quis autem certat, niſi inimicum habens, & tentationi reſiſtens?

214. *De prophetiis implendis.*

Stultus eſt, qui non credit denunciationibus Prophetarum in paucis quae reſtant, cum videant tam multa completa; quae tunc non erant, quando praedicebantur implenda.

215. *De idolis.*

Sic ſunt qui colunt idola, quomodo qui in ſuis ſomnis vident vana. Si autem euigilet anima ipſorum, intelligit à quo facta ſit, & non colit quod ipſa fecit.

216. *De corporibus humanis.*

Omnia corporis noſtri, quae diſcepta, vel putrefacta, vel etiam concremata, in quaſdam diſſoluantur fauillas, Deo perire non poſſunt. In illa enim elementa mundi eunt, unde ſumpta ſunt illa manu, quae tenet omnia.

217. *De ſiti bona.*

Qui Deo ſitunt, tota ſua debent ſitire ſubſtantia, id eſt, & anima & carne; quia & animae Deus dat panem ſuum, id eſt, verbum veritatis; & carni neceſſaria Deus praebet: quia vtraque ipſe facit, qui vtraque fecit.

218. *De meditatione Fidelium.*

Qui otioſus & quietus non cogitat Deum, quomodo inter actus multos, & laborioſa negotia de illo poterit cogitare? Meditetur ergo quae Dei ſunt fidelis, cum vacat: & bene operandi ſubſtantiam quaerat, ne in actione deficiat.

219. *De ſimulata innocentia.*

Simulata innocentia non eſt innocentia. Simulata aequitas, non eſt aequitas: ſed duplicatur peccatum, in quo eſt iniquitas, & ſimulatio.

220. *De lumine.*

Anima recedens à luce iuſtitiae, quanto magis quaerit quod inueniat contra iuſtitiam, tanto plus repellitur à lumine veritatis, & in tenebuloſa demergitur.

221. *De duabus ciuitatibus.*

Duas in toto mundo ciuitates faciunt duo amores: Hieruſalem facit amor Dei, Babyloniam amor ſeculi. Hieret ergo ſe quiſque quid amet, & inueniet unde ſit ciuis.

222. *De praepro Deo.*

Omne praepro Deum leue eſt amanti. Nec ob aliud intelligitur dictum: *Onus meum leue eſt*, niſi quia dat Spiritum ſanctum, per quem diſſonditur charitas in cordibus noſtris, ut diligendo liberaliter faciamus: quod qui timendo facit, ſeruiliſter facit. Nec eſt amicus recti, quando mallet, ſi fieri poſſet, id quod rectum eſt, non iuberi.

223. *De charitate.*

Plenitudo legis charitas eſt, quia per charitatem lex impletur, non per timorem: in tantum enim ſunt mandata iuſtitiae, in quantum adiuvat ſpiritus gratiae.

224. *De operibus bonis.*

Non ſunt bona opera, niſi quae per fidem, & dilectionem ſunt: quia alterum ſine altero nullius virtutis fructum parit.

225. *De lapſu Adam.*

Ab eo quod formauit Deus, mutatus eſt Adam; ſed in peius per iniquitatem ſuam. Ab eo quod operata eſt iniquitas, mutantur Fideles, ſed in melius per gratiam Dei. Illa erant mutatio ſuit praeruaricationis primi, haec mutatio dextera eſt exceſſi.

226. *De temporalibus deliciis.*

In praesenti vita & dilixit temporales dulces ſunt, & tribulationes temporales amarae ſunt. Sed quis non bibat tribulationis poculum, metuens ignem gehennarum? Et quis non contemnat dulcedinem ſeculi, inhians bonis aeternae vitae?

227. *De Trinitate.*

In Trinitate diuina tanta eſt ſubſtantiae vnitas, ut aequalitatem teneat, pluralitatem non recipiat.

228. *Nullum mali esse naturam.*

Omnia per Verbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cùm itaque vniuersæ naturæ per verbum De factæ sunt, iniquitas per ipsum facta non est, quia iniquitas nulla substantia est; & peccatum non natura est, sed vitium naturæ, id appetit nisi quod non est ordinis sui.

229. *De iniquitate diaboli.*

Sublatum est diabolo iniquitate sua victo, non quod habebat proprium, sed quod rapuerat alienum. Auferendo enim Christus quæ de magna eius domo perierant, non factum fecit, sed futurum recepit.

230. *De profunditate iniquitatis.*

Tunc hominem concludit profunditas iniquitatis, quando non solum immergitur peccatis iacer: sed etiam volens ea defendere, perdit autem Confessionis.

231. *De auxilio Dei.*

Cùm Deus permittit, aut facit, ut aliqua tribulatione vexetur, etiam tunc misericors est: quia excitans fidem, & differens opem, non auxilium negat, sed desiderium mouet.

232. *De Christianis.*

Diuites Christiani, si veri Christiani sunt, prorsus pauperes sunt; & in comparationem cælestium bonorum quæ sperant, omne aurum suum arenam d. pu. ant; quia ibi quisque habet diuitias suas, ubi delectationem.

233. *De fide Abrahæ.*

Fides Abrahæ, semen est Abrahæ. Proinde qui pertinent ad credulitatis similitudinem, ipsi pertinent ad heredum promissionem.

234. *De perseverantia in bono.*

Nemo Fidelium, quamuis multum profecerit, dicat; *Sufficit mihi.* Qui enim dixerit, remansit, & hæsit in via aute finem, qui non perseverabit vique in finem.

235. *De Deo.*

Nullus in Deo locus est, nec est quod fugiatur ab ipso, nisi ad seipsum. Qui vult euadere offensum, congausit ad placatum.

236. *De duabus vitis.*

Duæ vitæ sunt, vna est corporis, altera animæ. Sicut vita corporis anima, ita vita animæ, Deus. Et quomodo si anima deserat, moritur corpus; sic anima moritur, si deserat Deus.

237. *De homine.*

A quo habet homo ut sit, apud illum habet ut ei bene sit.

238. *De obedientia.*

Perfæcè Deus, euidenterque monstrauit, quantum sit bonum obedientia, cùm hominem in paradiso positum ab ea re prohibuit, quæ non erat mala. Sola ibi obedientia potuit tenere palmam, sola inobedientia incidit in pœnam.

239. *Quomodo erudiantur boni.*

Interdum Deus per malos erudit bonos, & per temporalem potentiam damnandorum, exercet disciplinam liberandorum.

240. *De confessione.*

Apud misericordiam Dei plurimum valet confessio penitentis, quem facit peccator confitendo proprium, quem negando non facit nescium.

241. *De scientia.*

Humilium virtus est, de scientia non gloriari: quia communis est omnibus sicut lucis, ita participatio veritatis.

242. *Qualiter regantur corpora.*

Non caret regia potestate, qui corpori suo nouerit rationabiliter imperare. Verè dominator est terræ, qui carnem suam regit legibus disciplinæ.

243. *De pena & iustitia.*

Quantum ad opera attinet quæ fornicati aguntur, & qui timet pœnam, & qui amat iustitiam, non facit contra mandatum; & idè pares quidem sunt manus, sed dispares cordes; similes actione, dissimiles voluntate.

244. *Quid diligatur.*

Hoc ab homine colitur, quod diligit. Vnde quia Deus omnibus rebus maior & melior inuenitur, plus omnibus diligendus est, ut colatur.

245. *De corde.*

Rectum cor cum Deo est, quando propter Deum quaeritur Deus.

246. *De beneuolentiâ.*

De beneuolentia est, non de malitia, cùm lætatur iustus in impiis processisse vindictam; quia non peccatoris exitum placet, quom voluit corrigi; sed iustitia Dei, quæ scit multos posse conuerti.

247. *De simulatione.*

Non vincit in bono malum, qui in superficie bonus est, & in alto malus; opere parcens, corde saeuens; manu mitis, voluntate crudelis.

248. *De amore & timore.*

Ad omne opus bonum amor ducit, & timor Dei. Ad omne peccatum amor ducit, & timor mundi. Ut ergo apprehendatur bonum, & declinetur malum, discernendum est quid & diligere debeat, & timeri.

249. *De felicitate.*

Nlla infelicitas frangit, quem felicitas nulla corumpit.

250. *De diuite paupere.*

Diues qui talis est, ut contemnat in se quicquid illud est, vnde insitari superbia solit, pauper est Dei.

251. *De gradibus pietatis.*

Ascensionum ad Deum sunt gradus, pietatis offerendus; Iter tuum voluntas tua est; amando accedis, negligendo recedis; constituitur in terra Deo iungentis, quia quæ Deo chara sunt, diligis.

252. *De petitionibus contrariis Deo.*

Deus cum aliquod malè poscitur, dando irascitur, non dando miseretur.

253. *De mendacio.*

Incredibile est, non mentiri hominem ne capiatur, qui mentitur ut capiatur.

254. *Item de mendacio.*

Quamuis omnis qui mentitur, velit celare quod verum est; non tamen omnis, qui vult celare verum, mentitur. Plerumque enim verum non fallendo occultamus, sed tacendo. Neque enim mentitus est Dominus, cum ait; *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo.*

255. *De libero arbitrio.*

In primo homine patuit, quid hominis arbitrium valeret ad mortem. In secundo autem, quid Dei adiutorium valeret ad vitam. Primus enim homo non nisi homo: secundus vero homo, Deus & homo. Peccatum ergo factum est, relicto Deo, iustitia non fit sine Deo.

256. *De lege & peccato.*

Legis litera quæ docet non esse peccandum, si spiritus viuificator desit, occidit. Scire enim peccatum potius facit quam cauere: & idè magis augei, quam minui; quia malæ concupiscentiæ etiam præuaticatio legis accedit.

257. *De mandato Dei & timore.*

Mandatum Dei si timore fit pœnæ, non amore iustitiæ, seruiliter fit, non liberaliter, & idè nec fit. Non enim bonus fructus est, qui non de charitatis radice procedit.

258. *De lege.*

Lex Dei secundum naturam est, & cùm homines Rom. 2. quæ legis sunt, faciunt, naturaliter faciunt, superato vitio, quod nec præsumptio legis abstulterat. Cùm itaque per gratiam Lex Dei in cordibus scribitur, quæ legis sunt, naturaliter sunt: non quia per naturam præuenta sit gratia, sed quia per gratiam reparata natura.

259. *De gloria non habenda nisi in Deum.*

Nemo ex eo quod videtur habere, gloriatur, tantumquam non acceperit: aut idè putet se accepisse, quia

Gal. 1.

Pfal. 6.

litera extrinsecus vel ut legeretur apparuit, vel ut audiretur, insonuit. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Porro autem si non gratis mortuus est; Ascendens in altum captivum duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Inde habet quæcumque habet. Quisquis autem inde habere se negat, aut non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo.

260. De hominis superbia.

Homo factus erat immortalis, Deus esse voluit: non perdidit quod homo erat, sed perdidit quod immortalis erat, & de obedientiæ superbia contracta est pœna naturæ.

261. De laude fidei.

Laus fidei est, non visa credere: præmium erit, creditorem adeptioque gaudere.

262. De sapientia.

Sicut lac non transit, nisi per carnem, ut parvulum pascat qui panem edere non potest: sic nisi Sapientia Dei que panis est Angelorum, ad homines dignaretur venire per carnem, nemo ad verbi contemplandam diuinitatem posset accedere. Quia ergo lux à tenebris non poterat comprehendi, ipsa lux mortalitatem subit tenebrarum, & per similitudinem carnis peccati, participationem dedit luminis veri.

263. De bona fama.

Odor bonus fama bona est, quam quisque bonæ vitæ operibus haurit; dum Christi vestigia sequitur, pedes quodammodo eius pretiosi vnguenti odore perfundit.

264. De cupiditate.

Non est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas: & idèd id solum rectè diligitur, quod nunquam bonè amittitur.

265. De eloquentia in sapientia.

Quia influit in sapientia eloquentia, tantò magis cauendus est, quantò magis ab eo in his quæ audire inutile est, delectatur auditor: & eum quem ornate dicere audit, etiam verè dicere existimat.

266. De ingenio.

Bonorum ingeniorum clara est indoles, in verbis differenterium verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod volumus, non potest; aut quid obest lignea, si hoc potest; quando nihil quærimus nisi parere quod clausum est.

267. De homine peccatore.

Omnis peccator, in quantum peccator, non est diligendus: & omnis homo, in quantum homo diligendus est propter Deum: Deus verò propter seipsum: à quo habent omnes qui eum diligunt, & quòd sunt, & quòd eum diligunt.

268. De incommutabili bono.

Dominus ait, *Ego sum via, veritas & vita*. Hoc est, non me venitur, ad me peruenitur, in me manetur. Cum enim ad ipsum peruenitur, etiam ad Patrem peruenitur; quia per æqualem ille, cui æqualis est, cognoscitur, vinciente, atque glumante nos Spiritu sancto, ut in summo atque incommutabili bono sine fine maneat.

269. De mendacio & fallacia.

Multos inuenimus qui fallere velint; qui autem falli, neminem. Cum verò hoc alius sciens faciat, alius nesciens patitur: satis apparet, in via eademque re, illum qui fallitur, eo qui mendicat, esse meliorem, quandoquidem pati melius est iniquitatem, quam facere.

270. De dilectione æternorum bonorum.

Inter temporalia atque æterna hoc interest, quòd temporale plus diligitur atque quam habetur, vilescit autem cum aduenit. Non enim fatiat animum, nisi incorruptibilis gaudij vera & certa æternitas. Æternum verò ardentius diligitur adeptum, quam desideratum. Nemo enim plus de illo æstimat quam de se habet, ut fiat vilius, quia speratum est amplius. Sed tanta est ibi excellentia, ut multò plus adeptura sit

charitas, quam vel fids credidit, vel spes desiderauit.

281. De fame & inedia spiritali.

Qui in Scripturis sanctis non inueniunt veritatem quam quærunt, fame laborant: qui autem non quærunt quod in promptu habent; fastidij languore marcescunt, & par vitrorumque periculum est, dum facientia cibum & illis obsecratio, & his inedia subtrahit.

272. De laboribus peccatorum.

Non sunt condigna passiones huius temporis, ad superuenturam gloriam, que reuelabitur in nobis. Sævius & fremat mundus, increpet linguis, confectet armis: quicquid fecerit, quantillum erit ad illud quod accepturi sumus? Appendo quòd patior contrà id quod spero: hoc quidem sentio, illud spero: & tamen incomparabiliter maius est quod speratur, quam quod inferitur. Quicquid est quod contrà Christi nomen sœuit, si potest vinci, tolerabile est; si non potest, proficit præmio citius confectendo, & finis temporalis mali transit in perceptionem æterni boni.

273. De Charitate.

Cum in duobus præceptis charitatis tota lex pendat & Prophætæ, quanto magis est Evangelium, quo lex non soluitur, sed adimpletur: & de quo Dominus dicit: *Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis*? Charitas enim innovat homines: & sicut malignitas veteres, ita dilectio novos facit.

274. De flagello.

Quando corripit Deus genus humanum, & flagellis piæ castigationis exagitat, exercet autè iudicium disciplinam, & plerumque diligit quem flagellat, nolens inuenire quem damnet. Flagellat autem simul & iustos & iniustos, quia nemo est, qui possit gloriari castum se habere cor, aut mundum se esse à peccato. Ià de gratia misericordiarum eius veniunt etiam cæcæ iustorum.

275. De passionibus fidelium.

Labor piorum exercitatio est, non damnatio. Nec enim conturbati debemus, cum aliquis sanctus grauius & indigna persequitur, si oblitus non sumus que pertulerit iustus iustorum, sanctusque sanctorum: cuius passio omnes superat passiones: quia cum Autore vniuersitatis nulla cuiusquam est comparatio creature.

276. De originali peccato.

Miseria generis humani, cuius nullum hominum ab exortu usque ad obitum videmus alienum; non pertinere ad iustum omnipotentia iudicium, si non esset originale peccatum.

277. De proiuentia Dei operantis.

Creatoris omnipotentis omnipotentia, causa est subsistendi omni creature, quæ virtus si ab eis que condidit, regendis aliquando cessaret, simul omnium rerum species & natura concideret. Proinde quod Dominus ait; *Pater meus usque nunc operatur*: continuationem quandam operis eius, quia simul omnia contineretque administrat, ostendit. In quo opere etiam sapientia eius perseverat, de qua dicitur: *Peringit à fine usque in finem fortiter, & disponit omnia suaviter*. Idem etiam Apostolus sentit, cum Atheniensibus prædicans ait: *In quo vivimus, movemur, & sumus*. Qui si opus suum verè creatis subtraheret, nec vivere, nec moveri, nec esse possemus. Et idèd sic Deus intelligendus est requiescitur ab omnibus operibus suis, ut iam nullam novam conderet creaturam, non ut conditas continere, & gubernare cessaret.

278. De vero sabbato.

Observatione sabbati, quæ vocatio vnius diei figurabatur, ablata, perpetuum sabbatum observat, qui spe futuræ quietis, Sanctis est operibus intentus; nec ipsis bonis actibus suis quasi de propriis, & de his quæ non accepit, gloriatur: illum in se operati cognoscens, qui simul operatur, & quietus est.

279. De requie Dei.

Requies Dei rectè intelligentibus ea est, quæ nullius indiget bono. Et idèd certa requies nobis in illo est, quia

Idem habes cap. 6. lib. 2. de doctr. Christ.

* piorum

* maius.

Ioan. 13.

* Aliis non eligit.

Lib. 4. de doctr. Chr. cap. 11.

Lib. 1. de doctr. Chr. cap. 27.

* omnipotentis. Lib. 4. cap. 12. de Genes. ad lit.

quia beatificamur bono quod ipse est: non ipse eo quod nos sumus. Nam & nos aliquid bonum ab ipso sumus, qui fecit omnia bona valide in quibus fecit & nos, Porro, alia res bona præter ipsum nulla est, quam ipse non fecit: ac per hoc nullo bono alieno eget, qui bono quod fecit: non eget.

280. *De initio temporum.*

Factæ creaturæ motibus cæperunt currere tempora. Vnde ante creaturam frustra tempora requiruntur, quasi possint inueniri ante tempora. Motus enim si nullus esset, vel spiritalis, vel corporalis creaturæ, quo per præsens præteritis futura succederent, tempus nullo omnino esset. Moueri autem creatura vtrique non posset, si non esset. Porro ergo tempus à creatura, quam creatura cæpit à tempore: vtrumque autem ex Deo. *Ex ipso enim, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.*

281. *Omnia Dei arbitrio regi.*

Cùm Saluator dicit, vnum passerem non cadere in terram sine voluntate Dei, & quod sæcum agri, quod post paululum mittendum est in clibanum, ipse tamen fornax, ac vestiat: nonne confirmat, non solum istam mundi partem rebus mortalibus & corruptibilibus deputatam: verum etiam vilissimas eius, abiectissimasque particulas diuinæ providentiæ regi: ne fortuitis perturbari motibus ea quorum causas comprehendere non possumus, æstimemus?

282. *De anima rationali.*

Anima rationalis in ea debet erigi, quæ in spirituum naturâ maximè excellunt: vt quæ sursum sunt sapientia, non quæ super terram.

283. *De miraculis naturalibus.*

Naturam conditor Deus nihil in miraculis contra naturam facit, nec quod nouum est consuetudine, repugnans est rationi. Nobis ergo videntur contrâ naturam insolita, quibus aliter naturæ cursus innouit, non autem Deo, cui hoc est natura quod fecerit.

284. *De incommutabili ratione operum Dei.*

Omne corpus in omne corpus posse mutari credibile est: quodlibet autem corpus in animam rationalem posse conuerti, credere absurdum est. Quoniam Deus sic est omnipotens, vt nunquam suæ rationis instituta conueltat.

285. *De merito voluntatis.*

Sicut ætè præsentè lumine non factus est lucidus, sed fit: quia si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine, lucidus permaneret. Sic homo, Deo præsentè, illuminatur, absente autem tenebratur: à quo non locorum intervalis, sed voluntatis auerfione disceditur.

286. *Deo obediendum.*

Magna est vtilitas hominis, iubentis Deo, etiam incognita iussionis ratione feruire. Iubendo enim Deus vtile facit, quicquid iubere voluerit: de quo metuendum non est, ne non profutura præcipiat: nec fieri potest vt voluntas propria non grandi ruinæ pondere super hominem cadat, si eam voluntati Superioris extolendo præponat.

287. *De bono humane nature.*

Quàm excellens bonum sit natura humana, hoc maximè apparet, quod datum ipsi sit vt possit summi & incommutabilis boni adhaerere naturæ. Quod si noluerit, bono se priuar, & hoc ei malum est. Vnde per iustitiam Dei etiam cruciatus consequitur. Quid enim tam iniuriam, quam vt bene sit desertori boni? Aliquando autem amissis superioris boni non sentitur malum, dum habetur quod est amatum inferius bonum. Sed diuina iustitia est, vt qui voluntate amissit quod amare debuit, amittat cum dolore quod amauit, & naturarum Creator vbiq; laudet. Adhuc enim bonum est, quod dolet amissum bonum: Nam nisi aliquid bonum remansisset in natura, nullius amissus dolor esset in pœnam.

288. *De potestate nocendi.*

Nocendi cupiditas potest esse à suo cuique animo praua. Non est autem potestas nisi à Deo, & hæc abditata, altaque eius iudicia; quoniam non est iniustus apud Deum.

289. *Quale bonum sit Deus.*

Quantum, & quale bonum fit Deus, etiam ex hoc euidenter ostenditur quòd nulli ab eo recedenti bene est: quia & qui gaudent in mortiferis voluptatibus, sine doloris timore esse non possunt. Et qui omnino malum desertionis suæ maiore stupore non sentiunt: aliis qui hæc discernere nouerunt, quantâ miseriam premuntur, apparet: vt si nolint recipere medicinam, talia deuitandi valeant ad exemplum quæ possunt habere.

290. *Quòd nulla creatura mala sit in natura.*

Sicut vera ratio docet meliorem esse creaturam, quam prorsus nihil delectat illicitum, ita eadem ratio docet, etiam illam bonam esse, quæ in potestate habet illicitam delectationem ita cohibere, vt non solum de cæteris licitis, rectèque factis, verumetiam de ipsius prauæ delectationis coercitione letetur.

291. *De magnis operibus Domini.*

Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius. Præuidet bonos futuros, & creat; præuidet futuros malos, & creat: seipsum ad fruendum præbens bonis multa munera suorum largiens, etiam malis, misericorditer ignoscens, iuste vlticens, itemque misericorditer vlticens, iuste ignoscens; nihil metuens de cuiusquam malitiâ; nihil indgens de cuiusquam iustitiâ; nihil sibi consulens de operibus bonorum, & bonis consulens etiam de pœnis malorum.

292. *De superbia.*

Cùm superbia sit amor excellentiæ propriæ, inuidia verò sit odium felicitatis alienæ, quod vnde nascatur, in promptu est (amando enim quicquid excellentiam suam, vel paribus inuidet, quod ei exæquantur, vel inferioribus, ne sibi cœquantur, vel superioribus quod eis non cœquetur.) Superbiendo ergo quisque inuidus, non inuidendo superbus est.

293. *De plenitudine diuinitatis in Christo.*

Plenitudo diuinitatis in Christo dicta est corporaliter habere, non quia diuinitas corpus est; sed quia sacramenta veteris testamenti appellatur vmbra futuri. Propter vmbraum comparationem corporaliter dicta est in Christo plenitudo diuinitatis habitare, quòd in illo impleantur omnia quæ illis vmbra figurata sunt. Ac si quodammodo vmbraum præcedentium ipse sit corpus: hoc est, figuratum, & significationum illarum ipsa sit veritas.

294. *De vitiiis expugnandis.*

Actio in hac vita pia est, Deum colere, & in eius gratia contra vitia interna pugnare, eisque vsque ad illicita instigantibus, cogentibusque non cedere: & vbi ceditur, indulgentiam atque vt non cedatur, adiutorium Dei, affectu religiosæ pietatis exposcere. In paradiso autem si nemo peccasset, non esset actio pietatis expugnare vitia; quia felicitatis esset permissio vitia non habere.

295. *De fortitudine Christiana & Gentilium.*

Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, fortitudinem autem Christianorum Dei charitas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium: quod est à nobis: sed per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.

296. *Vitium nisi in aliquo bono esse non potest.*

Non potest esse vllum malum, nisi in aliquo bono: quia non potest esse nisi in aliqua natura. Omnis autem natura, in quantum natura, bona est.

297. *Nullis meritis gratiam præueniri.*

Debetur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia quæ non debetur, præcedit vt fiant.

Ex Cap. 20. lib. 7. de Genesi ad litteram.

Cap. 17. lib. de patient.

Enchir. 13. res eadem, imo ferè & verba habentur.

298. De circumfione & bapifmo.

Circumfio carnis lege præcepta est, quia non poffet melius per Chrifium lignificari regenerationis autorem tolli originale peccatum. Cum præputio quippe omnis homo nafcitur, quemadmodum cum originali peccato. Et octavo die Lex circumcidit carnem præcepit: quia Chrifus die Dominico refurrexit, quia poffeptimùm fabbati octavus est. Et circumfio præputiatum gignit, traiciens in illum, quo ipfe iam caruit: ficut bapifzatus in filium quem generat carne, reatum tamen traicit originis, à quo ipfe iam liber est.

299. De Adam primo & fecundo.

Primus homo Adam fic olim defunctus est, vt tamen poffet illum fecundus homo fic Chrifus, cum tot hominum millia inter illum & hunc orta fint: & idem manifeftum est, pertinere ad illum omnem, qui ex illa fuccelfione propagatus nafcitur: ficut ad illum pertinet omnis, qui gratia largitate in illo nafcitur. Vnde fit vt totum genus humanum quodammodo fint homines duo, primus & fecundus.

300. De iudiciis Dei.

Nullo modo iudiciis hominum comparanda funt iudicia Dei: quem non dubitandum est, effe iuftum, etiam quando facit quod hominibus videtur iniuftum.

301. De natiuitate in iuftorum.

Iuftus ex Deo, non ex hominibus nafcitur: quoniam renafcendo, non nafcendo fit iuftus. Vnde etiam * renati Filij Dei vocantur.

302. De natura humane qualitate.

Natura humane etfi mala est, quia vitata est, non tamen malum est, quia natura est: Nulla enim natura, in quantum natura est, malum est, fed prorsus bonum, fine quo bono vllum effe non poffet vitium; quamuis fine vitio poffit effe vel nunquam vitata, vel fanata natura.

303. De morte peccatorum.

Iuftum Dei iudicium est, vt peccato fuo quisque pereat, cum peccatum Deus non faciat, ficut mortem non fecit: & tamen quem morte dignum fenfit, occidit. Vnde legitur: *Mors & vita à Deo est.* Quæ duo inter fe non effe contraria profectò videt quisquis ab operibus diuinis iudicia diuina difcendit: quia aliud est creando non inftituiffe mortalem, aliud iudicando plectere peccatorem.

304. De pena peccati.

Deus quidem mundum fecit, & corpora prorsus omnia. Sed vt corpus corruptibile aggrauet animam, & caro conuificat aduersus fpiritum, non est præcedens natura hominis inftituti, fed confequens poena * peccati.

305. De opere in quacunque natura.

Quantilibet vitis turpetur quæcunque natura, inftitutio eius femper est bona: Nam ficut inftitutio corporis bona est, etiam quando nafcitur morbidum; & inftitutio animi bona est, etiam quando nafcitur fatuus; fic inftitutio ipfius hominis bona est, quando nafcitur peccati originalis obnoxius.

306. De abolitione peccati.

Sicut quidam parentes aggrauant originale peccatum, ita quidam releuant; fed nullus tollit, nifi ille, de quo dictum est. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* cui nullum bonum hominis impoffibile, nullum malum est infanabile.

307. De gratia Dei.

Non ad merita hominum, fed ad Dei misericordiam pertinet, cum ex illa maffa primis hominis, cui meritò mors debetur, quisque liberatur. Non est enim iniquitas apud Deum, quia neque remittendo, neque exigendo quod d. betur, iniuftus est. Et ibi gratuita est indulgentia, vbi iufta poffet effe vindicta.

308. Neminem, nifi Deo miferante, faluari.

Natura humane, etiam fi in illa integritate, in qua

est condita, permaneret, nullo modo feifpam, Creatore fuo non adiuuante, feruaret. Vnde cum fine Dei gratia falutem non poffet confoldire quam accepit, quomodo fine Dei gratia poffet recuperare peccati?

309. Nihil excufationis competere peccatori.

Inexcufabilis est omnis peccator vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis; fine qui nouit, fine qui ignorat, fine qui iudicat, fine qui non iudicat; quia & ipfa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, fine dotatione peccatum est; in eis autem qui non potuerunt, poena peccati. Ergo in vtrifque non est excufatio, fed iufta damnatio.

310. De his qui fpiritu Dei aguntur.

Plus est proculdubio agi quam regi: qui enim regitur, aliquid agit, & idem regitur, vt recte agat. Qui autem agitur, agere ipfe aliquid vix intelligitur. Et tamen tantum præftat voluntatibus noftris gratia Saluatoris, vt non dubitet Apoftolus dicere: *Quotquot fpiritu Dei aguntur, hi filij Dei funt.* Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere non poffet, quam vt illi fe commendet, qui mala agere non poffet.

311. De refurrectione.

Liberari à corpore mortis huius, omni fanato languore concupifcentiæ carnis, est non ad poenam corpus recipere, fed ad gloriam.

312. Nihil hominem poffe fine Deo.

Multi Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla verò facit homo, quæ non Deus facit vt faciat homo.

313. De vera iuftitia.

Iuftitia fecundum quam Iuftus ex fide viuunt, quoniam per fpiritum gratia homini ex Deo est, vera iuftitia est: quæ licet non immeritò in aliquibus iuftis pro huius vitæ capacitate perfecta dicatur, parus tamen est ad illam magnam, quam capit æqualitas Angelorum: quam qui nondum habet, & propter illam quæ iam inerat perfectum: & propter iftam, quæ adhuc deærat, imperfectum fe effe dicebat. Sed planè minor ifta iuftitia facit meritum: maior illa facit præmium. Vnde qui iftam non fequitur, illam non affequitur.

314. De mortalitate Chrifti fecundum carnem.

De vno folo mediatore Dei & hominum homine Chrifto Iefu fides Catholica nouit, quod non pro nobis mortem, id est, peccati poenam in fine peccato fubire dignatus est. Sicut enim folus idè factus est hominis filius, vt nos per illum Dei filij fereremus: ita folus fufcepit fine malis meritis poenam, ficut nos per illum fine meritis gratiam. Quia ficut nobis debebatur aliquid bonitatis, nec illi aliquid mali. Commendans ergo dilectionem fuam in eos, quibus daturus erat indebitam vitam, pati pro eis indebitam mortem voluit.

315. De natura & gratia.

Sicut eis qui volentes in lege iuftificari, à gratia exciderunt, veniffimè dicit Apoftolus: *Si ex lege iuftitia est: ergo Chriftus gratis mortuus est:* fic eis qui gratiam, quam commendat & percipit fides Chrifti, purant effe naturam, veniffimè dicitur: *Si per naturam iuftitia est, ergo Chriftus gratis mortuus est.* Nam hic enim erat lex, & non iuftificabat: iam hic erat & natura, & non iuftificabat. Idè Chriftus non gratis mortuus est, vt lex per illum impleteret, qui dixit. *Non veni foluere legem, fed adimplere:* & natura per Adam perditam, per illum reparatur, qui dixit, veniffe fe querere & faluare quod perierat.

316. De mifericordia & iudicio.

Poffe habere fidem, ficut poffe habere charitatem, nature est hominum. Habere autem fidem quemadmodum habere charitatem, gratia est Fidelium. Sed cum voluntas credendi aliis præftatur, aliis non præparetur à Domino, difcernendum est, quid veniat de mifericordia eius, quid de iudicio. *Vniuerfa enim via Domini mifericordia & veritas.* Inueftigabiles autem funt

Est canon 18. conc. Araul. 2.

Aliàs regenerati.

Sap. 9. * Aliàs damnati.

Ex epift. Aug. 106.

Ex exd. m epiftola.

Ex epift. ciuid. 105.

Aug. lib. 2. contra duas epift. Pelag. cap. 8.

Ex cap. 4. lib. 5. contra duas epift. Pelag. & est canon 21. fecundum concil. Araul.

Ex cap. 1. lib. 5. de gratia & lib. arb. & lib. canon 21. fecundum concil. Araul.

Ex lib. 1. de prædest. fanctorum c. 1. Ex cap. 6.

sunt via ipsius. Inuestigabiles igitur sunt & misericordia, qua gratis liberat, & veritas qua iuste iudicat.

317. *De auxiliando.*

Nemo erigit quicquam ad id, in quo ipse est, nisi aliquantum ad id, in quo est, ille descendat.

318. *De contemnda mundi glorie.*

Quas vires nocendi habet humane glorie amor, non sentit, nisi qui ei bellum indixerit: quia etsi cuiquam facile est laudem non cupere, dum negatur, difficile est ea non delectari, cum offertur.

319. *De temporalibus bonis relinquendis.*

Omnes mundi opes contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere contemnit. In quo cavendum est ne surrepat elatio. Vtilius enim terrena opulenta humiliter tenetur, quam superbe relinquuntur.

320. *De colubenda ira.*

Nulli irascendi ira sua videtur iniusta. Vnde ab omni indignatione citro redeundum est ad mansuetudinis lenitatem: Nam peritiam motus facile in eius odium transit, cui non celeriter ignoscitur.

321. *De sabato.*

Qui dedit legem, ipse dedit & gratiam: sed legem per seculum misit, cum gratia ipse descendit: ut quia lex ostendit peccata, non tollit: volentes legem suis viribus exequi, nec valentes, cogantur ad gratiam, que & impossibilitatis morbum, & inobedientie aufert reatum.

322. *De sabato.*

Verum sabbatum Christianus observat abstinentes ab opere feruli, id est, a peccato: quoniam *qui facit peccatum, servus est peccati.*

323. *De his qua hominum propria sunt.*

Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis, atque iustitie, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo: ut ex eo quasi quibusdam guttis irrorati, non deficiamus in via.

324. *De inseparabili opere Patris & Filij.*

Quod Pater cum Christo facit, Christus facit: & quod Christus cum Patre facit, Pater facit: nec seorsum aliquid agit inseparabilis charitas, maiestas, potestas. Sicut ipse Dominus dicit: *Ego & Pater unum sumus.*

325. *Cui proxi Baptismi sacramentum.*

Regenerationis gratiam iam etiam hi non minuunt, qui eius dona non servant: sicut locus nitorem loca immunda non pollutunt. Qui ergo gaudes baptismi perceptione, vivit in novi hominis sanctitate: & tenens fidem que per dilectionem operatur, * habet bonum quod nondum habes, vt proxi tibi bonum quod habes.

326. *De veritate.*

Sic est veritas Christus, vt totum verum accipiatur in Christo: verum Verbum Dei Deus, & aequalis Patri: vera anima: vera caro: verus homo: verus Deus: vera natiuitas: vera passio: vera mors: vera resurrectio. Si aliquid horum dixeris falsum, intrat puredo: de veneno serpentis nascuntur vermes mendaciorum, & nihil integrum remanebit: quia vbi fuerit falsi aliquid corruptio, ibi veritatis integritas non erit.

327. *De charitate.*

Quanta est charitas, que hi desit, frustra habentur cetera: si adit, habentur omnia.

328. *Quomodo Christus reliquit patrem & matrem.*

Reliquit Christus Patrem: quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalem Deo: sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens. Hoc est enim: Reliquit Patrem: non quia deseruit, & recessit a Patre; sed quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua aequalis est Patri. Reliquit autem matrem, relinquendo synagogam Iudaeorum, de qua secundum carnem natus est: & inherens Ecclesie, quam ex omnibus gentibus congregavit.

329. *De comparatione primi Adam, & secundi.*

Dormit Adam, vt fiat Eva: moritur Christus, vt fiat Ecclesia. Dormiente Adam, fit Eva de latere: Mortuo Christo, lancea perforatur latus, vt profluant sacramenta, quibus formetur Ecclesia. Vnde merito Apollolus ipsum Adam dicit formam futuri. Quia sicut omnes in Adam moriuntur: ita & in Christo omnes vivificabuntur.

330. *De Incarnatione Verbi.*

Deus homo factus est: quid futurus est homo, propter quem Deus factus est homo?

331. *De duabus natiuitatibus hominum.*

Vna est natiuitas de terra, alia de caelo: via est de carne, alia de spiritu: vna est de aeternitate, alia de mortalitate: vna est de masculo & femina, alia de Deo & Ecclesia. Sed ipse duae singulares vnae, Quomodo enim veteris non potest repeti, sic nec baptismus iterari.

332. *De diversitate bonorum.*

Si visibilia attendas, nec panis est Deus: nec aqua est Deus: nec lux ista est Deus: nec vestis est Deus: nec domus ista est Deus. Omnia enim haec visibilia sunt; & singula sunt. Quod enim est panis, non hoc est aqua: & quod est vestis, non hoc est domus: & quae sunt ista, non hoc est Deus: visibilia enim sunt. Deus autem totum tibi est, quod recte desideras, & omnium bonorum varietas vno fonte profunditur. Quoniam cum sua tribuit, seipsum sub diversis munerum suorum nominibus imperat.

333. *De intellectu.*

Anima carnalis appetens, semine comparatur non habenti rectorem virum qui est intellectus, cuius eam oportet sapientia gubernari: non quasi aliud sit quam anima: sed quia obtutus quidam occultus sit animae. Sicut enim exteriores oculi quiddam sunt carnis: ita mens quidam est animi, quod in eo secundum participationem diuinae rationis excellit. Et tunc omnibus moribus suis bene praesidet, cum superna luce radiatur, vt sit in ea *lumen verum, quod illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.*

334. *De loco orationis.*

Qui supplicaturus Deo locum aptum & sanctum requirit, interiora tua munda, & omni inde mala cupiditate depulsa, praeparata tibi in cordis tui pace secrete. Volens in templo orare, in te ora: & ita age semper, vt Dei templum sis. Ibi enim Deus exaudit, vbi habitat.

335. *De homine interiore.*

Sensus corporis corporalia nuntiant cordi. Et non omnium facultates eadem: quia non inde videtur, vnde auditur: nec vnde sapor, inde & odor capitur. Et hi ministri, sine tactu ad latus & aspera, calida, frigida, humida & sicca discernenda sufficiunt. In corporea vero animus suo tantum sensu diiudicat, & omnes varietates vno motu attingit: & quicquid discretionis inter bona & mala, & iniusta rationabiliter inuenit, vnus est intentionis affectus. Vt tibi imago Dei appareat, vbi vnus indeque est quod mens potest, quantum potest.

336. *De vita Filij Dei.*

Dei Filius Deus vitam habere in semetipso, sicut habet Pater, non participando adeptus est, sed nascendo. Vitam enim genuit Pater vitam, sic differt in aliquo essentia gignentis & geniti: cum sic ex Patre sit Filius, vt consensu paterne aequalitatis non vna quidem persona, sed vna sit deitas.

337. *De iudicio.*

Quamuis nunquam recedat a Filio Pater, ad iudicandos tamen viuos & mortuos, non ipse dicitur, sed filius assurus: quia ibi nec Patris, nec Filij deitas, sed illa forma videbitur Filij, quam sibi per sacramentum incarnationis voluit. Ipsa ergo erit iudex, quae sub iudice stetit. Ipsa iudicabit, quae iudicata est,

In epist. ad Aurel. 64.

Epist. ad Paulinum, quae est 34.

Ex ser. 1.1. de verbis Apoll. v. c. appar. c.

Ioan. 8.

Epist. 12. ca. non citati concilij, sumptus, ni fallor, ex prolog. librorum de doctr. Christ.

Ioan. 10.

Galat. 5. * h. i. u. e.

Rom. 5. 1. Cor. 15.

vt videant impij eius gloriam, in cuius mansuetudinem * fremuerunt. Talis ergo apparebit iudex, qualis videtur possit & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est. Pater autem non apparebit; quia forma serui non est indutus, sed Filio, qui etiam homo factus est, dedit iudicij potestatem.

338. *De voluntate Dei & hominis.*

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, vt diuinae seruiant voluntati, quamuis volentes agant quod agunt, illius tamen voluntas est, à quo & præparatur, & iubetur quod volunt.

339. *De doctrina Patris per Verbum.*

Si illum docet Pater, qui audit verbum eius; quare quid sit Christus, & inuenies verbum eius. *In principio erat verbum*; non autem in principio Deus fecit verbum, sicut: *In principio Deus fecit caelum & terram*. Verbum enim Dei Deus est, non creatura: nec factum inerat omnia, sed per quod facta sunt omnia. Vt ergo ad talis verbi doctrinam homo in carne constitutus possit accedere; *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*.

340. *De Corpore Christi.*

Caro Christi Fidei vita est, si corpus ipsius esse non negligant: sicut ergo Corpus Christi, si volunt viuere de spiritu Christi: de quo non viuunt nisi corpus Christi.

341. *Qui edunt Corpus Christi.*

Escam vitæ accipit & æternitatis poculum bibit, qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est: Nam qui discordat à Christo, nec carnem eius manducat, nec sanguinem bibit: etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.

342. *De malorum felicitate.*

Vellet mundana sapientia, vt nonquam permitteret Deus eos qui mali sunt, esse felices, quod vique non finet: sed idem mali cum habent quod volunt, felices putantur: quia quid sit felicitas, ignorant.

343. *De mutatione cordis.*

Aliud est migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum; Migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas: non ibi es, vbi eras.

344. *De Christinate.*

Christi nomen à Christinate est, id est, ab vnctione. Quia idem omnis Christianus sanctificatur, vt intellegit se non solum sacerdotalis & regie dignitatis esse consortem, sed etiam contra diabolum fieri luctatorem.

345. *De lumine.*

Sequatur Christum lumen verum; ne ambulemus in tenebris. Tenebræ autem metuendæ sunt morum, non oculorum: & si oculorum, non exteriorum, vnde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum.

346. *De Incarnatione Verbi.*

Catholica fides Dominum Iesum Christum & verum Deum, & verum hominem credit, & prædicat, vt inquit scriptum est, & vtrumque verum est. Qui Deum tantummodo asserit Christum medicinam negat, qua sanatus est. Qui hominem tantummodo asserit Christum, potentiam negat, qua creatus est. Vtrumque ergo anima fidelis ac recta suscipit: & Deus Christus est, & homo Christus est; qualis Deus Christus, æqualis Patri, vnum cum Patre: qualis homo Christus, virginis filius, trahens de homine mortalitatem, non trahens iniquitatem.

347. *De missione Verbi.*

Missus est Dominus Christus à Patre, non recessit à Patre. Missio eius incarnatio fuit, & inuisibili deitatis hoc fuit, in hunc mundum venire quod apparere.

Quod si citò caperetur, non opus erat vt crederetur. Credendo ergo capitur, quod nisi credatur, nunquam intelligitur.

348. *De Patre & Filio.*

Vt rectè credatur Pater & Filius, ipse Filius audiendus est, dicens: *Ego & Pater vnus sumus*. Duobus enim verbis duæ simul hæreses detruncentur: Nam per id quod ait, vnum Atrium perculit: per illud quod ait, sumus, Sabellium strauit: quia nec, sumus, de vno: nec, vnum diceret de diuerso.

349. *De Deo & homine Iesu Christo.*

Vtrumque oportet nouerimus in Christo: & vnde æqualis Patri est: & vnde illo maior est Pater: Illud verbum est, illud caro; illud Deus est, illud homo. Sed vnus est Christus Deus & homo.

350. *De vnitatis diuinae Trinitatis.*

Multorum hominum multæ sine dubio animæ, & multa sunt corda: sed vbi per dilectionem fidemque adherent Deo, sunt omnes vna anima, & cor vnum. Si ergo charitas Dei, quæ diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis; tantam vnitatem multarum animarum, & multorum cordium facit, quantum magis certiusque in Patre & Filio & Spiritu sancto æterna & incommutabilis vnitas manet; vbi indifferens Trinitas vnus Deus est, vnum lumen, vnumque principium?

351. *De doctrina Patris ad Filium.*

Non sic docuit Pater Filium, quasi indocitum genuerit, & scientiam contulerit nescienti: sed temporalis doctrina est intemporalis essentia: & hoc est à Patre doceri, quod est à Patre generari: quia simplicis veritatis naturæ esse & nosse, non est aliud atque aliud, sed ipsum.

352. *De fide & veritate.*

Fides semper præuenit visionem. Credimus enim, vt cognoscamus: non cognoscimus, vt credamus. Fides ergo est, quod non vides, credere: veritas, quod credidisti, videre.

353. *De bono odore Christi.*

Bonus Christi odor est prædicatio veritatis, quod odore vitæ capit, qui Euangelio bonis * operibus feruit & congruit. Mortem autem incurrit, cuius ab his moribus, quæ bene loquitur, vita disserit: quæ conditio etiam auditores obstringit, cum recta prædicatio ab aliis per incredulitatem auditur in mortem: ab aliis per fidem suscipitur in salutem.

354. *De facultate credendi.*

Fides Christi est, credere in eum qui iustificat impium, credere in Mediatorem, sine quo nullus reconciliatur Deo, credere in Saluatorem, qui venit quærere, & saluare quod perierat, credere in eum qui dixit: *Sine me nihil potestis facere*. Sed hanc fidem non apprehendit, qui ignorans Dei iustitiam, quæ iustificatur impius, suam vult constituere, quæ conuincatur superbus. Talia enim sentientes sua elatione obdurantur, & excecantur; quia negando Dei gratiam, non adiuuantur.

355. *De vera dilectione.*

Charitatem habens, quæ est de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, diligit Deum & proximum sicut seipsum. Amator enim Dei, amator est sui, & non diligens Deum, non diligit proximum; quia non diligit seipsum. Pro hac autem dilectione patienter etiam mundi odia sunt toleranda; necesse est enim vt nos oderit, quos videt odisse quod diligit.

356. *De bipartita Mundi significatione.*

Duo hominum genera sub vno Mundi nomine nuncupantur. Sicut enim dicitur Mundus in impiis, ita dicitur Mundus in Sanctis. Vnde cum totus à semetipso & in odio; & in amore discordet, nos eum & odisse iubemur, & amare, cum dicitur nobis. *Nolite diligere mundum*: & cum dicitur; *Diligite inimicos vestros*.

* Aliàs feruunt

Tractatu in Ioann.

Ibidem.

1. Ioan. 1. Matth. 5.

vt

vt quorum excetatur iniquitatem, optemus salutem, 357. *De vitanda sciētia gloria.*

Tract. in Ioan.

Ad vitandam tentationem vanæ gloriæ, melior est discens conditio, quàm docentis. Totus enim auditur veritas, quàm prædicatur. Quoniam cum doctrina recipitur, humilitas custoditur. Cum autem disputatio placet, vix est vt differentem non pulset quantalacunque iactantia.

358. *De laude quæ se prædicat Deus.*

Periculosum est homini sibi placere, cui cavendum est superbie. Deus autem quantumcumque se laudet; non se extollit excessivè, nec vult se sua videri maiestrate maiorem. Sed cum homini loquitur potentiam suam; non hoc agit, vt gloriosus ipse, sed vt ille melior fiat, & doctior. Nobis enim prædicit Autorem nostrum agnoscere: & ei, qui est super omnia, subiacere; ne de quo non possumus comprehendere quid est, possumus sentire quod non est.

359. *De remissionis peccatis.*

Christiana observantia ad perfectæ pietatis profectum per mutuam maximè peruenit indulgentiam peccatorum, dante nobis Domino suæ bonitatis exemplum: Nam si ille, in quo nullum omnino fuit peccatum, interpellat pro peccatis nostris, quantum magis nos inuenire pro propriis orare debemus? A plectenda quippe est homini, qui non omni potest carere peccato, tam benigna conditio, vt dimittendo delicta aliena, diluat sua.

360. *De aternitate Sanctorum.*

1. Cor. 15.

Iustorum desiderium societas tunc nihil deerit, quando Deus omnis in illis omnibus erit. Ad quam beatitudinem hi perueniunt, qui hinc seculo ante separationem animæ, carne moriuntur: nec in eis inveniuntur cupiditatibus, quas sola superat dilectio Dei: Vt & id pariter iniquitas, quod cægit, & eo bono fruatur iustitia, quod amavit.

361. *De confitendo homine Iesu Christo.*

1. Tim. 2.

Rom. 5.

Qui sic constititur Christus in Deum, vt eundem hominem neget verum habentem, scilicet vitam sibi nostræ carnis animæque naturam; non est pro illo mortuus Christus; quia secundum hominem mortuus est Christus. Non reconciliatur per Mediatorem Deo; vnus enim Deus, & vnus est Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, non iustificatur per ipsum, quia licet per obedientiam vnus hominis peccatores constituti sint multi, ita per obedientiam vnus hominis iusti constituentur multi. Non resurgit in resurrectione vitæ, quia per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Nec vnus se Beati Petri defendat exemplo, qui se multis lacrimis & accusavit, & lauit: vt principem suum Ecclesie non negationis, sed penitentis imitatione sequeretur.

1. Cor. 15.

Math. 26.

362. *De aternitate.*

In quibusdam aternis potest aliqua esse distantia. Ipsa autem aternitas absque diversitate mensuræ est. Multæ quippe mansiones in vna vita, variæ merituum significant dignitates. Sed vt Deus omnia in omnibus erit, fiet etiam in dispari claritate per gaudium, vt quod habent singuli, commune sit omnibus. Quoniam per connexionem dilectionis, id gloriæ capitis nulla erit aliena pars corporis.

363. *De fide.*

* Alias colligitur.

Fides eorum qui Deum viseri sunt quod non videt, credit: nam si videt, non est fides; ereditur * pollicetur meritum: videnti redditur premium.

364. *De peritione contraria.*

Male versus eo, quod vult accipere, Deo potius miserante, non accipit. Proinde si hoc ab eo petitur, vnde homo exauditur ladatur, magis metuendum est ne quod possit Deus non dare propitius, det iratus.

365. *De dilectione.*

Qui diligit me, inquit Dominus, diligitur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Quid est, diligam? tanquam tunc dilecturus sit, & nunc non diligit? Absit. Quomodo enim nos Pater sine Filio, aut Filius sine Patre diligeret; cum inseparabiliter operentur, quomodo separabiliter diligunt? Sed ad hoc diligam eum: ad quod sequitur, & manifestabo ei meipsum. Diligam & manifestabo, id est, ad hoc diligam, vt manifestem. Nunc enim ad hoc dilexit, vt credamus, & * mandatum eius teneamus. Tunc ad hoc diligit, vt videamus, & ipsam visionem mercedem fidei capiamus. Quia & nos nunc diligimus credendo quod videbimus; tunc autem diligemus videndo quod credidimus.

Tract. 75. in Ioan. Ioan. 14.

* Alias mandatum fidei, &c.

366. *De palmitibus vitis.*

Ita sunt in vite palmites, vt viti nihil conferant, sed inde accipiant vnde vivunt. Sic quippe vitis est in palmitibus, vt vitale alimentum subministrat eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest utrunque, non Christo: Nam præcio palmitis, potest de vna radice alius pullulare: qui autem præcio est, sine radice non potest vivere.

Tract. 81. in Ioan. Est & canon. 24. concil. Araul.

367. *De humana iustitia modo.*

Diuitius dictum est: Noli esse iustus multum: quoniam non est iustitia sapientis, sed superbia præsumptio. Qui ergo sit nimis iustus, ipso nimio fit iniustus. Quis est autem qui se facit iustum, nisi qui dicit se non habere peccatum?

Eccles. 7.

368. *De simplicitate.*

Nullius etiam incorporea creatura, verè simplex substantia est, cui non hoc est esse, quod nosse: potest enim esse, nec nosse: at illa diuina non potest, quia idipsum est quod habet. Ac per hoc non sic habet scientiam, vt aliud sit illi scientia quàm scire, aliud essentia quàm est; sed utrumque vnum: quoniam non utrumque dicendum sit, quod verissimè simplex & vnus est. Habet enim Pater vitam in semetipso: nec aliud est ipse quàm vita, quæ in illo est: & dedit Filio habere in semetipso; Hoc est, genuit Filium, qui & ipse vita est. Sic itaque debemus accipere, quod de Spiritu sancto dictum est: Non enim loquitur in semetipso, sed quacunque audieris, loquetur; vt intelligamus, non eum esse à semetipso. Pater quippe solus de alio non est. Nam & Filius de Patre natus est: & Spiritus sanctus de Patre procedit. Pater autem nec natus est de alio, nec procedit. Nec igitur sanè aliqua disparitas in summa illa Trinitate coditionis: occurrit humana: quia & Filius ei de quo natus est, & Spiritus sanctus ei de quo procedit, æqualis est.

Ex tract. 99. in Ioan. nem.

Ioan. 15.

369. *De intemporalitate dei.*

Quamuis natura incommutabilis non accipiat, fuit & erit, sed tantum, est: ipsa veraciter est: quia aliter quàm est, esse non potest, tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus veritas nostra mortalitas & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus, & fuit, & est, & erit: fuit in præterito; est in presentibus; erit in futuris. Fuit quippe, quia nunquam defuit; erit, quia nunquam deerit; est, quia semper est. Neque enim velut qui iam non sit, cum præteritis occidit; aut cum presentibus, tanquam non maneat, labitur, aut cum futuris tanquam non fuerit, oritur. Proinde cum secundum volumina temporum locutio humana variatur, qui per nulla esse potuit, aut potest, aut poterit tempora, vera de illo dicuntur cuiuslibet temporis verba. Semper itaque audit Spiritus sanctus quia semper scit; & scire, & audire, hoc illi est, quod semper esse. Semper vero illi est esse, de Patre procedere. Nemo autem potest dicere quod non sit vita Spiritus sanctus, cum habeat Patrem, vita sit Filius. Ac per hoc sicut Pater cum vita vitæ in semetipso, dedit

Ad illud 16. Ioan. Quæcumque audiet, &c. tract. 99.

Ioan. 5.

& Filio habere vitam in semetipso; sic Spiritui sancto dedit vitam procedere de illo, sicut procedit & de ipso.

370. *De dilectione quâ diligimus Deum.*

Proterus donum Dei est diligere Deum. Ipse vt diligere tur dedit, qui non dilectus dilexit; displicentes amati sumus, vt fieret in nobis vnde placereamus. Disfudit enim charitatem in cordibus nostris Spiritus Patris & Filij, quem cum Patre amamus & Filio.

371. *De pace Christi.*

Pax Christi finem temporis non habet, & ipsa est omnis piæ intentionis, ætioniq; perfectio. Propter hanc sacramentis eius imbuimur: propter hanc mirabilibus eius operibus & sermonibus erudimur: propter hanc Spiritus sancti pignus accepimus: propter hanc in eum credimus, & speramus, & amore ipsius, quantum donat, accendimur; propter hanc denique omnem tribulationem fortiter toleramus, vt in ea felicitet sine tribulatione regnemus. Vera enim pax vnitatem facit, quoniam qui adhæret Deo, vnus spiritus est.

372. *De temporibus.*

Omne tempus ab illo est dispositum, qui temporis subditus non est. Quoniam quæ futura erant per singularia tempora, in Dei sapientia habentur & efficaces causas, in qua nulla sunt tempora. Non ergo creditur hora passionis homini fato vigente venisse, sed Deo potius ordinante. Non enim sidereæ necessitas Christo intulit crucem: nec sidereæ coegerunt mori siderum Conditorum: qui intemporalis cum Patre, sic tempus quo carne moretur, quemadmodum & quo de matre nasceretur, eligit.

373. *De vnitatis Trinitatis.*

In eo quod dicitur: *Hec est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*: ordo verborum est, vt te, & quem misisti Iesum Christum, cognoscant solum verum Deum: Consequenter enim intelligitur & Spiritus sanctus, qui spiritus est Patris & Filij, tanquam charitas substantialis & consubstantialis amborum. Quoniam non duo dij, Pater & Filius: nec tres dij, Pater & Filius, & Spiritus sanctus; sed ipsa Trinitas vnus solus verus Deus. Nec idem tamen Pater, qui Filius: nec idem Filius, qui Pater: nec idem Spiritus sanctus qui Pater aut Filius; quoniam tres sunt, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sed ipsa Trinitas vnus est Deus.

374. *Quid dedit Pater Filio.*

Quicquid Deus Pater Deo Filio dedit, gignendo dedit. Ita enim dicitur: *Pater Filio, sine quibus Filus esse non possit, sicut ei dedit vt esset*: Nam quomodo Verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia.

375. *De custodia Dei, qua suos seruat.*

Custodiam circa nos Dei, non tam carnaliter debemus accipere, velut vicissim nos seruent Pater & Filius, amborum in nobis seruandi alternante custodia: quasi alius, alio descendente, succedat. Simul enim custodiunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, qui est vnus verus Deus. Sed Scriptura nos non leuat, nisi descendat ad nos, sicut Verbum caro factum descendit, vt reuelaret: non cecidit, vt iaceret. Si descendentem cognouimus, cum leuante fergamus: & intelligamus, cum ita loquitur, personas eam distinguere, non separare naturas.

376. *De gratia Dei, quâ omne hominis meritum præuenitur.*

Si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes Veritas creauerit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt, quibus vt audiant veritatem, & credant, ex ipsa veritate præstatur, nullis proculdubio præcedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset: *Omnia qui audit vocem meam, ex veritate est*: idè dicitur ex veritate putaretur, qui obtemperat veritati. Non autem hoc ait: sed, *Omnia,*

inquit, *qui est ex veritate, audit vocem meam*. Ac per hoc, non idè est ex veritate, quia eius audit vocem: sed idè audit, quia ex veritate est: id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est: quod quid est aliud, quàm donante Christo credit in Christum?

377. *De amore quo Deum amare debemus.*

Quisquis seipsum, non Deum amat, non se amat. Et quisquis Deum, non seipsum amat, ipse se amat. Qui enim non potest viuere de se, moritur vtique amando fe. Cum verò ille diligitur, de quo viuatur, non se diligendo magis diligit, qui propter eam se non diligit, vt eum diligit, de quo viuatur.

378. *De indiuiso Patris & Filij opere.*

Quicquid illud est, quod oportet Patrem agere ad Filium, non fit nisi per eundem Filium: ad ipsum, scilicet, quia Filius hominis est, & factus est inter omnia; per ipsum autem, quia Filius Dei est, & per illum sunt à Patre omnia.

379. *De subiectione Filij.*

Non est mirum dicere Apostolum, etiam in futuro seculo Patri Filium & subiectum futurum, vbi ait: *Tunc & ipse subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia*. Quandoquidem in Filio forma humana mansit est, quæ semper maior est Pater. Quamuis non defuerint, qui illam tunc Filij subiectionem ipsius humanæ formæ, in diuinam substantiam commutationem intelligendam putarunt, tanquam hoc cuique rei subieciatur, quod in eam vertitur & mutatur. Sed intelligi potest idè magis dixisse Apostolum, etiam tunc Patri Filium subiectum futurum, ne quis in eo putaret Spiritum & corpus hominum conuersione aliqua consumendum: vt sit Deus omnia non tantum in illius forma hominis, sed in omnibus, quando capitis gloria vniuersum corpus implet.

380. *Nihil in quibuscunque creaturis à Creatore inordinatum relinquit.*

Quantacunque bona, quamuis magna, quamuis minima, nisi ex Deo esse non possunt. Quid enim maius in creaturis, quàm vita intelligens: aut quid minus potest esse, quam corpus? Quæ quantumlibet deficiant, & in id tendant vt non sint: tamen aliquid formæ illius remanet, vt quoquo modo sint. Quicquid autem formæ cuiuscumque rei deficientis remanet, ex illa forma est quæ nescit deficere: motusque ipsos terum deficientium vel proficientium excedere numerorum suorum leges non sinit. Quicquid igitur laudabile aduertitur in rerum natura, siue exigua, siue ampla, quod laude dignum iudicetur, ad excellentissimam & ineffabilem laudem referendum est Conditoris.

381. *Quod præscientia Dei neminem peccare compellat.*

Neminem Deus ad peccandum cogit: Præuidet tamen eos qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non vindicet iustus, quæ fieri non cogit præscit? Sicut enim nemo memoriæ suæ cogit facta esse, quæ præterierunt: sic Deus præscientiâ suâ non cogit facienda, quæ futura sunt. Et sicut homo quædam quæ fecit, meminit, nec tamen omnia quæ meminit, facit: ita Deus omnia quorum ipse Author est, præscit, nec tamen omnium quæ præscit, ipse author est. Quorum autem non est malus author, iustus est vltor.

382. *De cognoscendis creaturis, que non videntur.*

Humana anima naturaliter diuinis ex quibus pendet, connexa rationibus, cum dicit, melius * fieri hoc quàm illud: si verum dicit, & videt quod dicit, in illis supersens rationibus videt. Credit ergo Deum fecisse, quod recto intellectu ab eo faciendum fuisse cognoscit; etiam si hoc in rebus factis non videt. Qui etiam si cælum oculis videre non possit, & tamen ratione vera tale aliquid faciendum fuisse colligeret, credere debuit factum fuisse, quamuis id oculis non videret. Non enim cogitatione cerneret factum fuisse, nisi his rationibus, in quibus facta sunt omnia.

Quod

Tract. 10.
in Ioan.
Est canon.
27. cit. ti
ante conc.
Rom 5.

Tract. 104.
in Ioan.

1. Cor. 6.

Tract. 104.
in Ioan.
* Aliis effi-
ciantes.

Tract. 105.
in Ioan.
Ioan. 37.

Ex tract.
126. n
Ioannem.

Ex tract.
107. in
Ioannem.

Tract. 115.
in Ioan.

Ioan. 18.

Ex tract.
123. in
Ioannem.

1. Cor. 15.

Ex cap. 17.
lib. 1. de
lib. arb.

Ex cap. 4.
lib. 3. de
lib. arb.

Ex cap. 5.
lib. 3. de
lib. arb.
* heret.

Quod autem ibi non est, tam nemo potest vera cogitatione videre, quam non est.

383. *Quo remedio ulnera humana curentur.*

Quid tam dignum misericordiâ, quam miser; & quid tam indignum misericordiâ, quam superbus miser? Ex quo factum est, ut illud Dei verbum, per quod facta sunt omnia, & quo fruitur omnis angelica beatitudo, usque ad miseriam nostram porriegeret clementiam suam, & verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Sic enim posset panem angelorum homo manducare nondum angelis adæquatus, si panis ipse angelorum hominibus dignaretur æquari. Nec sic descendit ad nos, ut illos derederet: sed simul integer illis: integer nobis: illos intrinsecus pascens, per id quod Deus est: non forissecus admonens per id quod nos sumus, & idoneos facit per fidem, quos per speciem facit æqualiter.

384. *Nullum naturæ vitium ab Authore est.*

Dubium non est, contra naturam esse omne vitium, etiam eius rei cuius est vitium. Quapropter quoniam in quacunque re non vituperatur nisi vitium, id est autem vitium est, quia contra naturam eius rei est (cuius est vitium) nullius rei rectè vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Non enim in vitio displicet, nisi quod corrumpit quod in natura placet.

385. *De pana peccati.*

Omni peccanti animæ duo sunt pœnalia, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia * depravatur error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, ut erret inuitus, & resistente repugnatione carnalis vinculi, non posse ab illicitis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati.

386. *De veritatibus remediiorum.*

Ut ars medicinæ cum eadem maneat, neque villo modo ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis est nostra valerudo: ita divina providentia, cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tamen creaturæ varîe subuenit: & pro diversitate morborum alij alia iubet, aut vetat: ut à vitio, unde motus incipit, & ab ipsa morte ad naturam suam, & essentiam ea quæ deficient, id est, ad nihilum tendant, reducat & firmet.

387. *De prava hominis prauaricatione.*

Primum animæ rationalis vitium est, voluntas ea faciendi quæ: vetat summa & intima veritas. Ità homo de paradiso in hoc seculum depulsus est, id est, ab æternis ad temporalia, à copiosis ad egena, à firmitate ad infirma. Non ergo à bono substantiali ad

malum substantiale, quia nulla substantia malum est; sed à bono æterno, ad bonum temporale: à bono spiritali, ad bonum carnale: à bono intelligibili, ad bonum sensibile: à bono summo, ad bonum infimum. Est igitur quoddam bonum, quod si diligit anima rationalis, peccat; quia infra illam ordinatum est: quare ipsum peccatum malum est, non ea substantia, quæ peccando diligitur.

388. *De magistra omnium artium veritate.*

Lex omnium a tuu cum sit omnino incommutabilis, mens verò humana cui talem legem videre concessum est, mutabilitatem pati possit erroris, satis apparet supra mentem nostram esse legem, quæ veritas dicitur. Nec iam illud ambigendum est, incommutabilem naturam, quæ supra animam rationalem sit, Deum esse: & ibi esse primam vitam & primam essentiam, ubi est prima sapientia. Nam hæc est illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium rectè dicitur, & ats omni potentis artificis. Itaque cum se anima sentiat nec corporum speciem morum: que indicare secundum seipsum, simul oportet cognoscit, præstare suam naturam ei naturæ, de qua iudicat: præstare autem sibi eam naturam, secundum quam iudicat, & de qua nullo modo iudicare potest.

389. *Quo incitetur cor ad discendum.*

Ad dicendum necessarium duplitemur decimur, autoritate atque ratione. Tempore autoritas, re autem ratio prior est. Aliud est enim quod in agendo anteponitur, aliud quod plures in appetendo æstimatur. Quia ergo principium Sapientiæ timor Domini, & per humilitatem ad f. blimia gradus est, incidet humana ignorantia per fidem, ut mereatur fides videre quod credit.

390. *De diuitiis.*

Diuitiis flores, & maiorum nobilitate re iactas, & exultis de patria, & pulchritudine corporis, & honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur; respice te ipsum, quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circumspice eos qui ante te similibus splendoribus fulsere. Vbi sunt quos ambiebat civium potentia? Vbi insuperabiles Imperatores? Vbi qui conuentus disponebant, & festa? Vbi equorum splendidi * inuictores? Exercituum duces? Satrapæ, Tyranni: non omnia pulvis? non omnia fauilla? non in paucis ossibus eorum vitæ memoria est? Respice se pulchra, & vide quis servus, quis dominus, quis pauper, quis dives. Discerne, si potes vitæ cum à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaque nature, non extollaris aliquando. Memor autem eris si te ipsum respexeris.

Ex lib. de vera relig. c. 30. & 31.

* Alias nutritores

Aug. lib. 3. de lib. arb. cap. 10.

Ex cap. 13. lib. 3. de lib. arb.

Ex cap. 18. lib. 3. de lib. arb. De quibus & lib. 1. retr. cap. 9. de honestat. Ex cap. 17. lib. de vera relig.

Ex cap. 20. lib. de vera relig.

* Nostræ hoc opis.

D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS,

EX SENTENTIIS S. AVGVSTINI.

EPIGRAMMATON LIBER.



Vm sacris mentem placet exercere loquelis, Colosi que animam pascere pane inuat: Quosdam, ceu pravo, libris decerpere flores; Distinctis que ipsos exercere versiculis.

Vt proprias conerent epigrammata singula causas.

Et pars quæque suo congrueret titulo.

Nec nostrum hoc opus est, sed ab illo sumitur hic vos,

Qui sicam ripem fundere iussit aquas.

Vt quod in affectum cordis, pietate magistra, Venerit, hoc prout carnine leta fides.

QVÆ SIT VERA INNOCENTIA.

1. Innocentia vera est, quæ nec sibi, nec alteri nocet. Quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et nemo non prius in se, quam in alterum peccat.

Perfete bonus est, & vere dicitur insons.

Nec sibi, nec cuiquam quod nocet, faciens.

Nam quicumque alium molitur ledere, primum

Ipsum se iaculo percussit proprio;

Et cum forti animum non sit subitura facultas,

Non dubium in cordis viscere vultus habet.

Nec fugit infestis sceleris mens prava reatum,

Cui nimis hoc solum, quod voluit, nocuit.

DE HOMINIBVS DILIGENDIS.

2. Sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligenter errores: quia aliud est amare, quod facti sunt, aliud est odisse quod faciunt.

Natura quis quis propriæ non spernit honorem,

In quocumque hominum, que tua hostis; ama.

Sic tamen, ut pravo viuet concordia mores,

Nullaque sint pacis fœdera cum vitis.

Namque quod artificis sanati fecit manus, vnum est,

Quæque

Quaeque Autore bono condita sunt, bona sunt.

Divinum in nullo signentur deficiatur, Sola malis stansis addita non placeant.

DE VERA AETERNITATE.

3. Vera aeternitas, & vera immortalitas non est, nisi in deitate Trinitatis, cui quod est esse, perfectum est; quia natura initio carens, incremento non indigens, sicut nullum finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creatura * etiam illa, quibus Deus aeternitatem dedit, vel daturus est, non penitus omnis finis alienae sunt; quia non sunt extra communionem, dum illis finis est, & temporalis institutio, & localis motio, & ipsa in augmentum sui facta mutatio.

* C. autem.

Aeternus verè est solus Deus omni creator, Vna in se viues permanet esse quod est. Hoc Pater, hoc Verbum Patris, hoc est Spiritus almus, Quorum natura est vna, eademque triam.

* C. hic.

Non captum, aut auctum, * non huic mutabile quicquam est. Quod subeat leges temporis, aut numeri. Virtus praeteritis prior, vltiorque futuris; Nil recipit varium, nil habet occiduum.

* C. Nam rerum quas ut voluit, sapientia fecit.

* Nam quas, ut voluit, rerum sapientia fecit. Multis vna quidem est praesentia perpetua. Sed quodcumque potest sese amplius aut minus esse Quodam sine, ipsi quod fuerat, moritur. Sic nihil aeternum, quod commutabile factum est

* C. Et quod cuncta super. * C. magna.

* Quod cunctis iuperest, semper idem Deus est. DE PATIENTIA DEI.

4. Patientia Dei * vera est, quae parit contemptus, paritque negatus: & magis vult vitam peccatoris, quam mortem: eruditio est penititudinis, & oblatio correctionis. Nec vlla ipsius opera * misericordiam vacant, quando homini & indulgentia consulit, & flagello.

* C. addi.

Multa diu summi differi patientia Regis Suspendens aequi pondera iudicij. Et dum plebentis parit clementia factis

* C. Dat spatium vt pereant crimina, non homines. * C. corda.

* Dat spatium, quo se crimine purgat bono. Denique committunt homines mala criminata, semper Dat spatium, ut pereant crimina, non homines: Verbera nonnunquam castigans * corde puerbo Ne cito consumant suam flagella reos. Sic pietate Dei terrarum non vocat oris, Et nihil est, quod non trabat ad veniam: Cum Rex saluandis ipsa quoque consultat ira Vi curat medicus vulnera vulneribus.

DE VLTIONE DEI.

5. Diuina bonitas idèo maximè irascitur in hoc seculo, ne irascatur in futuro, & misericorditer adhibet temporalem seueritatem, ne aeternam iustè inferat vltionem.

* C. Deus.

* Cui Deus exerta peccantes verberat ira, Vi norit homines, quid mereantur, agit. Nam, dum mortalis peraguntur tempo: a carnis, Auxilium miseris ipsa flagella ferunt. Et vindicta breuis sic noxia crimina finit, Ne sine fine habeat debita poena reos.

* C. confessione.

DE VERA * DEI LAVDATIONE.

6. Vera confessio est beneficentis, cum idem sonus est & oris, & cordis; bene autem loqui, & male viuere, nihil est aliud quam sua se voce damnare. Laus vera in Dominum depronitur ore precantis, Si qua voce fluunt, iniuria cordis habent. Non prodest cniquam solis bona dicere verbis, Ni pia mens habeat, quod bene lingua sonat. Non dari rectè, miserum est, & viuere prauè, Damnata nota malum regula iustitia.

* C. dilectione Dei & proximi. * C. dilectio * spiritus.

DE * VIRTUTE CHARITATIS.

7. * Caritas Dei & proximi propria * & specialis virtus est piorum, atque sanctorum; cum ceterae vir-

tutes & bonis & malis possint esse communes.

Plurima Sanctorum bona sunt communita iustis, Et quiddam rectè constat inesse malis. Sed pia pars summa tendens virum ad arcem, Omne operum meritum * vincit amore Dei.

* C. citant.

Quo pariter quemcumque hominum se diligit, ut se, Hoc optat aliis, quod cupit ipse sibi. Vnde istis geminis virtutum qui caret aliis, Colorum ad regnum, non habet vnde volet.

DE DOCTRINA APOSTOLICA.

8. Doctrina Apostolica tam falubris * tamque vitalis est, ut pro capacitate ventium nemi nem sui relinquit exortem. Quia siue sint paruuli, siue magni, siue infirmi, siue fortes, habent in ea & vnde alantur, & vnde fatientur.

* C. atque.

Exeret Deus ut terra caligine mundum, Doctrina accedat lumen Apostolicae: Que nullis animis, nullis non congruis annis, Lacte rigant pueros, pane cibant validos.

* Alias fecutus.

Non tempus, non * sexus huic, non causa resistit, Omnes curat, alii, insificat, vegetat. Sumite que magne apposuit sapientia mensae, Et variis passis discite delicias. Quarum pars, totum est epulana, quo quisque iuuatur, Inde caput vitant, quam parit vna fides.

DE QVÆRENDO DEO.

9. Deum quaerens, gaudium quaerit: sic ergo quaerat, vt non in se; sed in Domino gaudeat. Accedendo enim ad Deum, illuminatur ignorantia, & corroboratur infirmitas, data sibi & intelligentia quae videat, & charitate quae feruat. Scire Deum cupient gaudere, & viuere querit, Si verum & summum noris amare Deum. Cui tribuat, quicquid rectè sapit, optat, agitque, Et sine quo carnis gloria pulvis erit.

Non ergo in quocumque sua munera deserit Author, Perque suum Dominus se manifestat opus. Inque illis habitat diues penetrabilibus hospes, Que gaudent hoc * se, cuncta quod ipse dedit.

* C. se compta.

DE FASTIDIO SPIRITALI.

10. Sicut corpori noxium est, corpoream escam non posse percipere: ita animae periculosum est, spirituales delicias fastidiare. Vt perdant propriam inuortalia corpora vitant: Si nequeunt escas sumere corporeas: Sic anima, nisi delictis rationis alantur, Dum Verbi aeterni pane carent, pereunt. Nam quid erit, quod aera procul fastidia pellat, Cum seipso refugit mens saturare Deo.

DE MALORVM ET BONORVM FINIBVS.

11. * Nunquam multi funt, qui ad non esse tendunt. * C. Non-Quid enim tam obnoxium paucitati, quam quod nunquam est debitum perditiōis? Esse Deo verum, & proprium est: cui quisquis adhaeret, Aeterni in regni lumine semper erit. Nam qui iustitiam spernunt, non esse laborant, Inque nihil tendunt, & nihil esse queunt. Non ergo illorum poterit pars multa videri, Quorum in Sanctorum nullus erit numero. Sed verè magni, & multi sine fine manebunt, In Christo, quorum gloria perpes erit.

DE TRANQVILLITATE VLTIONIS DEI.

12. Non concupiscit Deus poenam reorum, tanquam saturari desiderans vltione. Sed quod iustum est, cum tranquillitate decernit, & recta voluntate disponit, vt etiam mali non sint ordinati. Nulla Deum oblectat miserationum poena reorum, Nec scelerrum vindex ira mouet iustitiam. Omnipotentis enim recta & tranquilla voluntas, Quicquid decernit committit, hoc statuit.

Ut nullis pateat Regis consira querelias

* C. malos. Dum in iste accipiet debitus ordo * reos.

DE BONO INTELLECTU.

13. Bonum intellectum habet, quod facendum recte intelligit, facit. Alioqui talis est sine opera intelligentia, qualis est sine timore sapientia; cum initium sit sapientiae timor Domini.

Scriptorum Domini plene videt omne profundum,

* Implet qui factus cognita verba piis:

Nam nimis * ascensu doctrina deus errat,

Si, que curavit scire fugis facere.

DE REQUIE ADHVC IN CARNE

VIVENTIS.

14. Habet * iam in hac vita requiem suam anima, quae de morte infidelitatis exempta est; & non ab operibus iustitiae, sed ab iniquitatis se abstinet actione. Ut vivens Deo, & mundo mortua, in humilitatis & manufactudinis placida tranquillitate requiescat.

Est * in hac vita * requies tranquilla dicitur Sanctis;

Quorum animus mundus non tenet occiduum;

Quos desideris nullis peritura fatigant,

Et quibus omne bonum est Christus, & omnis honor;

Vivunt terra, ut caelo fugientia cernant,

Quod credunt, quod amant, quod cupiunt; Deus est.

DE * VOVENDO DEO.

15. Quisquis bene cogitat quid Deo voueat, & quae vota perloquat, seipsum voueat, & reddat. Hoc exigit; hoc debetur: imago Caesaris reddatur Caesari; imago Dei reddatur Deo. Sed sicut videndum est, quid, & cui offeras: ita etiam considerandum est, ubi offeras. Quia veri sacrificij extrã Catholicam Ecclesiam locus non est.

Quid voueat Domino, quisquis bene corde voluit,

Ipsum se totum preparat, & voueat,

Maiores enim * offerri nequis hostia mentis in ara.

Nec Christi ex templo suavit exit odor.

Quam cum homo casto nun profert libamina morm,

Et de virtutum munere sacra litat.

Sic tamen, ut noris qui reddit vota Tonanti,

Vnum diuinis cultibus esse locum.

In toto mundo, quem vera Ecclesia prebet,

Et sine quo nullum iustitia est meritum.

DE IUSTITIA ET GRATIA.

16. Duæ sunt retributiones iustitiæ, cum aut bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis. Tertia est retributio gratiæ, cum per regenerationem remittuntur mala, & retribuuntur bona: atque ita manifestatur, quia vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Illam autem impiorum retributionem, qua pro bonis mala * retribuitur; Deus nescit: * qui nihil retribuere bona pro malis, non essent, quibus retribuere bona pro bonis.

Iustitia merces gemina est, vel cum bona reddis,

Vel pravis dignè cum malarestituis,

Saluatricem autem cunctorum gratia Christi

Non pensans meritorium, diluit omne inelum.

Credentesque omnes renouans baptisumate sacro,

Dat bona, que propter deos meliora bonis.

DE SUPERNÆ PATRIÆ CIVIBVS.

16. Omnis, qui ad supernam pertinet ciuitatem, peregrinus est mundi; & dum temporalis vitæ vita, in patria vitæ aliena, vbi incedit multa fallacia, & multa illecebrosa Deum nosse, & amare paucorum est, quibus præceptum Domini * sit lucidum illuminans oculos, vt nec in Deo, nec in proximi charitate fallantur.

Cælestera ad patriam Christo redimente, vocatus

Vitæ * labentis temporis hospes agit.

Dumque ad promissam requiem non per sua tendit

Mandantè potitur multa pericula via.

Qua nunc obfessa aduersis, nunc plena secundis

Aut frangit trepidos, obligat aut dubios,

Inter quos laqueos currentem ad gaudia * vite

Non capiet mundus, cuius via Christus eris.

DE CARNIS CVPIDITATE VINCENDA.

18. Nemo est, cuius animus corruptibile corpus, & inhabitatio terrena non aggruet. Sed anniduum est, vt cupiditates carnis, i spiritus vigore superentur: & interior homo, qui sibi semper fecerat resisti, semper se diuino * expectet auxilio adiuuari.

Nulla anima est, qua non mortali carne grauetur

Nec * qua corporea conditione gemat.

Sed consirmare inualidam, & frenare rebellem,

Legitimum & proprium est mentis opus domine.

Quæ * vis nature, vt moderamine temperet aquo,

Et subdat sceptris noxia queque suis.

* Auxilium à Domino, & vires perat, vt valeat se

Vincere, nec sensus incit. et ipsa suos.

Nam * nullas famula poterit compeccere matas,

Ni fuerit Christi semper amore potens.

DE ANGVSTA VITÆ VIA.

19. Angusta est via, quæ ducit ad vitam. * Et tamen per ipsam, nisi dilatato corde non curritur: quia iter vitæ, quo gradiuntur pauperes Christi, amplum est. Fidelium spei, etiam si actum sit infidelium vanitatis.

Arcta via est, vera que ducit ad æria vita,

Nec recipit carnis gaudia mentis iter.

Amplis incedit spatius terrena voluptas,

Angusto virtus limite celsa petit.

Et tamen hi cætes, quos mundi vana pauescunt,

Quædam magnificis, æquora sunt animis.

Difficilisque nimis per dura; per * ardua gressus

Commendat fides, quod tolerare iuuat.

DE PRÆMIO RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

20. Hoc affectus, & desiderio colendus est Deus, vt sui cultus ipse sit merces: Nam qui Deum idè colit, vt aliud magis quàm ipsum promereatur, non Deum colit, sed id quod assequi concupiscit.

Hac desiderij Deus est pietate colendus,

Iustitia vt merces tota sit ipse Deus.

Nam sperans alio se munere posse beari

Non, * quod poscit, amat, sed quod habere cupit.

DE OCCVLTIS NON IVDICANDIS.

21. De occultis cordis alieni temerè iudicare peccatum est; & eum, cuius opera non videntur, nisi bona, reprehendere ex suspitione, iniquum est cum eorum, quæ homini sunt incognita, solus Deus iudex sit iustus, qui & inspector est vetus.

Culpæ in quoque, qua non sunt nota, malignum est,

Præsertim, que sunt cognita, si bona sunt.

Non pateant faciles sanis rumoribus aures:

Quæ nescire iuuat, credere non libeat.

Linguamur secreta Deo: qui siquid operum est,

Inspicit, & nullis indiget iudiciis.

DE ADIVTORIO DEI.

22. Diuini est muneris, cum & recta cogitamus, & pedes nostros à fallitate & iniustitia continemus. Quæ oties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, vt operemur, operatur.

Non dubitè nostri Deus est & rector, & auctor,

Cum toto affectu, que bona sunt, gerimus.

Ex operum specie clarebunt intima cordis.

* Qui vè hominis mentem spiritus intus alit:

Sanctus enim sanctos facit & de lumine lumen

Exoritur: nullus sit bonus absque * Deo.

* C. malos.
* C. cum scriptum sit in i. f. ed.
* Qui factis implet. C. * C. ten. fu.
* C. etiam.
* C. quæ.
* C. multis requies.
* Bene vovendo.
* C. Luc. to.
* nequit offerri. C.
* C. No. quæ.
* C. reff. tumur.
* C. quia.
* C. h. to. 8.
* C. h. t.
* præsentis.

* Vici C.
* C. expet. rat.
* C. de.
* C. ius.
* C. A. do. mino auxilium.
* C. ar. ter. nam.
* aspera.
* C. quem.
* C. Quis. que.
* agat.
* C. bona rect.

DE PASSIONIBVS SANCTORVM.

23. Iusto iudicio Dei datur pleunque peccatoribus oprata potestas qua Sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritui Dei * iuuantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariore.

* C. viuunt.

*Quod plerunque malis in Sanctos sentire sinuntur. Quodque bonis prauis sapere nocere queunt, Absque Dei nutu non fit qui corda suorum His etiam bellis glorificanda probat: Crescunt virtutum palma, crescuntque corona, * Mutantur mundi praelia pace Dei.*

* Vincuntur, al. Temnuntur.

DE SCIENTIA BONI.

24. Non est vera scientia boni, nisi ad hoc comprehendatur, vt agatur, Non enim vtiliter meditatur legem Dei, qui laborat vt memoria teneat, quod actione non implet.

Scit legem, doctique tenet iussa omnipotentis, Qui quod nouit, agens diligit id quod agit. Non satis est Dominum praeceptum voluere lingua, Is meminit legis, qui memoret esse operis.

DE AMORE LEGIS.

25. Qui legem Dei diligit, probet fe in * omnibus iniquis id, quod contra legem est, edisse, non homines. Legem spernentes odit ciam legis amator, Non homines odit, sed reprobat quod agunt.

* Chomianibus.

* DE SCRVTANDIS MANDATIS DEI.

26. Mandata Dei scrutati, nisi quieta mens non potest. Vt ergo religiosum exerceatur studium, * abigenda sunt iurgia malignorum. Scrutari legem possunt vt cuique quieti.

* C. obferuandis. * C. abicienda.

*Si mundi * a strepitu libera corda vacent: Vt mens, ergo piis studiis intema viuatur * Praelia diuini carnea vincat amor, Nam templum * Domini per sacra silentia crescit. Et tacite * fruatur non nutuira domus.*

* Cab.

* iurgia.

* C. struitur.

DE PROFICIENDO.

27. Nemo tam eruditus, nemo tam doctus est, qui superna illustratione non egeat. Non enim ita vlla diuinorum bonorum augmenta sufficiunt, vt non semper superlit, quod mens rationalis & intelligendum desideret & gerendum.

Doctrina Domini per aeternum tempore in isto. Ad plerum nulli peruenit, sunt homini. Semper enim Sanctus superest, quo crescere possint Et perfectiorum gloria, principum est. Virtutem virtus pariat, de lumine lumen Prodeat, utque omnis palma gradum faciat. Nam cur non cupide mens quara, qua Deus offert. Cui danda vt recte profeceret, ipse dedit

DE DVPLICI OPERE DEI.

28. Si omnes homines simul consideremus, quorum alij misericordiam salui fiunt, alij veritate damnantur, vniuersae viae Domini, id est, misericordia & veritas, suo sine distinctione sunt. Si autem solos Sanctos intueamur, non discernuntur haec viae Domini. Induidua enim ibi est & à misericordia veritas, & à veritate misericordia; quia beatitudo Sanctorum & de munere gratiae est, & de retributione iustitiae.

*Omnibus in rebus genuinum est opus omnipotentis. Totum * iustitia est quod gerit, aut pietas. Que simul in * terra descendunt lucis ab arce Ne cuiquam patri desit vtrumque bonum. Et quoniam cunctis auxilio miserantia egenis, Praeclis semper gratia iustitiam, Damnantem elatos, saluantem iustificatos. Quos Deus & donis auxerit & meritis.*

* C. aur. * terra.

DE OBSERVANTIA PACIS.

29. Christianae perfectionis est, pacificum esse, etiam cum pacis inimicis, spe correctionis, non consensu malignitatis, vt si nec exemplum, nec cohortationem dilectionis sequantur, causas tamen non habent, quibus odisse non debeant.

*Moribus in sanctis pulchra est concordia pacis, Cum nullis unum conuenit, atque placet. * Sed * tantum hoc toleranda modo sunt fadora amoris, Vt salis pax hoc fit tribuenda bonis. Inuisus etiam praesertur iusta voluntas, Nec quengquam spernans vora benigne hominem. Non vt amicitia vitis scientia iniquis, Adsit, sed prauis vt medicina animis. Qua si pace sua non sedat turbida corda, Nobis non possit nostra perire quies.*

* C. necum hoc cohobenda modo, * tamen hoc cohobenda modo.

DE CVSTODIA DEI.

30. Custodi non Dominus ab omni malo, non * vt nihil patiamur aduersi, sed vt ipsi aduersantibus anima non laedatur. Cum enim * tentatio adest, fit quidam in id quod nos impugnat introitus: & cum bono sine, id est, fine, velle vulnere animae tentatio consummatur, ad aeternam requiem de profundo temporalis laboris exitur.

* C. ad add. * C. nostra add.

*Sape quidem Dominus sic cuncta aduersa repellit, Vt nullo attingi vulnere possit homo, Sed mirabilior tunc est manus omnipotentis, Illata afflictum cum mala non superant, Laudetur custos, virtutem dans toleranti, Insana corruptat ne furor exterior, Nam non certanti nulla est speranda corona, * Palmarum, qua capitur gloria, finis habet.*

DE ADIVTORIO DEI.

31. Ad caelestis Hierusalem consortium non ascendant, nisi qui toto corde * profitentur, non proprii operis, sed diuini esse muneris quod ascendunt. Caestem ad patriam tendens cognosce vocantem. Cuius prouerberis, si bene curris, ope: Nam si de virtute tua ad caelestia credis Scandere, de superis pulsus ad ima * cades.

* C. confitentur.

DE ODIIS MVNDI IN CHRISTIANOS.

32. Omnes qui in Christo volunt pie viuere, necesse est vt ab impiis, & dissimilibus patiantur opprobria: & insani, qui praesentia bona perdant, & inuisibilia sibi, ac futura promittant. Sed haec despectio, & haec irritio in ipsos retorquetur, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusione.

* mis. * C. cadis.

*In pia pars mundi partis est infesta piorum; Nec tolerare potest dissimiles animos: Ridens nolentes opibus praesentibus vii, Sperantesque sibi credita posse dari. Sed spernenda haec sunt populis opprobria sanclis, Que sulte incant corda aliena Deo. Nam spes nostra ex hoc visis fit certior omni, Quod spondens quicquid credimus, * hoc Deus est.*

* C. est.

DE PATIENTIA FIDELIVM.

33. Tota fidelium salus, tota patientiae fortitudo ad eum qui in Sanctis suis est mirabilis, referenda est; quia nisi in illis Deus esset, furto impiorum fragilitas humana succumberet. Cum constans anima aduersis non frangitur vllis, Et fidei virtus inemerata manet, Non inesse sibi Dominum patientia fortis, Inque eius domum, quod sceleris, referat. Nam quod non cecidit, propriis se viribus apert, Hoc ipso quod se stare putat, cecidit.

DE OBSERVANTIA DEBITIS.

Iniquorum iter non est directum: & diuersum longè est ab illa viâ, cui oculi Domini præstant, & per quam ad suos venit.

In mansuris inieiciebam omnes peccatores terra: ut discederent de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Diem iudicij sui denuntiat Dominus qui loquitur in Propheta: quoniam secundum veritatem in principio Psalmi dictum est, *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*: Nam quia tempus huius sæculi tempus est noctis, & ignorantiae, & tribulationis, nec cuiquam patet in quem finem sit quisque venturus: dat locum poenitentiae misericordia Dei, & diuersis modis agit, ut proficiant iusti, ut erigantur lapsi, ut conuertantur auerfi. Sed hæc patientia, manente adhuc nocte, præstat. Vbi autem illuxerit dies, & omnia occulta fuerint reuelata, discerent impiis à societate iustorum, non ultra parceret malis; sed interficiantur omnes peccatores terræ: in illo mane, quo declarabitur quid quisque mereatur.

PSALMVS CI.

Psalmi huius titulus est. Oratio inopis cum augetur, & in conspectu Domini effundit precem tuam. Iste ergo pauper Christus est, qui formam sæculi accipiens, nostra indutus est paupertate: & cum sit mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, idem est in humilitate corporis, qui est in gloria Patris, ut quorum suscepti naturam, exequatur & causam.

1. Tim. 1.

Exaudi Domine orationem meam, & clamor meus ad te perueniat. Ne auertas facientiam à me; in quacunque die tribulor, inclina ad me aures tuas.

Quod est, Exaudi orationem meam; & hoc idem est, & clamor meus ad te perueniat. Sed geminata petio ostendit preteritis affectum. Ne auertas autem facient tuam à me, dicit pro humilitate membrorum. Nam quando Pater à Filio, quando Deus auertetur à Christo? Et ideo petit se in quacunque die tribularetur, exaudiri; quia pietas capitis cum omni corporis portione comparitur; & labor omnium, qui & locis & temporibus variatur, nunquam sine illo est, qui omnium miseretur.

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.

Cirò obtinentur, quæ bono desiderio postulantur; nec differuntur preces, quæ hoc petunt, quod vult ille qui petitur. Velox itaque exauditio est; cum ipsa primitus exauditur oratio; nec tardat auxilium, qui dedit votum.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei.

Dies primi hominis quem super se fecundus, fumo in sua elatione deficienti altissimi comparatur. Et quia nemo in nouitatem Christi nisi ex voce veritate transfertur, gemit in his quos reparat ipse Reparator.

Et ossa mea sicut in fillioribus confixa sunt.

Ossa dicuntur hi qui sunt in Christo corpore fortiores, quorum stirpitate omnium compago membrorum munitur; dicente osse fortissimo Paulo: *Quis scandalizatur, & ego non eror?*

1. Cor. 15.

Percussissim est sicut scænum, & aruis.

Omne humanum genus in Adam, à quo est vniuersalis propagatio, percussum est; & de illius vulnere gemit, qui spe saluantur in Christo, non sine miseris mortalitatis inde contractæ.

Rom. 8.

Quoniam oblitus sum manducare panem meum.

Acceptat primus homo panem verbi in lege mandati: sed vetitum cibum fumens, panis illius die quo vivebat, oblitus est: & ob hoc, sicut percussum scænum, cor eius exaruit. Modò ergo reuiuifcat, & edat panem quem fuerat oblitus; qui iam in corpore est dicentis: *Ego sum panis viuus, qui de celo descendi.*

Ioan. 6.

A voce gemitus mei aabaserunt ossa mea carnis meæ.

A voce, inquit, gemitus mei, non à voce gemitus illorum: de quibus quem quòd non rectè gemitur, quòd carnalia cupiunt, quòd corporalia concupiscunt. Sed quia non desunt validiora membra, quæ curam habeant infirmorum, nec ab affectu capitis discrepant, voce gemitus mei erudiuntur ossa: id est, firmiora corporis, ut adhaerent carni meæ, id est, infirmioribus meis, secundum quod scriptum est: *Debemus enim nos firmi infirmis aciem infirmorum portare.*

Rom. 15.

Similis factus sum pellicano soluitudinis factus sum sicut nycticorax in parietinis.

Vigilans, & factus sum sicut passer singularis in repto.

Omnis strenuus & deuotus Euangelij prædicator, his tribus quæ commemoratæ sunt, aibus compatibilis inuenitur: secundum eorum formam, quibus verbum veritatis adiungit. Si enim infidelibus loquitur, in solitudine est tanquam pellicanus, nec fastidit deserta & inculca: quia etiam in talibus facit sibi Spiritus sanctus habitaculum. Si autem his prædicat, qui acceptam gratiam perdididerunt, sit quodammodo nycticorax in parietinis, non deferens eos qui corruunt, ut adificij bene fundati & stabilitatem recipiant & decorem. Si vero eos cohortatur, qui cum videantur Fideles, tepidi tamen sunt atque carnales, sit sub repto positis, id est, sub carnis infirmitate viuentibus quidam passer, increpans eos atque incitans ut in repto sint potius quam sub repto; hoc est, ut subiectam sibi carnem habeant, non vt ipsi ei subiciantur. *Qui enim in repto est, non descendat tollere aliquid de domo. Et quod in aere iudicis, præcitate super repto.* Sed harum affectionum sedulitatem nemo magis, quam Dominus Iesus Christus voluntarius pauper exequitur: qui veniens peccatores saluos facere, omnium labores infirmitateque suscepit. *Quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, vt & solitudo Gentilis acciperet notitiam veritatis: & obsecratis Iudæis, ac sua præuaricatione tuinosus, & lux, & stabilitas præstaretur: dum ille qui tenebrarum illuminator est, per Apostolum dicit, *Fuisset aliquando tenebra, nunc autem lux in domino.* Idem verò à tenebris, quas dilexit, occisus vigilauit; id est, surrexit, & factus est sicut passer singularis in repto: id est in caelo, quòd adhuc nemo ascendit nisi qui de caelo descendit, qui est primitiæ dormientium, & promigentis ex mortuis.*

Math. 16.

1. Cor. 15.

Ephes. 5.

Ioan. 3.

1. Cor. 15.

Coloff. 1.

Apoc. 1.

Tota die exprobrabant mihi amici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Ea significantur, quæ in tempore passionis gesta sunt. Exprobratur Domino, quod qui alios saluat, seipsum supplicio erucere non possit: & qui fuerant falsi laudatores, in occasione ipsius conspiciantur.

Math. 27.

Quoniam cinerem sicut panem manducabam : & potum meum cum lachrymis miscebam.

Offenditur sacramentum misericordie Salvatoris, qui etiam eos membra sua facit, quibus talis congruit medicina : & persone luce eorum copulat causam, in quibus se cinere dicit sicut panem manducasse, & potum cum lachrymis misceisse : quod quidem Infideles opprobrio deparant, dicentes (peccati remissionis fomitem esse peccandi.

Afacie ira tua, & indignationis tuae, quoniam eleuimus alligisti me.

Ephes.2.

Ista est ira, quam Adam meruit, & in qua omnes nati sumus, secundum quam dicit Apostolus, *Eramus naturae filij irae sicut & ceteri, non ex conditione Dei, sed ex iudicio.* Et ideo natura filij irae dicitur, quia ita in his nostris principis inleuit, & ab illa, praeter Dominum, non uult uelom Christum, nullus hominis natura fit libera. Eleuatus est autem homo quia rationalis & ad imaginem Dei factus est. Elusus uero est, quia suae dignitatis oblitus est, sicut scriptum est : *Homo non in honore esse, non intellexit : comparatus est iumentis insipientibus.*

Psal.48.

Dies mei sicut umbra declinauerunt, & ego sicut saxum arui.

Recessi ab aeterno die per peccatum, & in dies transitorius decidi per iudicium : & quia sicut saxum arui, per eum qui inter mortuos liberat, spe saluus fio : Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur.

1.Cor.25.

Tu autem Domine in aeternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem.

Temporalem, inquit, seculi aeternus : non enim quia cecidi, tu tenuisti : qui eras ad me humiliandum, in se ad me liberandum : & promissionum tuarum non obliuisceris.

Tu exurgens miserere : in Sion : quia tempus ut miseraris eius.

Galat.4.

Quod tempus, nisi de quo dicitur, *Cum autem uenit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.* Quoniam benepulchrum habuerunt serui tui lapides eius : & pulueris eius miserabuntur.

In Sion multi sunt lapides, & plerique sunt puluis. In lapidibus gaudium Sanctorum est, in puluere miserratio. De Sion sancti Patriarchae, sancti Apostoli, & praedicatores Euangelij : hi omnes lapides electi, & probati : Ceteri autem qui iustus non sunt connexi, puluis sunt, quos auferet uentus a facie terra, nisi agnoscant se, & dicant : *Memento Domine, quod puluis sumus.*

Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terrae gloriam tuam.

Hoc fundamentum posito in Sion, & hac misericordia pulueris eius impensa, ueniet etiam de gentibus alius paries, qui angulus lapidi coaptetur, & duo in uno condantur, qui facit utriusque unum.

Quoniam adificauit Dominus Sion, & uidebitur in gloria sua.

Math.25.

Crescit quotidie Ecclesia in templum Dei, & ab ipso capite totum corpus extenditur. Et apparet Iesus Christus in gloria sua, cum uenit iudicare mundum, a dextris & sinistris alios assumpturus in regnum, alios in supplicium detrosurus.

Reflexit in orationem humilium Dominus, & non desipserunt coram.

Hac est edificatio Sion, & structura eius : sic uini pedes instruntur, quia ad compagem decoris eius non nisi per humilitatem & orationem, per gemitus & lachrymas peruenitur : ne perfecta & dedicata domo, frustra pulset, qui secus aduenierit.

Scrībuntur haec in generatione altera : & populus qui erā dicitur, laudabit Dominum.

Scrībuntur haec in ueteri testamento per prophetiam

pertinentem ad noui testamenti generationem, hoc est, ad populum qui creandus erat in Christo, de quo Apostolus dicit : *Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt noua.* Omnia autem ex Deo, hoc est, uetera & noua, quoniam per unam fidem uterque populus accepit iustificationem.

2.Cor.5.

Quoniam profrexit ex alto sancto suo, Dominus de caelo in terram profrexit.

Ut uideret gemitus compeditorum, ut solueret filios mortificationum.

Profrexit in terram Deo : hoc est, misericordiam suam hominibus tribuente, tam fortia facta sunt uincula charitatis, ut ea non potuerit vincere uolentia persecutionis : per timorem enim Dei superauerunt martyres timorem mundi : & compedes fidei contrinuerunt eos ab excessu transgressionis : qui labor perseuerantiae transit in liberatam gloriae : ut gemitus uerterentur in gaudia, & compedes in coronas. Soluuntur autem etiam filij mortificationum, id est, martyrum, qui eadem inflammata fide secularium cupiditatum uinculis liberati possunt dicere, *Dirupisti uincula mea : tibi sacrificabo hostiam laudis.*

Psal.117.

Ut annuncietur in Sion nomen Domini : & laus eius in Hierusalem.

Ut solutus uinculis peccatorum libera charitas seruiat Deo, & laus Domini multiplicetur in Sion, id est, in specula, quae est Ecclesia, quae non praesentia diligit, sed futura praecipiens, in spe promissionum latatur.

In conueniēdo populos in unum, & regna ut seruiant Domino.

Factum est sanguine martyrum & gemitibus compeditorum, ut exauditis illis qui erant in gemitibus & pressura, hanc nostris temporibus haberet Ecclesia libertatem, qua omnium gentium populi in fidei coeant unitatem, & regna quae persequebantur Christianos, iugo Christi subiecta sint.

Respondit ei in uia foris iudicis sua.

Sive Sion, sive Hierusalem, quae est Ecclesia, in qua laus Domini celebratur, respondit ei, quem per fidem laudat, per spem, per charitatem. Nam uocationi eius respondere, id est credere atque obedire, & in praecipis ipsius ambulare. In uia foris iudicis : quia ab ipso est ut persequeretur inter omnes illecebras & labores.

Exiguitatem dierum meorum aduincia mihi.

Exiguum est omne quod finitur, & transit : uita enim temporalis in comparatione aeternitatis exigua est : cuius dies ideo sibi aduincia Ecclesia postulat, ut nouerit se uigae in finem seculi esse mansuram, donec ueniant illi dies, qui nec numerum poterunt habere, * nec terminum.

* Alias nec imminui.

Ne renoues me in dimidium dierum meorum.

Non imminuantur, inquit, dies mei, quousque in consummationem seculi ipso plenitudine. Rom.11.

gentium introeat, & omnis Israel saluus fiat.

In generationem & generationem anni tui.

Ab initio usque ad consummationem Sanctos Dei diuersa secula alios & alios proteruntur : quorum iustificationem non est nisi in Christo, per quem omnium generationum una generatio est, quam Deus aeternitatis facit esse participem : ut absque commutatione sit omnia in omnibus.

1.Cor.15.

Principio Domine ! terram fundasti, & opera manuum tuarum sumi caeli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uessimentum ueterascenti.

Et sicut operitorium mutabis eos, & mutabuntur : tu idem ipse es, & ami tui non deficiet.

Sent. 5.

Vera aeternitas, & uera immortalitas non est nisi in deitate Trinitatis, cui quod est esse, perpetuum est : & neque per initium, neque per incrementum, neque per defectum ullam recipit mutabilitatem. Creaturae autem etiam illae quibus aeternitatem Creator dedit, uel

vel daturus est, non penitus carebunt sine, dum illis finis est ipsa in augmentum facta mutatio. Et terra ergo quam tu Domine fundisti, & cæli qui opera sunt manuum tuarum, sicut vestimentum & opertorium veterascunt & peribunt, non vt non sint, sed vt aliter sint: nouatione scilicet substantiæ, non de sectione nature. Tu autem idem ipse es, nec ab alio in aliud transis: quia tu es qui verè es, & qui in gloria tua nec minor potes esse, nec maior: dans filijs seruum tuorum, vt ad non deficientes annos tuos valeant peruenire.

Filij seruum tuorum inhabitabunt, & semen eorum in seculum dirigitur.

Filij seruum Dei, sunt filij iustorum, filij Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum: filij postremò totius Ecclesiæ, quæ corpus est Christi, & quæ mater est omnium patrum, omniumque filiorum. Hi ergo in æternitate annorum Dei habitabunt, & semen eorum in æternum dirigitur. Semen autem eorum rectè intelligitur, opus iustitiæ ipsorum, quod debet vnumquemque præcedere: quoniam sterile & infructuosum illa æternitatis beatitudo non recipit.

PSALMVVS CII.

Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius.

TOta Ecclesia cum suo capite, quod est Christus, vnus est homo: cuius proprium officium est in omni tempore benedicere Dominum; & sequi in laudem eius, quem ex tota virtute sua diligit, cohortari. Interiora autem eius sunt ratio intelligentiæ, & fides, humilitas timoris, fortitudo charitatis: & si quæ sunt aliæ affectiones, quibus mens in admirationem sui Authoris erigitur.

Benedic anima mea Dominum: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Iterata cohortatio docet, nunquam à Dei benedictione cessandam. Erit autem perseverans benedictio, si retributionum eius nulla vnquam subrepat obliuio: quæ retributiones non secundum merita humana sunt factæ: Nam damnatio peccatoribus debebatur: sed gratia præstita est malis, & salus perditis: Quoniam filius hominis venit querere, & saluare quod perierat: & non venit vocare iustos, sed peccatores. Benedicendus ergo est, qui non solum non plebit malos; sed etiam bona pro malis reddit, & bonos facit.

Qui propitius sit omnibus iniquitatibus tuis: qui sanas omnes languores tuos.

Qui redimitis de corruptione vitam tuam, qui coronat te in miseratione & misericordia.

Qui suscit in bonis desiderium tuum: renouabitur sicut aquila iuuentus tua.

Enumeratio retributionum Dei ostendit per quos gradus gratiæ anima humana saluetur. Qui propitius sit, inquit, omnibus iniquitatibus tuis. Non aut, omnibus virtutibus tuis: quæ vtique nullæ ei inessent, nisi fieret remissio peccatorum. Quæ ne rursus exargant, sanat, inquit, omnes languores tuos. Qui autem sunt illi languores, nisi concupiscentiæ malæ, desideria carnalia, & morbi omnium vanitatum? de qua corruptione redimitur vita infirmorum; quia corpus mortis nostræ corpus factum est ipsius vitæ vt coronat nos in miseratione & misericordia: sicut scriptum est: *Misererebor, cui miserus ero: & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero*: vt intelligamus, per eandem misericordiam dari coronas meritorum, per quam data sunt merita coronarum. Deinde additur; *Qui suscit in bonis desiderium tuum*. His enim rationibus perducta est anima ad desideria bona, vt spiritus & abiectionis carnalibus, atque terrenis, spiritalia, & cœlestia concupiscat; quoniam *Beati qui esuriunt iustitiam, quia ipsi satiabuntur*. Renouabitur ergo sicut aquilæ iuuentus tua; hoc est, à vetustate in nouitate, & in iuuen-

tam à senectute mutaberis, ad similitudinem aquilæ, quæ depositis aliis rostro quæ mutato, in nouas vires reuiuio vigore iuuenescit.

Facias misericordias Dominus, & iudicium his qui iniuriam accipiunt.

Nouit Dominus, quod in hac vita ferri ipsius laboribus iniurisque subiecti sunt, sed vult eos esse mites, esse patientes; quia iustis misericordis est ad liberandum, ita etiam iustus ad iudicandum. Dicens enim omnibus iniuriam accipientibus, *Mihi vindictam, & ego retribuam*, non denegat opem qui denunciat vltionem. Facit ergo Dominus misericordiam; facit & iudicium. Sed perfectiorum est, etiam his qui iniuriam fecerint, misericordiam magis quam operare vindictam.

Notas fecit vias suam Moysi, filiis Israel voluntate sua.

Magnum mirandumque mysterium est, idè datam legem, vt crescente peccato, humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur. Itæ sunt viæ oculatæ, quas notas fecit Moysi, per quem legem dedit: quia peccatum non haberet, vt suber bunda: et gratia: quam vtique veri Israëlitiæ intellexerunt & à Deo reuelante viderunt, quæ ratio dispositionum, quod consilium diuinarum fuerit voluntatum.

Miseratur & misericors Dominus: longanimis, & multa misericordias.

Quid tam longanimum, quid tam abundans quàm Deus, qui in misericordia pluit super iustos & iniustos; & solem suum oriri facit super bonos & malos? Parcit contemptus, parcit negatus: & maullit vitam peccatoris quàm mortem. Quoniam omnis longitudo patientiæ eius, eruditio est pœnitudinis, & oblatio correctio- nis: nec vlla opera ipsius misericordiæ vacat: quando homini & mansuetudine consulit, & flagello.

Non in finem irascitur: neque in æternum indignabitur.

Dura bonitas ideo irascitur, ne irascatur; & misericorditer adhibet temporalem seueritatem, ne æternam referat vltionem.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cæli à terra confirmauit Dominus misericordiam suam super timentes se.

Sicut cælum, inquit, protegit terram, sic timentes se protegit Deus.

Quantum distat Oriens ab Occidente, longè fecit à nobis peccata nostra.

Regenerationis hæc virtus est, quæ homines exiit peccatis, & gratiæ induit donis: vt vetustas occidat & veritas oriatur. Facta enim mutatione status innocentia constituitur in Oriente, peccata remanent in occasum.

Sicut miseretur pater filiorum, ita miserus est Dominus timendum se.

Quia ipse cognouit signum nostrum: memento quod pulvis sumus.

Qui personam suscipere dignatus est patris, nihil circa filios non mis & corditer facit; flagellet ad oparos potius quàm dederat abdicandos. Nouit autem ipse quod nos fecerit, & de quo lapsu in quem statum reformauerit, quantumque nos pulvis terrenæ fragilitatis infirmet. Petitur ergo Deus, vt meminerit conditionis humanæ; id est, vt miseretur ipsius perseueret. Quoniam non ipse obliuiscitur, sed vt nos gratiæ eius non obliuiscamur, facit.

Homo tanquam fœnum dies eius; & sicut agri flos in florebit.

Non saperebit homo, culus dies sunt sicut fœnum paululum florens, & mox arefcit; sed non desuper homo, cuius infirmitas à Dei virtute suscipitur. *Verbum enim caro factum est, vt flos qui in Adam erat caducus, in Christo esset æternus.*

Ephes. 3.

Ephes. 3.

Luc. 19.
Luc. 5.

Rom. 9.

Math. 5.

Rom. 12.

Rom. 5.
Galat. 3.

Math. 5.
Sent. est. 4.

Sent. est. 5.

Tit. 3.

Ioan. 1.

Misericordia autem Domini à seculo & in seculum super timentes eum: & iustitia eius in filios filiorum.

Timentibus Dominum æterna gaudia promittuntur; & quia timor obedientiam parit; obedientia autem mandatorum gignit effectus: idcirco iustitia Dei, hoc est, retributio super filios filiorum; qui melius intelliguntur in germine bonorum operum, quàm in prole natorum, quos multi iusti non habuisse nascuntur: & qui habuerunt, non omnes sunt, aut in omnibus gloriantur.

Custodientibus testamentum: & memoriâ reinentibus mandata eius, ut faciant ea.

Ille mandata Dei memociter tenet, qui, quod mandatis Dei continetur, operatur: nec filli potest in latitudine præceptorum, cum in duobus mandatis tota lex pendat & Prophætæ.

Matth. 22.

Dominus in cælo parauit thronum suum: & regnum eius omnium dominabitur.

Quid aliud significatur, nisi Domini descensio, & ascensio, & assumpti hominis in paterna sede confessio? cui genu omne flectitur, cælestium, ter, æstrium, & infernorum, & omnis lingua confitetur quoniam Dominus Iesus Christus in gloria Patris est.

Philipp. 2.

Benedicite Dominum omnes angeli eius, potentes virtutes facientes verbum eius, ad audiendum vocem sermonum eius.

Potentis sunt verbo, qui verbi famulantur imperio: quia ipsius implentur virtute, cui seruiunt.

Benedicite Dominum omnes virtutes eius: ministri eius facientes voluntatem eius.

Verba est confessio benedictis, cum idem sonus est oris & cordis. Bene autem loqui & male viuere, nil aliud est quàm sua fe voce damnare. Benedicendus ergo est Dominus ipsis maximè operibus, quibus sic debet uti conscientia, ut de ipsis in Domino glorietur.

Sent. est 6.

Benedicite Dominum omnia opera eius, in omni loco dominationis eius.

Sicut nullus est locus, qui non dominationi eius subiciatur, ita nullus est locus, in quo eius debeat cessare benedictio.

1. Cor. 1.

Benedic anima mea Dominum.

Ipo versus Psalmus conclusus est, quo inchoatus; ut intelligamus, perseverari in Dei benedictione debere; quæ verè continuatur, si sine cessatione bene viuatur.

PSALMVS IIII.

Benedic anima mea Dominum.

Sicut in præcedente Psalmo, ita etiam in isto qui sequitur, vox est membrorum corporis Christi. Vnus est homo, & cuius in vna fide vnum cor, & anima vna est, cohortans & excitans se in laudem Dei: ut in contemplatione creatorum magnificetur Creator.

Dominus Deus meus? magnificatus es eum.

Magnitudini Dei nec accede, e aliquid, nec decedere potest: qui quod est, incommutabiliter semper est, magnificatur ergo non sibi; sed nobis tantò vehementius, quanto magis se intellexit nostro innotescere facit, ut non illius gloria, sed admiratio nostra proficiat.

Confessionem & decorem induisti.

Induit se Dominus Deus noster confessionem & decorem, id est, induit se Ecclesiam, quæ per confessionem deposuit, feciditatem, & accipit decorem: ipsa enim confitendo peccatorum deus est redè factorum.

Circumaccitis lumine, sicut vestimentum.

Ipsa est vestis eius, non habens maculam neque rugam, & splendida facta per gratiam, quæ & lux vocatur, dicitur: Apostolo: *Fuisti aliquando tenebra; nunc autem lux in Domino.*

Ephes. 5.

Extendens calceam sicut pellem.

Si fiduciam cæli secun dum literam cogitemus in similitudinem pellis extendæ, celeritas quædam demonstrata est, quæ sine vlla difficultatis morâ opus suum Creator explicuit. Dixit enim: *fiat firmamentum inter aquam, & aquam, & factum est sic. Quoniam verbo Do-*

Ibidem.

Genes. 1.
Psalm. 32.

mini cali firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum. Si autem figuratam significationem adnitamur inspicere, inuenimus extendisse Deum cælum sicut pellem, cum intelligimus sanctam Scripturam cælum appellatam, cuius Authorem primò quasi firmamentum in Ecclesia sua posuit: & quam super omnem orbem terrarum per ministeria prædicantium quasi pellem extendit. Pellis autem nomine significata est mortalitas ministerium, manente ipso tempore per quod vbique veritas innotescit, & inuisibilitas Dei per visibilia literarum elementa intellecta conspicitur.

Rom. 1.

Qui protegis in aquis superiora eius.

Et hoc secundum literam bene intelligitur, quia iussit Deus, ut fieret firmamentum inter aquas & aquas, factumque est sic, & pars aquarum resedit in terram, pars autem cælo superposita, remota ab aspectu nostro, & fidei commendata. Secundum verò figuram, quia Scripturam sanctam diuinâ auctoritate firmamentum cælum accepimus, quod super orbem terræ sicut pellem per famam prædicationis extenditur: superiora cæli protegi aquis in eo intelligamus, quod in hoc cælo, id est, in eloquiis, præceptisque diuinis, nihil est sublimius charitate; quæ inter Dei omnia dona supereminet. *Dissipata est enim in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quæ diffusio: quas sanat, de quibus dicitur: Et in plateis tuis discurrunt aqua.*

Rom. 5.

Nemo alienus communicat tibi. Hæc quippe aqua, id est charitas Dei & proximi, propria & specialis virtus est piorum atque sanctorum: cum ceteræ virtutes & bonis & malis possint esse communes. Superiora itaque cæli his aquis protegentur, quia præceptum charitatis super omnes cælos, id est, super omnes liberos est, cui militat omnis lingua & omnis doctrina sanctorum. Protectio autem huius aquæ subiectionem cælum Scripturatum non eras, sed suscipit: quia in gemino charitatis præcepto tota lex pendet & Prophætæ.

Sent. est 7.

Sent. est 7.

Matth. 11.

Qui ponis nubes ascensum eius.

Impietum est hoc visibiliter, cum in conspectu discipulorum cælum nube suscepit, ascendit in cælum, & de resurrectione Apostolus loquens, dicit: *Deinde nos qui vivimus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo, & ita semper cum Domino erimus.* Sed videndum est quæ sint illæ nubes, quibus in cælum diuinarum Scripturarum ascenditur. Prædicatores vtique veritatis, qui corda audientium à terrenis sensibus erigunt, & ad sublimitatem cælestis intelligentiæ subuectunt. Ab istis nubibus verbum Dei diffundentibus vinea Domini sabaoth, quæ est Ecclesia, fecundatur, ut accepta pluuia, edat fructum, & edat vinas, non spinas: & non sit talis vinea de qua dicit Dominus per Prophetam: *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam.* Et qualis illa: cui dixerunt Apostoli, *ad vos missi eramus; sed quia repulistis verbum Dei, sinus ad gentes.*

Act. 1.

1. Thess. 4.

Efas.

Act. 13.

Qui ambulat super pennas ventorum.

Potest ad literam ita accipi, ut velocitatem verbi omnia peruagantis in hoc intelligamus, quod super ventorum pennas dicitur ambulare, quia velocius nihil nouimus ventis, quorum celeritas significata est nuncupatione pennarum: sed his pernicior est veritatis annuntiatio, quæ *arsingit à sine usque ad finem fortiter, & disponit omnia sanctiter.* Per figuratam autem significationem ventorum nomine non absurdè animæ intelliguntur: non quia eiusdem naturæ sint, sed quia similiter inuisibiles. Quarum pennæ sunt duo præcepta charitatis, quibus ad Dominum tendunt. Sed quia maior & sublimior est Dei charitas qua dilexit nos, quàm in eundem nostra dilectio: idèd super pennas ventorum, hoc est, super charitatem animarum dicitur ambulare: quia charitatem nostram supergrederetur charitas Dei: qui ipsam charitatem qua diligimus, *dissipat in cordibus per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

Matth. 12.

Rom. 5.

Qui

* Aliis flagrantem.

Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.

Exod. 3.

Secundum litteram non dubitamus esse spiritus nobis inuisibiles, ministros Dei; qui ab officio quod agunt, angeli nuncupantur. Spiritus enim naturæ naturæ sunt, angelus actionis. Hos itaque ministros suos Deus facit etiam ignem vrentem, siue flagrantem; sicut legimus ignem in rubo apparuisse, & missum ignem desuper, & implese quod præceptum est, ministerio executionis angelicæ. Figuratur verò spirituales quique in Ecclesia spiritus appellantur: qui sunt Angeli, cum sunt prædicatores & nuntij veritatis. Idemque sunt ignis, cum ferunt spiritu, & eos quos exhortantur, accendunt: duplicem habentes efficientiam, vt & illustrent animas & adurant, cum eadem vi & ardorem virtutis iniungunt, & peccatorum spinas tribuloseque consumunt.

Fundavit terram super firmitatem eius: non inclinabitur in seculum seculi.

Matth. 24.

De terra ista laboriose adferitur, quòd non inclinanda sit in seculum seculi, cum dictum sit, *Cælum & terra transibunt*: Nam fundatam eam super firmitatem suam, possumus ita intelligere, vt illa vis quæ sustentatur & continetur, firmitas ipsius dicta sit, quæ licet abscondita à nobis sit, tamen rectè creditur in sapientia & virtute Creatoris, qui omnia in se firmavit, in quo & omnia condidit. Mytico verò intellectu accepimus terram Ecclesiam, cuius firmitas & fundamentum eius, super quod fundata est terra, Christus est. *Fundamentum autem nemo potest ponere præterquam quod positum est, quod est Christus Iesus.* A quo fundamentum non recedens non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ.

Heb. 1. & 2. Coloss. 1.

Terræ nomine Ecclesiam intelleximus prophetatam, quæ Christum habens fundamentum, non inclinabitur in seculum seculi. Veruntamen diluio perfectionum (quæ abyssi & aquarum nomine præsignantur) ita circumferenda indicatur, vt quasi vestimentum ab impugnantibus operienda sit populis: in tantum perfectione crescente, vt etiam super montes, id est, eminentissimos quosque Sanctorum atollenda sit oppressio perfectionum.

Ab increpatione sua fugient: à voce tonitruus sui formidabunt.

1. Cor. 3.

Factum est hoc, quom Deus contreruit gentes increpationis suæ tonitru: cessauerunt enim impij Ecclesiam premere, & montes Dei, quorum sublimitas aquis superstantibus obtegebatur: isdem aquis recedentibus, receperunt eminentiam: tonante enim Domino, formidauerunt aquæ, & montes à diluio exuti sunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundasti eis.

1. Cor. 16.

Montes elationes aquarum sunt, id est, fluctus perfectionum populorum, qui cum sæuere, montes erant: sed increpati quieuerunt, & campi facti sunt, fundato ipsis loco in quo cohiberentur. Qui locus intelligitur quedam mensura formidinis, in eam quam sæuierunt corda conclusa sunt; vt etiam adhuc retinent infidelitatis suæ amaritudinem, super dulces tamen aquas, id est, fideles populos nequeant eleuari, neque reuertentur regere terram fluctus illi magni & amari, acceperunt modum, quem non transgredientur: neque poterunt Ecclesie inferre diluuium.

Qui emisit fontes in conualibus.

Ioan. 7.

Super humilem & quietum requiescit Spiritus Dei, & qui credit in me (inquit) *flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Conualles ergo humilitatem significant, quæ nunquam sine fonte gratiæ est. Non est autem insolens, vt qui montes sunt propter Sancti Spiritus ma-

gnitudinem, conualles sint propter sui spiritus humilitatem, sicut Apostolus Paulus mons erat, dicendo: *Non autem ego, & habebat fontem, dicendo, Sed gratia Dei mei necum.*

1. Cor. 15.

Inter medium montium pertransibunt aquæ.

Montes sunt Prædicatores magni, qui de humilitatis conualibus aquas veritatis emittunt, de qua abundantia nihil sibi adscribunt, nihil quasi proprium vendicant; sed communis, & media est emanatio spiritualium fluentorum. Aut de aquis, id est, de prædicatione, nulla sit discordia montium, sed pax consensionis & societas charitatis facit vnum, & commune quod profluit.

Potabunt omnes bestia flumæ.

Vidimus quidem hoc etiam in ista creatura, bestias flumæ bibere de fontibus, & de riuis inter montes currentibus; sed quia per hæc quæ omnibus nota sunt, quædam significantur abscondita, quibus inuentis studia spiritualium gaudent, bestias flumæ, gentes intelligentes; quoniam sæpe inueniuntur in Scripturis sanctis gentes indicatæ nomine bestiarum. Sicut congregatæ in arca Noe totius generis bestie, & discus quatuor lineis visione Petri Apostoli, demissis de cælo omnium plenus animalium, non aliud declaratur, quàm vniuersi generis homines in vnitæ Ecclesie congregandi. De his ergo aquis in medium montium pertransibuntibus, id est, de doctrina apostolica in medio fluyente, propter concordiam communionis omnis bestie flumæ: Omnes enim erant in arca, omnes in disco. Pertransientes autem sunt aquæ istæ; quia omnis doctrina, quæ in hoc tempore dispensatur, transit, dicente Apostolo: *Et scientia destruetur, & prophætia euacuabitur. Ex parte enim sciens, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est: quod ex parte est, euacuabitur.*

Gen. 7.

Act. 10.

1. Cor. 13.

Suscipient onagri strum suam.

In onagris maiores fortioresque bestie nominantur quæ de aquis prætereantibus tantum suscipiunt, quantum sitiunt. Sunt enim aquæ istæ ita sufficientes, vt & parua & magna animalia, quantum ex eis desiderauerint, hauriant. Doctrina quippe Apostolica, tam labubris, tamque vitalis, vt pro capacitate vrentium, neminem sui dimittat exortem: quia ius paruuli, siue magni, siue infirmi, siue fortes, habent in ea vnde alantur, vnde satientur.

Sent. est. 2.

Super illos volatilia cæli inhabitabunt: de medio petrarum dabunt vocem suam.

Sunt quedam volatilia, quæ non habitant nisi super montes: & horum nomine spirituales animæ significantur, aere libero, & cæli serenitate gaudentes: quibus tamen habitatio & pastus in montibus est; montes enim sunt Prophetæ, montes Apostoli, montes omnes Prædicatores veritatis, & sublimes quique Doctores, à quibus qui spiritualis est, non aberrat; sed in eis & cibum sumit & requiem. Tales ergo aues in montibus, in quibus habitant, inueniunt petras, firmamenta quedam præceptorum. Sicut enim vna illa petra Christus verbum Dei: sic multa verba Dei, multa petra: de quarum medio dant vocem suam, & illis sonantibus respondent & resulant petrae, cum disputationibus consonant testimonio Scripturarum.

1. Cor. 16.

Rigant montes de superioribus suis.

Montes isti, quicquid de conualibus suis aquarum fundunt, quicquid vocum de medio dant petrarum, desuper acceperunt, & diuinæ gratiæ sunt rigati, vt & aquis & vocibus abundent, quibus & sitientes implerent, & audientes delectarent, ea profertentes quæ vnicuique secundum mensuram capacitatis suæ congruerent.

De fructu operum tuorum satiabuntur terra:

Producens farinam iumentis, & herbas seruiunt hominibus.

1. Cor. 1. Nemo glorietur in operibus suis, quasi de proprio habeat quod habet: sed qui glorietur, in Domino gloriatur: quia non meritorum suorum, sed gratiæ fructus est vultu satiatur. Terra igitur iustificata, & supernis rigationibus fecundata, producit sœnum iumentis, & herbam seruitori hominum: vt agri dominici cultoribus semen verbi seminantibus necessaria præbentur: & qui Evangelium adnuntiant, de Euangelio viuunt. Perceptores enim spiritualium, debitores sunt carnalium, quæ sœni & herbæ nomine significata sunt. Nam quis unquam militat suis stipendiis? aut quis plantat vineam, & de fructu eius non edat? vel quis piscat gregem, & de lacte gregis non percipit? Præbenda ergo sunt pabula prædicentium seruituti. Quoniam prædicatores verbi, & iumenta & serui sunt. Et qui suscipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Qui suscipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui dederit calicem aquæ frigide vni ex his minimis, tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

1. Cor. 9. *Vt educat panem de terra: & vinum latificet cor hominis,*

1. Cor. 9. **Ioan. 6.** Terra sœnum producit vt panem de terra producat, plebes scilicet sanctæ piè seruientibus sibi seruiunt: & præbentes carnali accipiunt spiritualia à Prædicatoribus verbi Dei, qui est panis qui de cœlo descendit: per quos adhuc in terra ambulantes, & terrestrium corpus portantes (propter quod & ipsi terra dicuntur) calix præclarus & inebrians ministratur, vt bibentes Sancti Spiritus lactitiae repleantur.

Et exhibetur facies in oleo.

Gratia quædam, quæ est hominum ad homines, præcipua ad conciliandum sanctum amorem, oleum dicitur in nitore diuino, quo totum vngitur corpus Christi, qui principaliter vnctus & fons huius est olei.

Et panis cor hominis confirmat.

Ioan. 6. Manifestatur de quo pane loqueretur. Panis enim visibilis ventrem satiat, ita manichæ confirmat. Ille autem cibus cordis est & animæ fortitudo, de quo ipse Dominus dicit: *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit.*

Saturabuntur ligna campum.

De ista gratia saturabuntur ligna campum, id est, plebes Iudæorum.

Et cedri Libani, quas plantasti.

Satiabuntur hac gratia, non solum humiles huius mundi, sed etiam nobiles atque sublimes: qui propter excellentiam suam dicuntur credi: sed quas plantauit Dominus, qui et am de diuitibus & illustribus multos iustificauit.

Illic passeret nidificabunt: fulicæ domus dux est eorum.

1. Cor. 10. In istis cedris Libani, quas gratia Dei plantat & satiat, nidificabunt passeret, hi scilicet qui elegerunt humilitatem, & relictis quæ habebant, aut venditis, nihil sibi in hoc seculo reseruauerunt: sed diuitum Christianorum domibus agrisque suscepti, necessariis solatiis adiuuantur. Qui tamen licet in cedrorum altitudine requiescant, non ipsis cedris ducibus vtuntur: sed fulicæ domus dux est eorum. Domus autem fulicæ, quæ marina est auis, non est in terræ foraminibus, neque in ramis arborum; sed in petra, quæ aquis sit circumdata. Petra verò intelligitur Christus, qui exemplum patientiæ præbuit humilibus & passibus: quorum ipse est fortitudo, vt circumferentibus fluctibus non moueantur: & si quid in cedris Libani offenderit, fulicæ domum sequantur.

Montes Altissimi ceruus, prætra refugium erit.

Cerui sunt magni & præcipui spiritales, qui mandatorum Dei sublissima quæque sectantur, & in montibus habitant scripturarum. Sed & qui excelsa tenere non possunt, habent humilitatis suæ refugium: ac licet

sint minutis quibusdam peccatis hispidi & spinosi (quod significatum est ericorum nomine) tamen & ipsi suscipiuntur à petra, quæ sicut in montibus, sicut in mari, sicut in contatibus, omnium est vbique præfidium.

Fecit lunam in tempore.

Fundauit Dominus Ecclesiam, quæ per temporalia transit ad æterna; & quamuis ad claritatem destinata semper tem, mutationibus tamen, dum hic degit, obnoxia est.

Sol cognouit occasum suum.

Christus agnouit Passionem suam. Occasus Christi, passio Christi est. Sed nunquid sol sic occidit, vt non oriatur? Nunquid qui dormit, non adiciis vt resurgat? Quis est autem, Agnouit occasum suum, nisi placuit ei vt moreretur? Voluntate enim suscepit crucem & mortem; & sicut aliena sunt ab eius notitia, quæ ipsi non placenteria ea quæ voluntati ipsius congruunt, nouit atque cognoscit.

Posuisti tenebras, & facta est nox.

Cum palus esset Dominus, conturbata sunt tenebris formidinis corda Apostolorum: & quædam illic nota facta est, cum occisus est qui Redemptor omnium videbatur.

Ibi perierunt omnes bestia siluæ.

Caruli leonum rugientes vt raptant, quærentes à Lucæ 24.

Domino osecam sibi.

In hac nocte desperationis, & in his tenebris ignorantie infidabantur bestia siluæ, id est, maligni spiritus, & caruli leonum, hoc est, sauios quique demones, furentes ad rapiendos in escam suam, quos in tenebris infidelitatis inuenierunt. Quibus tamen nihil noxæ inferre possunt, nisi Deus permiserit: & ided ab ipso petunt rapiendi potestatem, cuius iudicio homo inimicus suis aut castigandus traditur, aut probandus.

Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Ortus est sol, quia occidit sol: id est, Christus mortuus surrexit, & vniuersum mundum claritatis suæ manifestatione impleuit; & quamuis in cordibus infidelium tenebræ persisterent, Ecclesia tamen toto orbe terrarum, cui sol ortus, in lumine est. Vnde illi spiritus, qui ad persequendos Christianos impiorum animos incitant, in tanta luce vbique receptæ veritatis æquie non audent, in sua cubilia congregati, intra infidelium corda cohibentur.

Exiit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam.

Quia modo in pace Ecclesiæ homo Dei, iustitiæ Dei seruicens, liberè agit, & ad profutura sibi opera securus egreditur vbique ad vesperam. In fine enim mundi erit quædam contencbratio persecutionis externa.

Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti.

Admiratio hæc quæ magnificentiâ stupet operum diuinorum, ad vtramque conditionem pertinet: id est, & mundi huius, & Ecclesiæ: quia temporalium pulchritudo gloriæ significat æternorum: & per visibilia, ea quæ non apparent, intellecta conspiciuntur. Omnia autem in sapientia fecisti, id est, in Christo facta sunt, qui est Dei virtus & Dei sapientia.

Repleta est terra creatura iua.

Late oculis apparet, & multipliciter spectabilis est pulchritudo mundana, quæ sapientiam & virtutem sui testatur Authoris. Sed illam magis creaturam debemus attendere, de qua dicit Apostolus: *Sis qua igitur in Christo noua creatura; vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.* Venit enim qui renouaret opus suum, qui constaret argentum suum: qui formatet monetam suam. Et videmus plenam terram Christianis in eum credentibus, & ad spem noui seculi, relicta præterita vanitate, currentibus.

Psal. 40.
Eccl. 53.

* Alias cubabuntur.

Rom. 1.
Hebr. 1.
& 2.
Coloss. 1.

1. Cor. 5.

Hoc mare magnum, & spatiosum: illic repentis, quorum non est numerus.

Licet ad nouum seculum noua creatura, pertineat, in hac tamen vita peregrinatur, & non potest ad patriam suam, nisi per hoc magnum & iniquum mare inter pericula nauigare: inuidiante innumerabilem repentium dolo, hoc est multarum tentationum incursum, à quibus cauendum est, ne dum repunt, subreptant, & non recedendum à ligno crucis, in quo hoc seculum mare sub Christi gubernaculis transeat.

Animalia pusilla & magna, illic naues commedunt.

In hoc mari sunt infideles, & inter quas amaras stercileque versantur pusilli & magni, id est, infirmi, & primares istius seculi: qui licet Christianæ religioni aduersentur: tamen inter ipsos tutus est nostrorum nauium commectus: hoc est, inter procellas & fluctus maris gubernante Christo Ecclesiarum tutus est cursus.

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.

In mari isto magno, ubi sunt repentina, quorum non est numerus, ubi animalia pusilla & magna, ubi etiam nostrarum nauium commectus: ibi est & draco, qui de fumis in ima dei cuius iudicio Dei, ad hoc ex angelo diabolus factus est, ut malitiæ & nequitia ipsius à Sanctis illaderetur. Qui etiam indefinenter habet nocendi cupiditatem, nemini tamen plus tentationum potest inferre, quam finitur.

Omnia à te expectant, Domine! ut des illis cibum in tempore opportuno.

Dante se, illi colligent.

Vniuersis repentibus animalibus, atque ipsi draconiconi non suppetit cibus, nisi quem Dominus dederit. Quamuis enim draco semper sit cupidus ad vorandum; vorare tamen non potest, nisi quod Deus iustus ciborum omnium distributor elui eius adixerit. Est autem esca ipsius terra. Non igitur edendus dabitur, qui terra non fuerit, hoc est, qui non se terrenis cupiditatis actibusque dedit.

Aperiente te manum tuam, vniuersa replebuntur bonitate.

Auertente autem te faciem tuam, turbabuntur.

Aperio manus Dei, reuelatio est Christi: manus enim Domini, Christus est, & brachium Domini cui reuelatum est: quod cui reuelatur, illi aperitur; & cui aperitur, bonitate impletur. Utque hanc bonitatem desuper accepisse se noerit, nonnunquam Dominus auertit faciem suam: & qui videbatur plenus bonitate, turbatur: ut per subitam inopiam intelligat illam boni abundantiam non sibi fuisse de proprio.

Auferes Spiritus eorum, & deficient: & in puluerem suum reuertentur.

Qui in se gloriabantur, docentur detumescere: auferuntur ab eis spiritus superbiae, ut conuertantur in puluerem suum agnoscentes quod terra sint, & penitentes quod superberint, ut rursus bonitate replentur.

Emitte Spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terra.

Ipsius enim suum signum, dicit Apostolus, creati in operibus bonis que preparauit Deus, ut in illis ambulemus. Ab Spiritu Dei accipimus gratiam, ut iustitiæ viuamus. Deus enim iustificat impium, & renouat faciem terræ, condens in toto mundo nouam creaturam per Spiritum gratiæ, ut deposito vetere homine, in nouitate vitæ ambulemus.

Sit gloria Domini in aeternum: latabitur Dominus in operibus suis.

Deo ergo sit gloria, Deus letetur in operibus suis: quia si quid laudandum, si quid letandum ab homine agitur, opus Dei est, & munus gratiæ eius, qui auferit spiritum superbum, & dat Spiritum sanctum.

Qui afficit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigabunt.

Hæc opera Dei conuertentis auersos, ut aspiciat ad

terram præsentem sibi, ac de suis viribus præsumentem, & facit eam tremere, & hanc sibi esse causam tremoris agnoscat: quia Deus in ipso operatur ut bona fir, quo se auertente defecerat. Eodem autem operetanguntur & montes, id est, sublimiores quidam, & potentiores homines: & fumigabunt, id est, dabunt Deo confessionem, & preces ipsorum ad Deum, qui illos tergit, quasi fumus ascendit.

Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo, quandoiu sum.

Omnia, inquit, ad laudem Dei referam, & Dominum in omnibus operibus suis sine fine laudabo.

Suaui sit ei disputatio mea; ego autem iocundabor in Domino.

Suaui est Domino disputatio illius, qui per humilem confessionem se indicat scienti Deo, & cui se indicat nescienti Deus. De hac autem tali disputatione oritur delectatio: quia confessio non in se gloriantis, in agnitionem Dei proficit.

Deficient peccatores à terra, & insipientia ue non sint.

Itacundie & odij videretur esse vox ista; sed est præcipue charitatis: hoc enim ait quod & supra, ve adferatur spiritus superborum, & deficient: & mittitur in illos spiritus Dei, ut fiat noua creatura, deficiente malitiâ, non perueniente substantiâ. Qui enim, cum esset iustus, iustifatus est, non erit impius, sed erit iustus.

Benedic anima mea Dominum.

Benedic anima fidelis in omnibus Deo, & qui gloriatur, in Domino gloriatur.

1. Cor. 1.

PSALMVS CIV.

Primus hic Psalmus prænotatur Alleluia: quod est, laudate Dominum, ideo à laude ceepit.

Confitemini Domino, & innocate nomen eius.

Laudate, inquit, Dominum, & inuocate: semper enim inuocationem debet præire laudatio, quæ hic dicta confessio est.

Adnuentate in gentibus opera eius.

Euangelistis hoc dicitur in Propheta, ut vniuerso mundo Christo adnuentetur.

Cantate ei, & psallite ei.

Hoc est, verbo & opere predicare: quoniam ore canitur, manibus autem psallitur.

Narrate omnia mirabilia eius.

Laudantis in nomine sancto eius.

Opera, inquit, Dei confitendo narrate: & in operibus vestris sic estote laudabiles, ut Deus laudetur in vobis.

Letetur cor quærentium Dominum.

Querite Dominum, & confirmamini:

Dominum quærens, gaudium quærit: si ergo quærat, ut non de se, sed de Deo gaudeat & confortetur. Sent. est 9. Accedens enim ad Dominum & illuminabitur ignorantia, & corroborabitur infirmitas: data sibi & intelligentiâ quæ videat, & charitate quæ feruet.

Quæritio faciem eius semper.

Facies pro præsentia ponitur, sicut facies venti, & facies ignis. Præsentia ergo Dei semper quærenda est: & perleueranti studio agendum, ut qui præsentem se trahit, non recedat. Hoc autem in ista vita fides quærit, spes inuenit, charitas verò obtinet in vita æterna, ubi amor veræ præsentis nec minuitur, nec finitur.

Memento mirabilium eius qua fecit, prodigia eius & iudicia oris eius.

Semen Abraham serui eius filij Iacob electi sunt.

Quia multum est, paucisque possibile est, secundum id semper Deum quærete, quod ipse de se ait. Ego sum qui sum: secundum id saltem à paruulis est quærendus, quod ipse ait: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternum.

Memento ergo mirabilium eius qua facit, qui semen estis Abraham.

Exod. 1.

165,

Ephes. 2.

Abraha; & filij eius Jacob, quem elegit Deus; vt si altius Deum non potestis desiderare, vel secundum ea que cum patribus vestris operatus est, presentiam ipsius expectatis.

Ipsę Dominus Deus noster; in omni terra iudicia eius.

Rom. 9.

Manifestauit, quod hi essent filij Abraham, qui essent filij promissionis, dicendo: In omni terra iudicia eius; quia in toto mundo fuerant filij Abrahę, quos nunc tenent propheticus cohortatur, vt meminerint mirabilium Dei.

Memor fuit in seculum testamenti sui; verbi quod mandauit in mille generationes.

Quod dispõsui Abraham: & iuramenti sui ad Isaac. Est autem illud Jacob in præceptum, Israël in testamentum æternum.

Dicens, Tibi dabo terram Chanaan, finisculum hereditatis vestre.

Per ea quę transierunt, significantur ea quę manebunt; & per imaginem veteris testamenti, confirmata est promissio hereditatis æternę, per verbum quod mandauit Deus in mille generationes; hoc est, in omnes: Nam vt nihil vacui prætermittitur, cum numerum posuit generationum, quem constat nec ab ipso Adam vsque ad finem mundi posse compleri, donec omnes generaciones finiantur, quę ex abundantia millennario numero comprehensę sunt. Verbum mandati permanet: id est, verbum fidei, cui promissa est hereditas æterna. Quod enim ait, *Tibi dabo terram Chanaan, non mandatum est, sed promissum.* Mandatum autem est, vt iustus ex fide viuatur, cui patria æterna promittitur nomine cuiusdam terre, cuius dum non est perpetua possessio, certum est quia alia significatur.

Cum essent numero breues passissimi & incolę in ea, Id est, in terra Chanaan.

Transferunt de gente in gentem, de regno in populum alterum.

Non reliquit hominem nocere illis, & corripuit pro eis Reges.

Nolite tangere Christos meos, & in prophetiis meis nolite malignari.

Quando, inquit, in terra Chanaan habitauerunt patres Abraham, & Isaac, & Jacob, peregrini erant illic priusquam illam acciperent in hereditatem; cum essent paucissimi, transierunt de gente in gentem sine noxa. Non enim permisit Deus, vt quisquam illis noceret; ita vt ipsa protectio Dei dicere videretur: *Nolite tangere Christos meos, & cetera.* Quę verba etsi non sunt in historia, fuerunt tamen in ipso rerum effectu: cum diuinius hoc ageretur in cordibus alienigenarum, vt electi Dei essent illarum. Qui ideo iam tunc Christi dicti sunt, cum adhuc in vsu christiana non esset, quia & ipsi in ea viuabant fide, quę erat nouissimis temporibus reuelanda. Ab initio enim omnibus Sanctis non nisi in Christo iustificatio fuit.

Et vocauit famam super terram, & omne firmamentum panis contriuit.

Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph.

Per hanc dispositionem factum est vt transierent de gente in gentem & de regno in populum alterum. Quod autem vocauit famem, non sic accipiendum, quasi fames aliqua persona sit, vel res substantialis & viuens, quę imperio vocantis acta sit, cum fames nihil aliud sit quam ex inedia contracta perniciēs; sed vocata, dictum est, pro facta. *Vocat enim Deus quę non sunt, tanquam quę sunt:* quę non ideo vocata sunt, quia erant, sed ideo erant quia vocata sunt: id est, existere iussa sunt per eum qui fecit quę futura sunt. In eo verò, quod misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph: diligens inspectio necessaria est, quã videamus, quomodo malis operibus hominum bene vtatur: cum homines bona opera Dei ad instrumentum malitię suę transferant.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertranxerunt animam eius.

Donec veniret verbum eius, eloquium Domini inflammauit eum.

Compedes quidem Ioseph accepisse non legimus, sed dubitandum non est de eo, quod licet historia prætermiserit, tamen propheta non tacuit. In fetto autem, quod pertranxerunt animam eius dixit, tribulationem durę necessitatis debemus accipere: quę tribulatio tam diu mansit, donec impleverentur somnia quę verbo ipsius fuerant interpretata, & per quę commendatus est Regi, vt etiam ipsi futura prædicaret. Ne quis autem hæc homini tribueret, non gratiæ Dei, congruenter adiectum est: *Eloquium Domini inflammauit eum, vt etiam ipse intelligatur Sancto Spiritu feruisse.*

Misit Rex & soluit eum, Princeps populorum & dimisit eum.

Ipsę est Rex, qui princeps populorum, soluit eum compeditum, dimisit inclulum.

Constituit eum dominum domus suę, & principem omnis possessionis suę.

Vt erudiret Principes sicut semetipsum: & seniores eius prudentiam doceret.

Ne hoc quidem in illa sublimitate Ioseph historia refert, quod Ægyptios senes sapientiã imbuerit spiritali. Sed qui fieri posset vt vir tantus, vnus veri Dei cultor alendis tantummodò Ægyptiorum corporibus & solis terrenis rebus prospiciendis esset intentus, non autem curaret vt eorum quos habebat subditos, etiam animos erudiret?

Ei intravit Israël in Ægyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.

Quod est Israël, hoc est Iacob: & quod est Ægyptus, hoc terra Cham. De femine enim Cham filij Noë, exorta est gens Ægyptiorum: apud quos peregrinati sunt Israëlita. Si autem quæratur, quomodo de regno in populum alterum transiit dicantur, cum terram Chanaan necdum in regnum accepissent; potest per anticipationem, id est, prolepsin, sic dictum accipi, vt quod futurum erat, quasi factum dictum sit.

Ei auxit populum suum vehementer, & firmavit eum super inimicos eius.

Quod breuiter præmissum est. Firmanit populum suum super inimicos eius: tanquam quæreremus, quomodo factum sit, incipit dicere, donec id etiam narando determinet.

Ei conuertit cor eorum, vt odissent populum suum: ut dolum facerent in seruos eius.

Cor Ægyptiorum non Deo deprauauit a recto; sed cum sponte mali essent, & tales vt possent inuidere felicibus, in odium illos Hebræorum conuertit beneficentia sua, quã populum suum multiplicabat: beneficiendo autem suis Ægyptios ad eorum inimicitias incitauit: non ipsos malos faciendo, sed istis bonis, quę malos vrerent, largiendo.

Misit Moysen seruum suum, & Aaron, & quem elegit ipsum.

Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.

Multa sine vllis verbis facta sunt, vel virga, vel manu extenta, vel fauilla in cælum missa: sed quia illa ipsa sine verbo facta sunt, non erant ab aliquibus significacionibus vacua, sicut verba quę loquitur. Ideo etiam ipsa dicta sunt verba, non vocum & sonorum, sed signorum & prodigiorum.

Misit teneros, & obsecrauit: & non exacerbauerunt sermones eius.

Id est, Moysen & Aaron Ægyptij, quamuis essent durissimi, patienter tulerunt, donec omnia quę Deus facere disposuerat, complerentur.

Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.

Dedit

Gen. 1.
Abac. 2.
Rom. 1.
Heb. 11.
Heb. 13.

Dedit terra eorum ranas in penetrabilibus regum ipsorum.

Hyperbolicè dictum est, tanquam ipsam terram eorum conuertisset in ranas.

Dixit, & venit cynthia, & cinsiphe in omnibus finibus eorum.

Si quaeritur quando dixerit: in verbo eius erat antequàm fieret; & sine tempore ibi erat, quo tempore fieret.

Posuit pluvias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.

Hoc vi grandinis, & fulminibus factum est. Vnde & ignem dixerunt comburentem.

Dixit, & venit locusta & bruchus, cuius non erat numerus.

Vna plaga est locustarum, & bruchi: quoniam altera est parces, altera fectos.

Et contitit omne fœnum terra eorum.

Etiam fœnum fructus est, sicut loquitur Scriptura consuevit, quæ etiam fegetes frugum fœnum appellat.

Et percussit omnem primogenitum in terra eorum: primum as omnis laboris eorum.

Hæc plaga nouissima est, exceptâ morte in mari rubro: quæ plaga cum sint decem, nec omnes commemoratæ sunt, nec eodem ordine quo in Moyse leguntur: libera est enim propheticæ laudatio à lege narrationis historiciæ.

Et eduxit eos in argento & auro.

Exd. 11. Dolus quidem, quo Ægyptij decepti sunt, ut argentum & aurum Hebræis dilcedentibus darent, non ad præceptum, nec ad inspirationem Dei referendus est; sed ad promissionem tantum, qua canales quoque hæc decipi cupiditate pateteret. Verumtamen habeat aliquid fraus iustitiæ, quæ ab iniquis hoc quodammodo abitulit, quod pro mercede multorum operum debeatur.

Et non est in tribubus eorum infirmus.

Etiam hoc magnum beneficium Dei fuit, ut in illa profectioe nullus esset infirmus, corpore scilicet, non animo.

Latata est Ægyptus in profectioe eorum: quia incubuit timor eorum super eos.

Intelligendum, quòd hoc tunc factum sit, quando oppressio aquis Pharaone cum exercitu suo residui Ægyptiorum timere potuerunt, et ad delendos eodem Hebræi reuertentur: in quibus profectis in longinquiora, causas habuerunt letandi.

Expandit nubem in protectione eorum: & ignem, ut luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit cornix.

Quæ vique caro est, quæ petito non querulorum, sed electorum prælitata est, ad carnalium munera comprimenda, Quorum hic Psalmus non de eis loquitur, in quibus non est beneplacitum Deo; sed de fide filiorum promissionis, propter quos etiam illi iuuabantur.

Et pane calis saturauit eos.

Id est, manna.

Disrupit petram & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco fluminina.

His omnibus beneficiis Dei, fidei Abrahamæ meritum commendatur.

Quoniam memor fuit verbi facti sui, quod locutus est ad Abraham puerum suum.

Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum possederunt.

Tanquam quaereremus cui bona ista data sint nec hoc ipsum patere sumum bonum, quod ista fecerit temporalium rerum data est, continuo eam ad

aliud retulit, vbi summum bonum oportet inquiri.

Ut custodiant iustificaciones eius: & legem eius requirant.

Ergo intelligendum est, Dei seruos, & electos filios promissionis, imitantes fidem Abraham, propter ista bona terrena sumere à Domino, ut non in eis lux diffluant, siue pueria fecunditate torpescant: sed idè habeant hæc omnia ex diuina misericordia præparata, in quibus quaerendis possent negotiosissimis laboribus occupari: ut ad hoc vacent, vnde bonum æternum possit acquiri: hoc est, ut custodiant iustificaciones eius, & legem eius requirant.

PSALMVS CV. ALLELVIA.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Dvoisti Psalmi ci v. & cv. ita inter se coniuncti sunt, ut in vno eorum, qui præcedit, commendetur populus Dei in electis eius, de quibus nulla querela est, & in quibus beneplacitum est Domino: in isto autem qui sequitur, hic commemoratur, qui in eodem populo amaricauerunt. Nec tamen etiam ipsis misericordia Dei desunt. Dicuntur autem ista ex eorum persona, qui veniam conuersi precantur: & exempla commoantur illorum, in quos etiam peccatores diues apparuit misericordia Dei. Incipit ergo iste Psalmus, sicut ille, *Confitemini Domino*, sed ibi loquitur, *Et inuocate nomen eius*: hic autem; *Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius*. Confessio igitur peccatorum habet laudationem Dei, quoniam qui indulgentiam petit, cum spe debet orare, & cum laude eius misericordiam quam credit æternam.

Qui loquetur potentias Domini: audias faciet omnes laudes eius?

Quis enarrabit opera omnipotentis misericordiam Dei, vel poterit facere vt omnes laudes ipsius audiantur; quia quod ore promittit, & quod opere agitur, in laudem Dei dicendum est, atque faciendum.

Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

Iustitiæ & iudicium similia sibi sunt atque vicina, ut quodlibet eorum pro altero poni possit, verumtamen si proprietas eorum diligentius seruanda sit, iudicium custodire dicendus est, qui recte iudicat: iustitiam verò facere, qui recte agit.

Memento nostri, Domine: in beneplacito populi tui. 1. Cor. 10.

Id est, vt in eis simus, in quibus beneplacitum est tibi: quia non in omnibus illis beneplacitum est Deo.

Visita nos in salutari tuo.

Hoc est, in Christo tuo, in quo peccata dimittentur, & animæ sanantur, vt custodiant iudicium, faciantque iustitiam.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad latandam in lætitia gentium tuæ.

Visita nos, inquit, ad videndum; id est, illumina nos, ne simus cæci, & extrâ bonitatem electorum tuorum. Quoniam oculi interiores recta vident, æquitatem vident, boni occupantur. In hac ergo bonitate fac & nos videre, & lætari in læticia populi tui, que non est præter te: quia omnes tui non gaudent nisi de te.

Vi læderis cum hereditate tuæ.

Id est, vt omnia bona hereditatis tuæ, quam elegisti & adoptasti, ad tuam gloriam laudem que referantur. Quia quos visitas in salutari tuo, laudari nisi in tua laude non possunt. qui eos laudabiles facis.

Peccauimus cum patribus nostris, iniustitiam egimus, iniustitiam fecimus.

Dupliciter intelligi potest quòd peccauerint posteritatem cum patribus suis, tantò antiquioribus, siue quia 4 lambis patrum erant, quando illi in Ægypto transfugerunt: quia & Leui cum Abraham decimatus est, sic quia imitatores fuerunt per similitudinem conuincit, & cum

cum illis peccauerunt, quos suis moribus reterunt.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia sua; non fuerunt memores multitudinis misericordiae suae.

Et intellectum tedarguit, & memoriam; intellectu quippe videre debuerunt, ad quorum bonorum aeternitatem, per illa temporalia vocarentur. Memoria verò ad hoc saltem instrui debuerunt, ut mirabilia Dei non obliuiscerentur: cum ad confirmationem eorum multum posset valere beneficiorum Dei fidelis recordatio.

Et irritauerunt ascendentes in mare, in mare rubrum.

Ascendentes, dictum est pro terrae positione: quæ talis est, ut descensio dicatur in Aegypto de terra Chanaan, & in eam de Aegypto ascensio.

Et saluauit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam.

Et increpuit mare rubrum, & siccatum est.

Non legitur vlla vox facta, qua siccaretur mare; potentia ergo qua id factum est, increpato dicta est.

Et eduxit eos in abyssis, sicut in deserto.

Quia siccitate factum erat sicut desertum, vbi fuerunt abyssi.

Et saluauit eos de manu edentium; & redemit eos de manu inimici.

Quid pretij datum est in hac redemptione? an prophetia est, quod in figura baptismi hoc factum sit, vbi redimuntur de manu diaboli magno pretio, quod est sanguis Christi? Vnde conuenienter hoc magis mari rubro figuratum est.

Et operuit aqua tribulantes eos; unus ex eis non remansit.

Et crediderunt in verbis eius; & laudauerunt laudem eius.

Talis locutio est, cum dicitur, hanc seruitutem seruiuit, aut, talem vitam vixit. Laudem vero Dei illam dixit, quæ cantico Exodi continetur.

Cito defecerunt, oblitii sunt operum eius; non sustinuerunt consilium eius.

Festinauerunt beati fieri temporalibus rebus, & magis concupierunt presentia, quam futura; cum debuerint de tantis erga se beneficiis intelligere, quod ad aliquam sine fine beatitudinem vocarentur.

Concupierunt concupiscentias in deserto, & tentauerunt Dominum in iniquitate.

Talis locutio est. Concupierunt concupiscentiam, qualis est superior, Laudauerunt laudem.

Et dedit eis petitiones eorum; & misit securitatem in animam eorum.

Animam hoc loco, non secundum quod rationalis est, dixit; sed secundum id quod animatum corpus anima facit: ad cuius animalis sustentationem pertinet cibus & potus.

Et irritauerunt Moysen in Castris, & Aaron sanctum Domini.

Et aperta est terra, & deglutit Dathan; & operuit super congregationem Abiron.

Quod est deglutit, hoc est, superoperuit: amborum autem vna erat causa, ob impium schisma.

Et exarsit ignis in synagoga eorum; & flamma combussit peccatores.

Licet iusti quoque & laudabiliter viuentes, non sint absque peccato: Scriptura tamen peccatores non leuium culpam homines, sed multorum facinorum, & profundæ iniquitatis, hoc nomine appellare consuevit.

Et fecerunt vitulum in Choreb; & adorauerunt sculptile.

Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum.

Deus erat gloria eorum, si eius consilium sustinerent; cui dicitur, *Gloria mea, & exaltans caput meum*

Itam gloriam suam, id est, Domini, immutauerunt in similitudinem vituli comedentis fenum, ut ab eo comederentur, à quo comeduntur qui sapiunt secundum carnem. *Omnis enim caro fenum.*

Oblitii sunt Deum, qui liberauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.

Quæ sunt mirabilia, eadem terribilia. Nulla quippe est admiratio sine quadam formidine.

Et dixit disperdere eos, si non Moyses electus eius stisset in contrafectione, in conspectu eius.

Non ita dixit. In contrafectione, quasi ut frangeret iram Dei: sed in plaga, qua erant illi contentendi: in qua Moyses obiecit seipsum pro eis. Et demonstratum est, quantum pro malis valeat apud Dominum Sanctorum intercessio.

Ut auerteret iram eius, ne disperderet eos: & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, nec crediderunt verbis eius.

Nullo modo isti culpauerunt, quia pro nihilo habuerunt terram, cuius temporale regnum etiam non pro nihilo habere debemus; nisi terra illa, quæ dicebatur fluens lac & mel, magni sacramenti habuisset significationem, quod non intelligentes nec desiderantes; sed in terrenis tantum felicitatem suam constituentes, non crediderunt verbis Dei: & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem: id est, æternam atque cœlestem.

Et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.

Et eleuauit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto.

Et dixerunt semen eorum in nationibus: & disperderet eos in gentibus.

Et consecrati sunt Belphegor: & mandauerunt sacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eum ad inuentionibus suis; & multiplicata est in eis ruina.

Suspensa fuerat ira iustitiæ, & in peccatores dilata vindicta: sed posteaquam consecrauerunt se idolis, & mandauerunt sacrificia mortuorum, id est, quæ mortuis hominibus immolabant; fornicationi quoque alienigenarum mulierum miscuerunt, multiplicata est in eis ruina, ut ob augmentum criminum grauius vastarentur: in qua vastatione Dominum Phinees sacerdos placauit: quia masculum & feminam in complexu adulterino deprehensos, patiter interemit: & deputatum est hoc ei ad iustitiam: quia vidit Dominus, quod hoc totius populi charitate fecisset.

Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.

Et reputatum est ei ad iustitiam in generatione & generationem, usque in sempiternum.

Et irritauerunt eum ad aquam contradictionis, & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius; & distinxit in labiis suis.

Sanctus Moyses perturbatus murmure populi, non tenuit fiduciam qualem debuit, & dubitanter petram virgâ percussit, distinguens hoc miraculum à cæteris quasi non posset qui cætera fecerat, etiam istud efficere. Hinc ergo metuat prior mori, quam terram reprobissionis intraret. Cui tamen Deus tantam electio suo, etiam post mortem, bonum perhibet testimonium; ut intelligamus, eum huius tantum hæreditatis priuatione multatum: non autem illius æternæ, quam significabat temporalis & terrena possessio.

Non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.

Commixti sunt cum gentibus; & didicerunt opera eorum, & seruerunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.

Illud, quod gentes non disperdiderunt, & quod eis permixti sunt, factum est illis in scandalum.

Et immolauerunt filios suos & filias suas demoniis.

Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculpilibus Chanaan.

Historia quidem talium sacrificiorum non meminit; sed nemo dubitet psalmum vera narrare.

Et interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum.

Tropica locutio est, qua significatur per id quod continet, id quod continetur: sicut dicimus, malam domum, in qua mali habitant: & bonam, in qua boni. Interfecta ergo terra in sanguinibus, cum ipsi, qui eam habitant, interfecti sunt in animam, & contaminati in operibus suis.

Et fornicati sunt in adinventionibus suis.

Non sic dictæ sunt adinventiones ipsorum, quasi ab ipsis repertæ, nullo præcedente, quod sequerentur, exemplo: sed in eo dictæ sunt ipsorum, quia illas suas imitando fecerunt.

Et iratus est furore Dominus in populum suum.

Perturbatio iræ in Deum non cadit: sed in confusione loquendi: potentia vindictæ indeclinabilis hoc vocatur.

Et abominatus est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manu gentium; & dominati sunt eorum qui odierunt eos.

Et tribulaverunt eos inimici eorum: humiliati sunt sub manibus eorum.

Quando eos hereditatem Dei vocat, non ad perditionem, sed ad disciplinam hæc abominatio fuit.

Sæpe liberauit eos: ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo.

Petriciosum consilium est hominis ipsi homini, quæ quærit quæ sua sunt, non quæ Dei: & idè exacerbat consilium Dei, qui seipsum suis promittit hereditatem, ut non temporalibus beati fieri cupiant, sed æternis.

Et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularemur, cum audi et orationem eorum:

Et memor fuit testamenti sui: & pœnitit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.

Pœnituit, dictum est, quia sententiam, quæ eos puniturus videbatur, in misericordiam vertit: quod Deus sine commutatione consilij sui facit. Quia etsi apud nos quædam ipsius iudicia & opera variantur: apud ipsum tamen, omnium rerum exitus præsentem, nihil noua dispositione agitur, qui fecit quæ futura sunt. Cum ergo pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ, hoc fecit, quod disposuerat, vt concederet, quod se concessurum esse præserat.

Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.

Bene hoc ad omnes filios promissionis refertur, qui redimuntur per sanguinem, & eruntur de potestate tenebrarum, vt respiciant de diaboli laqueis; à quo captiuati tenentur ad ipsius voluntatem.

Saluos fac nos Dominus Deus noster: & congrega nos de nationibus.

Vt confiteamur nomini sancto tuo: & glorietur in laude tua.

Benedictus dominus Deus Israël, à seculo, & vsque in seculum.

Id est, ab æterno vsque in æternum: quia sine fine laudabitur ab eis, de quibus dicitur, *Beati qui habitant in domo tua, Domine! in seculo seculorum laudabunt te.* Tunc enim perierit quod in primordio Psalmi huius oratum est, *Memento nostri Domine! in beneficio populi tui; visita nos in salutari tuo.* Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hereditate tua. Non enim de gentibus solas congregaciones, quæ perierunt domus Israël; sed etiam illas, quæ non sunt de hoc ouili, vt

sit vnus grex, vt dictum est, & vnus pastor? Iudæi vero computat ad suum regnum visibile istam pœtinere prophetiam: quia spe inuisibilem bonorum gaudere non norunt, in laqueos illius ruituri sunt, de quo Dominus ait, *Ego veni in nomine Patris, & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, hunc suscipietis.*

Et dicit omnis populus:

Id est, omnes electi prædestinatorum, omnes filij promissionis, qui sunt ex circumcissione, & in præputio gens sancta, populus adoptionis.

Fiat, fiat.

PSALMVS CVI.

Confitemini Domino quoniam suauis est; quoniam in seculum misericordiæ eius.

Confiteri potest suauitatem Domini, qui gustauit: Nam quomodo dicit suauis esse, quod nescit? Accedat ergo ad gustandum, vt possit ructare ad confidendum. In seculum autem, id est, in æternum, est misericordiæ eius: quia æterni erunt, quorum in hoc tempore miseretur.

Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimicorum, de regionibus congregauit eos.

Ab oriente & occasu, ab aquilone & mari.

Redemptus quidem videtur Israël de terra Egypti, de domo seruitutis: sed hic hi vocantur redempti, qui in toto orbe terrarum, de magna & lata Egypto, quasi per mare rubrum, baptismum sacratum Christi sanguine liberantur. Dicant ergo Christiani, qui vocati sunt de vniuerso mundo, quoniam suauis Dominus, & in seculum misericordiæ eius.

Errauerunt in solitudine, & in siccitate viam ciuitatis habitations non inuenerunt.

Esuriens & sitiens, anima eorum in ipsis desecit.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et duxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitations.

Confiteantur Domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum.

Quater in hoc Psalmo repetuntur hi versus; & misericordiam Domini toties facta confessio significat vnumquemque redemptum, vt perueniat ad perfectam pacem, à quatuor tentationum periculis liberari: Nam primum periculum est, deum à veritate hominem, in ignorantia solitudine atque errore versari, & carentem cibo potuque sapientia, fame, litere deficere. Sed cum hoc labore fatigatus exclamauerit ad Dominum, deducitur ad viam fidei, per quam incipiat pergere ad ciuitatem quietis, & confiteatur Domino misericordias eius, mirabilia eius filiis hominum.

Quoniam satiatis animam inaniem; & animam esuriens implens hominis.

Sedentes in tenebris & in umbra mortis: compeditos in mendacitate, & in ferro.

Quoniam exacerbauerunt eloquia Dei, & consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret eos.

Sicut prima tentatio fuit erroris & famis in ignorantia veritatis; ita postea quæ agnouerit viam Christi, & nosse cœperit quid sibi credendum, quid ve faciendum sit, laboribus secundæ tentationis excipitur, vt cum vult quasi viribus suis contra peccata constringere, inueniat cupiditatum difficultatis præpeditum, & non posse viam quam didicit, propter compedes ambulare. Exclamat ergo & in hac tribulatione, & de gratia Dei poscat auxilium, vt rupis vinculis impossibilitatis suæ, ad rectè agendum accipiat facultatem, quam vtique posset Dominus, remotis obstaculis, sponte præuenire, nisi vult esset homini, experiri infirmitatem suam; & de bonis operibus, non in se, sed in Domino gloriari, vt nouerit confiteri Domino misericordiam eius.

1 Tim. 3.

Ioan. 10.

tiones eius, cuius munera accipit, vt cupiditates suas possit euenire.

Et clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum saluauit eos.

Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum dirupit.

Confiteantur Domino misericordia eius, & mirabilia eius filiis hominum.

Quia contriuit portas areas, & velles ferreo confregit.

Suscipit eos de via iniquitatis eorum, propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Rom. 10.

Quia priuquam a dominatione peccati per gratiam liberentur, suam volebant iustitiam constituere, ignorantes Dei iustitiam; humiliati ergo sunt per experientia impossibilitatis suae, & inuenientur se sine Dei adiutorio nihil posse. Sed tertia ex tentatio suscipit, quae infert fastidium verbi Dei; plerumque enim, quos ignorantia & concupiscentia non extinxit, inedia & tedium, & fastidij languor occidit; nisi forte non est periculum, quando nec in lectione, nec in oratione est delectatio.

Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis.

Sent. est 10.

Sicut corpori noxium est coporalem escam non posse percipere; ita animae periculosum, spiritualis delicias fastidire.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de corruptela eorum.

Quaedam mentis corruptela est, cum salubria & sua-ua non amantur; ergo & de hoc liberati malo, plurimum bonum est.

Confiteantur Domino miserationes eius, & mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis; & adnuntient opera eius in exultatione.

Non cum tædio, non cum mœnore, non cum anxietate, sed in exultatione. Verum superest quarta tentatio & quæ ad prædentes, & ad subditos pertinet; quoniam cum gubernator tempestate vegetor, omnes qui simul nauigant, eodem periculo premuntur, & simul in portu sedata tempestate saluantur. Denique sequitur;

Qui descendunt in mari in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.

Quorum ergo opera est vt populos regant, hi de profundo cordis humani tempestates seditionum & disensionum frequenter exortas, quæ nauem possint perturbare, pariuntur, & agnoscunt idèd Deum sinere vt hæc fiant, vt probati manifestiores sint, & vt ipse in pressuris à Fidelibus inuocetur.

1. Cor. 11.

Dixit, & stetit spiritus procellæ?

Id est permansit & perdurauit, vt turbati uehementius supplicarent.

Et exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt usque ad celos, & descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt & moti sicut ebrius: & omnis sapientia eorum exorta est.

Qui sedent ad gubernacula, & nauem fideliter amant, vim huius perturbationis agnoscunt. Quoniam plerumque talibus scandalis exagitatur Ecclesia, vt prædientium corda deficiant. Et quid restat, nisi quod sequitur?

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur; & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Et imperauit procellæ, & stetit in auanti? & pluerunt fluctus eius.

Et latati sunt quoniam siluerunt, & deduxit eos in portum voluminis eorum.

Confiteantur Domino miserationes eius & mirabilia eius filiis hominum.

Vbiq; omnino confiteantur Domino, non merita nostra, non vires nostræ, non sapientia nostra; sed miserationes eius: ille ametur in omni nostra liberatione, qui est inuocatus in omni tribulatione.

Exalient enim in ecclesijs populi; & in cathedra seniorum laudent eum.

Iam ergo dubium non est, quod omnes supradictæ tentationes, tribulationes, liberationes, in Ecclesia agantur, quid ergo in hæc Ecclesia operatus est Dominus, nisi vt superbis resisteret, humilibus autem daret gratiam? qui Iudæos excellentes se de genere Abraham, & de legis eloquijs, spreuit; & amputatis naturalibus ramis, oleastum oleæ inieuit, & de omnibus genibus Abraham, spiritale semen elegit?

Iac. 4.

1. Pet. 5.

Rom. 11.

Posuit fluuina in deserto: & exiit aquarum in sitim.
Terram fructiferam in salsitas, & in malis inhabitantium in ea.

Propter hæc superba malitia Iudæos deseruit gratia, & facta est terra eorum sterilis atque deserta; quia omnis propheta, omne sacrificium, omnia ibi sacramenta cessarunt, & ad humilitatem gentium transferuntur.

Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exiit aquarum.

Et habitare fecit illic esurientes.

Opera gratiæ narrantur, quæ effusa est in nationes immanudas prius, atque desertas, & à cultu veritatis alienas.

Rom. 10.

Et constituerunt ciuitatem habitationis.

Quoniam ecclesiam Hierusalem iam sponte obtinet, qui hinc iustificatus est.

Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum frumenti.

De quo gaudet ille operarius, qui dicit, Non quia quæro datum, sed requiro fructum.

Phillip. 4.

Et benedixit eos, & multiplicati sunt nimis: &umenta eorum non sunt diminuta.

Iumenta & pecora dicuntur in Ecclesia, simpliciter ambulantia, sed vilia: non multum docta, sed fide plena. Ergo & spiritales & carnales benedixit Deus, & multiplicauit, ita vt non minuerentur.

Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolorum.

Ecclesia Catholica in electis suis, præcognitis à Deo, filijs promissionis, membris corporis Christi, non minuitur, nec ad paucitatem redigitur: quia ipsi verè sunt; aut cum lapsi fuerint, reparantur ac permanet: & semper multi sunt, quia de numero eorum nihil perit. Qui ergo in hanc soliditatem æternæ multitudinis, aut non introierant, aut cum viderentur introisse, ab eadem recesserunt, ipsi pauci facti sunt: quia ab illa, quæ permanet, multipli vnitate diuisi sunt. Nunquam enim multi sunt, qui ad non esse tendunt. Et quid tam obnoxium paucitati, quam quod est debitu perditionis?

Sent. est 11.

Effusus contemptus est super principes.

Hæretici & Schismatici ab Ecclesia reprobat: & idèd magis contempti, quia principes esse voluerunt.

Et seduxit eos in iniuriis, & non in via.

Illi qui ad ciuitatem habitatorum tendebant, directi sunt & deducti: isti autem ciuitatem sanctam, id est, Ecclesiam Catholicam deserentes, per erroris sui iniuriam abire permisi sunt, & suæ sunt traditi voluntati. Deus enim non deceptionis malignitates educit, sed iudicij veritate discernit.

Et adiuuit pauperem de mendicatione.

Pauper & mendicis est ille, qui nihil sibi tribuit; sed totum de misericordia Christi expectat, ante dominicam ianuam quotidie clamans, & pulsans, vt ei apertiat, & vt eius nuditas vestiatur.

*Et posuit sicut oues *familias.*

* patriam!

Hunc

Hunc quasi vnum pauperem, & vnum mendicum adiuit Deus, eumque in familiis multiplicauit, id est, vnam Ecclesiam, vnam plebem, vnam ouem in latitudinem totius orbis extendit.

Videbunt recti, & iocundabuntur, & omnis iniquitas opprobriabitur suum.

Iniquitas illa garrisus contra veritatem, conuicta à veritate, obstruet os suum, non habens quod loquatur.

Quis sapiens & custodiet hæc intelligens miserationes Domini?

Quid custoditurus est Sapiens, nisi vt sit pauper, non diues: est illi, non sit superbus, non sit inflatus: quia hæc custodiens intelliget miserationes Domini, non merita sua; non vires suas; sed miserationes Domini, qui erantem & egentem in viam deduxit, & paut; qui pugnantem aduersum difficultatem peccatorum, & colligatum vinculis sollicitudinis solauit & liberauit; qui fastidio languentem & penè morientem, missa verbi facultate recreauit: qui periclitantem inter naufragia scandalorum, à discrimine maris in portum deduxit tranquillitatis; qui eam denique constituit in eo populo, vbi humilibus dat gratiam; non in illo, vbi superbis resistit. Et fecit eum suum, vt intus manens multiplicaretur, non vt foras exiens minueretur.

PSALMVS CVII.

Psalmus autem centesimus septimus prætermisus est, quia in postremis quinquagesimi sexti, & in quinquagesimi noni videtur expositus. Itaque in ipso

PSALMVS CVIII.

Deus laudem meam ne tacearis: quia os peccatoris, & dolosus super me operum est.

Psalum istum de Christo habere prophetiam, quibus Actus Apostolorum fideliter legit agnoscat; vbi euidenter ostenditur, de Iuda traditore Domini prophetatum, quod hic scriptum est: *Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter.* Sed si de vno illa omnia, quæ hic in malo dicta sunt, coæuem accipere, expositionis ratio vacillabit. Melius ergo vniuersa clarebunt, si quædam ad omne genus inimicorum Christi, quorum Iudas primatum gerit, quædam autem ad ipsum Iudam propriè pertinere intelligantur. Vox ergo Domini est: *Deus! laudem meam ne tacearis.* Laus vero ipsius vera & maxima est, quia hoc ipsum quod est vnigenitus Dei Filius, prædicatur. Contra quem os dolosus peccatoris erupit, cum virtus mea infirmis carnis tegetur.

Locuti sunt aduersum me lingua dolosa.

Tunc vtiq;e, quando cum tanquam magistrum bonum captiosâ adulatione laudabant.

Et sermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis.

Illi qui dolosè antea loquebantur, postea in me aperti odij vocibus sæuierunt gratis; quia causam inimicitie non habuerunt, nisi iniquitatem suam: & nullo sibi proposito commodo gratuito, maligni & crudeles fuerunt.

Pro eo quod diligenter me, detrahebant mihi.

Non parum aliquid putari debet, quia non ait, Pro eo vt diligenter me, interficiebant me; sed, Detrahebant mihi. Ideo quippe interfecerunt, quia detraherunt, negantes Filium Dei, & dicentes quod in principe demoniorum eiecit dæmonia, & dæmonium habet, & insanit, quid eum audires? Et cætera talis: quâ detractioe aucterant ab eo quorum conuersionem ille quærebat: quod nocentius erat, quàm quod mox resurtecturum parabant occidere.

Ego autem orabam.

Non quidem dixit, quid orabat: sed illud intelligimus, quod in cruce pendens ait, *Pater! ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Quàm bene intelligitur pro discipulis suis orasse, quod etiam ante Passionem suam dixit, ne deficeret fides eorum; quando ipse fixus in li-

gno non vtebatur potentia suâ, sed patientiæ præbebat exemplum: ne inimicos suos diuina pœnitentia delendo, ad hoc nos edificaret, vt impatienter sustinere mus de his, quos malos patimur, vindicari, cum scriptum sit: *Melior est patiens, quàm fortis.*

Prou. 16.

Et perseverant aduersum me mala pro bonis; & odium pro dilectione mea.

Quamuis voluntaria sit pœna patientis, hoc est tamen maximum persequentiū crimen, quòd bonitati malitiam, & dilectionis odia reddiderunt, pro qua impietate quod recepturi sint, optantis similitudinem incipit prophetae. Non autem pœnam reorum concupiscit Deus tanquam exultaturi desiderans vltione, sed quod iustum est, cum tranquillitate disponit; vt etiam mali non sint inordinati.

Sent est 2a.

Constitu super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.

Cum superius querela de plurius fuerit, nunc de vno loquitur Psalmus, & in vnus intellectam personam vltio futura disponitur: non quia illi extra supplicium sine futuri; sed quia in caput sceleris bene fertur sententia, quæ consortes impietatis non omittit in vltione, quos damnat in principe. Quid est ergo, Constitu super eum peccatorem, nisi, vt ei diabolus præsit, cui ipse se subdidit; & ipsum in dextris habeat, quem elegit? Quia vnicuique, siue in bono, siue in malo, hoc fiet dextero, quod omnibus præfert.

Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.

Iudas non potuit orare per eum, quem vendidit. Oratio quæ non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit ad peccatum.

Fiant dies eius pauci.

Id est, dies apostolorum eius.

Et episcopatum eius accipiat alter.

Hoc ita factum esse, vt prophetatum est, Actus Apo-

Acto. 11.

stolorum loquentur.

Fiant filij eius orphanis, & uxor eius vidua.

Mortuo ipso, vt utrumque factum est.

Nascentes transferantur filij eius; & mendicent,

Nutantes incerti, quò eant.

Eticianus de habitacionibus suis.

Hoc est quod supra dixerat, transferantur.

Scrutetur fenerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius.

Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.

Id est, nec adiutorem habeat, nec tutorem.

Fiant nati eius in interitum, in vna generatione deleatur nomen eius.

Id est, vt quod de eo generatum est, iam non generet, & citò transeat.

In memoria redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.

Si Iudas maneret in eo, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua præterita, vel parentum iniquitas pertinere. Quia autem non tenuit adoptionem in familia Dei, sed iniquitatem potius vetusti generis elegit: rediit iniquitas patrum eius in conspectu Domini, vt in eo etiam ipse puniretur: & peccatum matris eius non est in eo deletum.

Fiant contra Dominum semper, & disperdat terra memoria eorum.

Fiant contra Dominum, dixit, non vt Domino aduersentur, sed vt sint in conspectu Domini, ne vlla meriti ipsorum fiat oblitio. Desperat autem memoria eorum in eo, vt non nomen ipsorum, nulla succedente generatione, deficiat. Si autem quæritur an credibile sit, miseria viuentium posterorum ad pœnam mortui pertinere: sequetur à omni disputatione, quæ de hoc multiplex oritur, rectè credimus hæc quæ per Spiritum sanctum prophetata sunt, accidisse; ac si possit adferri, quòd defunctos viuorum pœna non cruciet: in Iudam tamen

Acto. 1.

Matth. 9.
Ioan. 10.
Matth. 11.

Luc. 37.

Luc. 22.

sceleratissimum eam damnationem esse prolatam, ut inter supplicia sua etiam suorum misericordiam infeliciter fieret, & generationis suae semper doleret interitum. Haec sane omnia quae in Iudam dicta sunt, etiam in Iudaeorum populum prophetata intelliguntur. Quia & super ipsi constitutus est peccator, id est, diabolus, cui se subdidit: & idem fiat ad d. xtrix eius, quem praetuli Saluatori: & ipse in iudicio condemnabitur, quia persecutando in impietate, thesaurizat sibi iram in die irae. Et oratio eius fiat in peccatum: quia non fit per mediatorum Dei & hominum, hominem Christum Iesum, & sacerdotem in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Et facti sunt dies eius pauci, quod de Regno ipsorum accipiendum est, quia non diu mansit post crucem Christi. Et episcopatum eius accipiat alter, quoniam Christum qui non venerat nisi ad oves perditas domus Israel, respuerunt. Facti sunt quoque filij eorum orphani: de quibus dictum est, filij autem regni erunt in tenebris exteriores, qui utique Deum Patrem bene intelliguntur omisisse. Qui enim filium non habet, ait Veritas, nec Patrem habet. Et vxor eius vidua. Vxor regni plebs intelligi potest, quae amissa ipsa regno vidua facta est. Nutritas transfari sunt filij eius, & mendicant. Natasque quippe periculis debellati sunt filij ipsius regni, qui ostenduntur mendicare: quia non dubium est, eos ad alienam misericordiam venire. Eticiantur, inquit, de habitationibus suis, & ita factum est. Scutetur foenerator omnem substantiam eius, ut scilicet omnis vita eorum, quae substantiae nomine significata est, inquiratur, & nullius debiti, id est, peccati eorum remissio fiat: quia illum respuerunt, in quo solam est abolitio peccatorum. Et diripiant alieni labores eius. Diabolus, & angeli eius, rapiant fructus operum sui imperforum. Non fit illi adiutor: a quo enim iuvari potest, qui non habet Christum? Nec fit qui misereatur pupillis eius. Quia amisso Deo Patre, cuius Filium persecuti sunt, non habent qui eorum misereatur, non ad temporalem vitam sumendam, vel sustentandam; sed ad veram vitam, id est, aeternam. Fiant nati eius in interitum; utique sempiternum. In generatione vna deleatur nomen eius. Quia generati sunt, non regenerati; id est, in vna generatione deleatur. In memoriam reddat iniquitas patrum eius in conspectu Domini, ut reddat eidem populo Dominus perseveranti in malitia, etiam patrum iniquitatem. Peccatum matris eius non deleatur; Peccatum in Hierusalem, quae seruit cum filiis suis, quae interficit Prophetas, & lapidat missos ad se. Fiant contra Dominum semper; iniquitas & peccatum eorum in conspectu Domini non auferatur, Deo in aeternum vindicante. Et disperat de terra memoria eorum. Terra Dei, ager Dei, Ecclesia Dei est, de qua tetra perit memoria eorum, quia cum essent rami naturales, propter incredulitatem fracti sunt.

Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.

Sive Iudas, sive ille populus: sed melius de populo accipitur qui recordari potuit penitendo quod occiso Christo, saltem in discipulis, & membra eius scire non debuit.

Quia persecutus est hominem pauperem & mendicantem.

Non enim indignatus est Dominus pauper fieri, cum diues esset, ut illius paupertate nos dirametur. Mendicantem autem in eo intelligi potest, quod Samaritanæ mulieri dixit, *Da mihi bibere*, vel quod in cruce ait, Sitis: quae verba tanquam indigentis sunt.

Et compunctum corde mortificare.

Cordis compunctio, quae proprie ad conuersos à peccatis pertinet, non conuenit Christo, qui solus extitit absque peccato: in membris itaque suis penitentiam agentibus, & ad caput suum cum compunctione redonantibus, ipse quoque erat compunctus corde; quia non abeat à capite, quod gerebatur in corpore, in quo vsque in finem patitur persequentes.

Et dilexit maledictionem, & venit ei.

Quamquam & Iudas maledictionem dilexerit, vendendo atque tradendo ipsum benedictionis autorem: apertius tamen ille populus maledictionem dilexit, quando dixit: *Sanguis huius super nos, & super filios nostros.* Matth. 27.

Et nolui benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et Iudas quidem benedictionem abiicit in Christo: sed apertius eam populus refutaui, quando illi illuminato dicenti, *Numquid & vos discipuli eius vultis fieri?* respondit, *Tu sis discipulus eius.* Et longe facta est ab eo benedictio, quia transiit ad gentes. Ioan. 9.

Et induit maledictionem, sicut vestimentum.

Sive Iudas, sive ille populus.

Et intravit sicut aqua interiora eius.

Ergo & foris, & intus: foris, sicut vestimentum: intus, sicut aqua: quoniam in eius incidit iudicium, qui potest & corpus & animam occidere in gehennam. Matth. 23.

Et sicut oleum in ossibus meis.

Ostendit impium hominem, vel populum, cum voluptate mala faceret; & iniquitate intus, quasi aqua; & foris, quasi oleo delectari. Quae actio idem maledictio dicitur, quia talibus Deus aeterna tormenta denunciat.

Fiat ei sicut vestimentum quo operietur.

Apertius malitia est, quae peccator quasi pallio tegit, & inde operatus videtur, vnde etiam in oculis hominum gloriatur: malum se dissimulans, sed ostentans.

Et sicut zona, quae semper praecingitur.

Maledictione le praecingit, quia malum non repentium, sed dispositum aggreditur, & ita discit male facere, ut semper paratus sit.

Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum.

Hi sunt qui detrahunt Christo ipsi quem lex Domini & Prophetae praenunciunt.

Et qui loquuntur mala aduersus animam meam.

Negando eum posse resurgere, cum dicat: *potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumere eam.* Ioan. 10.

Et tu Domine, Domine fac mecum.

Quidam subaudiendum putantur, misericordiam: quidam &, addiderunt. Sed emendatores codices sic habent: *Et tu Domine, Domine fac mecum, propter nomen tuum.* Vnde intelligendum est, iude dixisse Filium Patri, *Fac mecum*: quia eadem sunt opera Patris, & Filij, quod etiam misericordia sentiri potest, sequitur enim.

Quia sicutis est misericordia tua.

Quia misericordiam redde intelligimus & Patrem & Filium simul facere in vasa misericordiae. Potest autem & sic intelligi quod ait. *Fac mecum*: ac si dixisset, *Adiuua me*: Pater quippe adiunxit Filium, in quantum Deus hominem, propter formam serui: Nam in ea forma, in qua aequalis est Patri, non indiget adiuuari: quia utriusque vnum opus est, & par, atque inseparabilis potestas. Egestas & paupertas susceptae infirmitatis est, ex qua crucifixus est. Rom. 3.

Libera me, quia egenus & pauper sum ego: & cor meum turbatum est in me.

Secundum illud quod propinquantem Passione ait, *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

Sicut umbra, cum declinat, ablatu suam.

In hoc ipsam mortem significauit: Sicut enim ex umbra declinante fit nox, ita mortali carne fit mors.

Excussus sum sicut locusta.

Iam hoc in membris eius conuenientius intelligimus. Excussus enim, id est fugati sunt à persecutoribus Fideles eius, quorum vel multitudinem significare voluit in nomine locustarum, vel quod transijerunt de loco in locum.

Genua mea infirmata sunt praesentium, & caro mea immutata est propter oleum.

Propter oleum, propter gratiam spiritalem: quia cum caro eius mutata esset per gloriam resurrectionis, cumque ascendisset ad Patrem, misit Spiritum sanctum ad vngendos credentes, quorum stabilitas, quae ablato

Rom. 1.
1. Tim. 2.
Psal. 109.

Matth. 5.

Matth. 8.

1. Ioan. 2.

Rom. 11.

1. Cor. 8.

ablato sibi pane, id est, Christo quasi ieiunio fuerat infirmata: accepto dono Spiritus Sancti valida euncta est: vt in suis afflictionibus non vinceretur, quæ in Domini Passione defecerat.

Et ego factus sum opprobrium illis.

Galat. 3. Per mortem crucis. Christus enim nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

Viderunt me, & mouerunt capita sua.

Quia viderunt in ligno pependisse, & non viderunt de sepulchro resurrexisse.

Adiuua, Domine Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Hoc & ad caput referendum est, propter formam serui, & ad corpus, propter seruos. Potuit enim & in ipsis dicere Domino, *Adiuua me, & saluum me fac:* in quibus Saulo dixerat, *Quid me persequeris?* Quod autem ait, *Secundum misericordiam tuam, gratiam* gratiam commendat.

Et sciant quia manus tua hæc, & tu Domine, fecisti eam.

De his dixit, sciant, pro quibus senientibus & otauit: quia inter illos erant etiam hi, qui in eum postea crediderunt. Manus autem Dei Christus est, sicut dictum est, *Et brachium Domini cui reuelatum est?* Hæc ergo manus erat, & fecit eum; *Quia in principio erat verbum, & verbum caro factum est.*

Male dicent illi, & tu benedicis.

Vna est ergo maledictio filiorum hominum, diligentium vanitatem & querentium mendacium. Deus autem cum benedicit, facit quod dicit.

Qui insurgunt in me, confundantur.

Qui se aduersus me proficere arbitrantur, cum exaltatus fuero super caelos, & effusa fuerit super omnem terram gloria mea, confundentur.

Seruus autem lat abitur.

Sive in dextera Patris, sive in suis membris: & tunc in spe, & post in æternum.

Indignantur qui detrahunt mihi pudore.

Id est, pudeat eos detrahere mihi; sed hoc potest bonum esse correctis.

Et operiantur sicut diplaite, confusione sua.

Diplaite pallium duplex est, per quod inimicus Christi duplex denuntiatur confusio: hoc est, intus & foris, coram Deo scilicet, & coram hominibus.

Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

Matth. vii. In medio multorum laudabo eum: accipi potest Christus, quia ipse in Ecclesia præsens est, vique ad consummationem seculi. In medio autem esse dicitur, cui præcipuus honor præbetur. Si vero cor hominis quasi medium eius est, rectissime intelligitur quod in multorum cordibus, id est, in multorum medio laudaturus sit Dominum. Habitat enim Christus per fidem in cordibus nostris: & ideo ait, In ore meo? id est in ore cordis mei, quod est Ecclesia.

Ephef. 3. *Qui adstitit à dextris pauperis, vt saluum faceret à persequentibus animam meam.*

De Iuda dictum erat. Et diabolus stetit à dextris eius; qui suas diuitias volebat augere, Christo vendito; hic autem Dominus adstitit à dextris pauperis vt diuitiæ eius sint ipse Dominus: Salua fiet autem à persequentibus anima, si non eis consentiat ad malum: non autem eis consentit, cum Dominus adstitit à dextris pauperis, ne ipsa paupertate, id est, infirmitate succumbat.

PSALMVS CIX.

Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

Dominus noster Iesus Christus cum à ludæis quereretur, cuius Filium esse dicerent Christum, & respondissent, Daud: continuo illis respondens ait, Quomodo ergo Daud in Spiritu dicit eum Do-

minum, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis?* *Et sic ergo in Spiritu vocat eum dominum, quomodo filius eius est?* *Matth. xxi* Iudæi sub hac interrogatione tacuerunt; ipsum quoque esse dominum, & filium Daud non agnouerunt, nec agnoscere voluerunt; & maluerunt inflatâ taciturnitate disumpi, quam humili confessione eruditionem mereri. Nos autem Euangelio ipsius veritatis edocti, nouimus Iesum Christum & dominum esse Daud, secundum quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum: hoc erat in principio *Ioan. i.*

*apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et filium esse Daud, secundum quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nouimus Dominum Daud, quia, Cuius esset in forma Dei non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Et nouimus filium Daud, quia semetipsum exinanitus formam serui accipiens Hoc ergo & Daud ipse in Spiritu videns, initio Psalmi huius effusus est, dicens, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Sedet autem Christus ad dexteram Patris post resurrectionem à mortuis, & ascensionem in caelâ. Vnde etiam eo ipso quo erat Christus filius Daud, factus est dominus Daud. Illud enim quod natum est ex semine Daud, ita honoratum est, vt ei cum esset filius, esset & dominus: secundum hanc enim dispensationem, etiam ab Apostolo de Christo dicitur, *Propter quod eum exaltauit à mortuis, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum; & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus in gloria Dei Patris est.* Sedet autem Dominus ad dexteram Patris, & inimici eius subiciuntur sub pedibus. Omnis enim qui ei adhaeratur, erit eius subditus, aut per correctionem, aut per condemnationem: Nam necesse est, omnis aut adoptatus, aut victus sub pedibus eius sit, siue per gratiam, siue per poenam.*

Virgam virtutis tue emitte Dominus ex Sion.

Quæ est Sion, ipsa est Hierusalem: ex qua præannuntiat emittenda virga virtutis Christi, id est, regnum potentie eius, quod regnum incipit à Christianis, & non habet finem. Nam secundum quod est verbum Patris, vnus deitatis & omnipotentis, semper cum Patre regnauit. Hoc ergo regnum quod mediator Dei & hominum, homo Christus acquirat, incipit ab Hierusalem: quia inde in totum mundum virtus & potestas Euangelicæ prædicationis emissa est.

Dominate in medio inimicorum tuorum.

Tu, inquit, fili Daud, & Domine Daud! in medio paganorum, in medio Iudæorum, in medio hæreticorum, & in medio satorum salorum dominate: quod fieri quotidie videmus, donec impleantur tempora gentium. *Cæcis enim ex parte in Israël facta est, donec pleritudo gentium intraret; & sic omnis Israël saluus fiet, & dominaretur Christus in medio inimicorum suorum.*

Tecum principium in die virtutis tue.

Dominus interrogans quis esset, respondit: *Ioan. 8.* Tu, inquit, fili Daur *v. bis:* hoc est Ego qui loquor vobis, principium sum. Est autem & pater principium, in quo principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Nunquid ergo quia Pater principium, & Filius principium, duo sunt principia? Absit, Sicut enim Pater Deus & Filius Deus: Pater autem & Filius, non duo dii, sed vnus est Deus: sic Pater principium, & Filius principium: Pater autem & Filius non duo principia, sed vnus principium. Tecum ergo principium in die virtutis tue, in die qua videbitur quomodo creditur. Quamuis enim etiam in forma serui, ipsa nostra infirmitatis susceptione non caret virtute diuina, quando & infirmum tuum fortius est hominibus, & in virga virtutis tue dominaberis in medio inimicorum tuorum; veniet tamen

dies ille, quo omnibus dispensationibus temporalibus peractis atque finitis, manifestabit se Sanctus tuus, & in illa eis apparebis gloria, in qua æqualis es Patri, vt videant Te cum patre: *ipsum in die virtutis tue.*

In splendoribus Sanctorum.

Præfens vita Sanctorum, quamvis gratia floreat, quamvis moribus nitat, non est in splendore, quia nondum exempta est à corruptione. Cum ergo apparuerit Christus, vita Sanctorum, tunc & ipsi apparebunt cum illo in gloria. *Tunc iusti fulgebant sicut sol in regno Patris sui*, id est, in vita æterna.

Ex vero ante luciferum genui te.

Si de illa generatione hoc dictum est, qua ex Patre Deo genitus est Deus Filius, ex vero significat, ex secreto, ex occulto, de ipso Patre, de substantia Patris. Ante Luciferum vero, ait, ante tempora: Per luciferum enim, vt pote per fulgentissimum sidus, tanquam à parte totum, omnia diuinitate significata sunt, quæ in hoc facta sunt, *vt sint in signis, & temporibus, & in diebus, & annis.* Quod est ergo ante luciferum, hoc est ante sidera: & quod est ante sidera, hoc ante tempora, atque ideò ex æternitate. Si vero hoc ex persona Prophetæ dictum est, qui ait: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Non est dubium illam naturam significatam, qua Dominus Dauid, filius est Dauid. Potuit enim dicere propter propagationem, qua de ipsius stupre Maria virgo descendit, *ex vero genui te*; hoc est, ex vero virginali, ex vero quò maculos non accessit. In quo sola fuit conceptio matris sine semine genitoris. Et conuenienter dictum est, *Ante luciferum*; quia ante exortum dici, natus est Dominus, hoc indicantibus testimoniis pastorum, qui custodiebant vigilias lupi gregem suum.

Iurauit Dominus & non perueniet eum, nisi es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Si natus ex vero virginis ante Luciferum intelligimus saluatorem, exinde proculdubio sacerdos est in æternum, secundum ordinem Melchisedech: Nam secundum quod Dominus natus ex Patre est, gignenti coæternus & æqualis, non est sacerdos. Iurauit ergo Dominus; hoc est, cum constitutione promisit. *Et non perueniet eum*, hoc est, non mutabit consilium, non aliud faciet, nec vnquam ei hæc sententia displicebit. *Tu es sacerdos in æternum*; hoc est, non finitur sacerdotium tuum: nec sicut Aaron ordo cessauit, ita etiam tuum pontificium commutabitur. Sacerdotij tui non erit finis; sed secundum ordinem Melchisedech, hoc est secundum mysteria quæ per eum declarata sunt, in æternum permanebit.

Dominus à dextris tuis, conuassauit in die ira sua Reges.

Ad ipsum Dominum, qui dixit Domino, *Sede à dextris meis*, Prophetæ sermo directus est: ipse, inquit, Domine cui iurasti, *tu es sacerdos in æternum, Dominus à dextris tuis*, qui conuassauit in die ira sua Reges: illos de quibus dictum est, *Assisterunt Reges terras, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Quicunque enim talium qui Christianum nomen oderunt, in sua impietate persistunt, iam quidem conuassati sunt, nec potuerunt efficere quod volebant; sed in die ira, id est, retributione iusti iudicij Dei penitus conterentur.

Iudicauit in gentibus, repleuit ruinas:

Qui in superbiam eriguntur, & in sua elatione persistunt, sic destruentur vt non ædificentur: Non enim desunt destrui qui non desunt eleuari. Qui autem per humilitatem cadunt & se prosternunt, vt fiant sub pedibus eius, cui dixit Dominus, *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; & reparabuntur in integrum: quia non damnati has ruinas Dominus, sed repleuit; quod fit in hoc tempore, cum vniuersis gentibus ruinaram reparationem

Christus operatur.

Conuassauit capita in terra multa.

Multorum capita in hac vita conuassata Christus inclinat, dum è superbis humiles facit.

De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput.

Sicut torrens pluuiabulis aquis collectus, redundat, pestitepit, currit, & currendo decurrit, id est, cursum finit; sic est omnis iste cursus mortalitatis humanæ. Nascentur homines, viuunt, atque moriuntur, rursusque morientibus alij oriuntur, succedunt, accedunt, decedunt. De hoc ergo torrente, de hoc strepitu transeunte, de hac mortalitate bibit filius Dauid, Dominus Dauid dignatus propter nos nasci & mori, & ita bibit de torrente in via, quòd in via peccatorum non stetit. Propterea ergo exaltabit caput, quia humiliatus est, & factus est subditus vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod exaltabit eum à mortuis, & donauit illi nomen, quòd est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flexatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quoniam Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

Philip. 2.

PSALMVS CX. ALLELVIA.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

Non semper confessio peccatorum est, sed etiam laus Dei deuotione confessionis exprimitur. Ille luget, hæc gaudet, illa medico vulnus ostendit, hæc de sanitate gratias agit.

In concilio rectorum & congregatione.

Eorum, sine dubio, qui sedebunt super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. A quorum concilio & congregatione, omnis hypocrita segregatus, omnis erit tentator exclusus.

Math. 19.

Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius.

Scrutare, exquire, vestiga, si potes, omnes voluntates Domini, in omnibus operibus magna opera eius inuenies. Nulla enim voluntas potentior est ipsius voluntate; contra quam cum aliquid fieri finit, misericordiam suam iustitiamque demonstrat. Sicut enim vult, vt homo non peccet: ita vult peccanti parcere vt reuertatur & viuat: ita etiam vult in peccatis perseverantem punire, vt in iustitiæ potentiam contumax non euadat. Ac sic quidem elegerit, ò homo! non deit Domino, vnde quia de te complet voluntatem. Sive ergo iustificet impium, siue arguat pigrum, siue expectet auertum, seu deserat penitentem, semper misericors est, semper iustus, semper omnipotens.

Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Magnificientia Domini circa nos in eo apparet, quòd nullis præcedentibus meritis confitement iustificat peccatorem: vt vbi abundauit peccatum, superabundet gratia, per quam excitata est etiam ipsa confessio: vt nemo in se extollatur, sed qui gloriatur, in Domino gloriatur: quia & confessio peccatoris, & magnificentia iustificationis, opus Domini est: apud quem iniquitas non est, etiam si nos iudicia eius non comprehendimus. Quoniam iustitia eius manet in seculum seculi.

Rom. 14.

2. Cor. 10.

Memoriam fecit mirabiliun suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.

In omni quidem creatura Dei mirabilia eius & quotidiana & magna sunt; sed quia parum ea consuetudo miratur, quedam Dominus signa & prodigia certis temporibus promenda disposuit; vt per inusitata & noua, humana excitaretur intentio, & nutritur in ea de insolitis vilis timor, cui tamen misericors Dominus daret escam virtutis & vitæ; Panem scilicet illum incorruptibilem, qui de celo descendit, vt verbum Dei esset esca hominum, sicut cibus est Angelorum.

Ioan. 6.

Memor erit in aeternum testamenti sui, virtutem operum suorum annuntiavit populo suo.

Implevit Dominus promissiones suas, qui est virtus & fortitudo Sanctorum, quoniam quae hominibus difficilia sunt, Deo facilia sunt, & ipse operatur omnia in omnibus.

Ut det illis hereditatem gentium.

Id est, quam preparavit omnibus gentibus.

Opera manuum eius, veritas, & iudicium.

Hoc est, ut veritas, iudiciumque seruetur: manus enim operatur, hoc est ut non sepatet a Christo tribulatio, angustia, fames, nuditas, gladius.

Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi.

Qui dedit mandata, & dedit promissa; quae fideliter retribuit, confirmata in aeternum, nec vnquam defutura.

Facta in veritate & iudicio.

Hoc enim verum, & iustum, ut hic laboretur, ibi requiescat.

Redemptionem misit populo suo.

Ciues, & haereds caelestis Hierusalem, ab huius peregrinationis captiuitate redimuntur.

Mandauit in aeternum testamentum suum.

Testamentum suum, utique nouum; quod aeternum promisit, non illud veteris, cuius transitoriae promissiones fuerunt.

Sanctum & terribile nomen eius.

Sapientia vera est, nosse & diligere Deum; sed ad hunc gradum de timore concenditur; quia sicut desideranda sunt eius munera, sic metuenda iudicia.

Initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum.

Is bonum habet intellectum, qui quod faciendum recte intelligit, facit; quia talis est sine opere intelligentia, qualis sine timore sapientia.

Laudatio eius manes in seculum seculi.

Nemo ergo quicquam suae iustitiae ascribat, nemo de suis quae propriis meritis exultabit: sed in Dei laudem & gloriam omnis Sanctorum beatitudo in aeternum refertur.

PSALMVS CXI. ALLELVIA.

TITULUS Psalmi est reuerfionis Aggae, & Zachariae, qui post euersionem templi Hierusalem, & transmigrationem in Babyloniam, completis sub Dario LXX. captiuitatis annis, prophetae ceperunt ea quae ad relaxationem captiuitatis, & reparationem templi pertinerent. Sed quia quae corporaliter tunc gerebantur, rerum futurarum indicia praeferebant, per illam captiuitatis remissionem, & templi restitutionem, spiritualiter figurabatur fabrica ipsius templi, cuius Christus est fundamentum; in quo etiam angulari lapide, viuis lapidibus coaptatis, caelestis aedificij structura confurgit, ut ex ruina veteri, quae facta est in Adam, nouum Dei templum cum reparatione omnium gentium reformetur. Ad hoc ergo templum pertinet prophetae Aggae & Zachariae, qui in Psalmi titulo praeferrunt, ut qui hoc sacramentum intelligit, & qui cupit in huius aedificij compage solidari, sciat reuerfionis & renouationis suae in timore Dei esse principium.

Beatus vir qui times Dominum, in mandatis eius uolet nimis.

Beatitudo viri iusti a timore incipit Domini, & proficit in desiderium mandatorum Dei, quibus templum eius efficitur.

Potens in terra erit semen eius.

Semen futurae moesis opera esse misericordiae Apostolus testis est, dicens: *Bonum autem facientes non desiciamus: tempore enim proprio metemus. Quid autem potentius hoc semine, cuius impendio comparatur*

regnum caelorum, & vita aeterna?

Generatio rectorum benedicetur.

Id est, opera eorum qui recto sunt corde, non turbantur propter promissorum dilationem; nec transiunt carnaliter appetunt, sed mansura fideliter & patienter expectant.

Gloria & diuitiae in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi.

Qui talis est in domo sua, id est, in corde suo, ubi templum Dei est, gloriam & diuitias habet: quia spe non dubia futura iam possidet, & regnum Dei intra ipsum est. Huius iustitia manet in seculum seculi, quia ipsa est gloria atque diuitiae.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde.

Merito ditigunt cor in Dominum suum, merito ambulant recti cum Domino suo, qui cum essent in tenebris, lucem viderunt magnam, & meminerunt fuisse se aliquando tenebras, nunc autem lucem in Ephes.; Domino.

Misericos, & miserator, & iustus Dominus.

Qui miseretur ut misereatur, & iustus est in retributione, quia nulli facit iudicium sine misericordia.

Suumus homo qui miseretur & commodat.

Hunc suauem & mitem atque iocundum non eorum Deum ex ore suo, tanquam mali odoris, aut fastidendi saporis; tota autem suauitas eius in eo est, qui miseretur & commodat, remittendo scilicet peccata, & largiendo beneficia, quibus duobus benignitatis officijs, omnia pietatis opera continentur, dicente Domino, *Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.* Luc. 6.

Disponet sermones suos in iudicio, quoniam in aeternum non commouebitur.

Qui haec facit, disponit sermones suos in iudicio. Facta enim quadam verba sunt testium, quibus in iudicio defenditur. Quia in aeternum non commouebitur, qui ad dextram segregatus audiet: *Venite benedicti Patris mei: percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Matth. 25.

In memoria aeterna eris Iustus, ab auditu malo non timebit.

Non timebit audire quod dicitur sinistris: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Matth. 25.

Paratum est cor eius sperare in Domino.

Quia non sua quaesuit, sed quae Iesu Christi, & promissum eius confidenter expectat.

Confirmatum est cor eius, non commouebitur donec videat super inimicos suos.

Inimici eius praesentia concupierunt, & cum eis inuisibilia promitterentur, dicebant: *Quis ostendit nobis bona? Illi voluerunt videre bona hominum in terra morientium: hic credidit videre bona Domini in terra viuentium.* Non ergo commouebitur cor eius, nec transitoria malorum felicitate turbabitur, donec videat, non deorsum, quod inimici eius; sed sursum super inimicos suos: *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod preparauit diligentibus se.* I. Cor. 13.

Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.

Dispersit visibilia, ut inuisibilia compararet: dedit temporalia, accepturus aeterna.

Cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur.

Irascitur peccator: cui magis quam sibi; sed sera illa atque infructuosae penitendine, cum dicit: *Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum inflatio consultis nobis?*

Dentibus suis frendet, & non reuiescet.

Sicut feret, si opportuno eum tempore penitenter, sed tunc frendet, quando desiderium peccatorum peribit.

1. Cor. 12.

Sententia est 13.

Galat. 6.

PSALMVVS CXII. ALLELVIA.

Laudate pueri Dominum : laudate nomen Domini.

1. Cor. 14.

Luc. 4.

EXhortatio hæc non ad pueriles tantum annos, sed ad omnem profertur ætatem: omnibus enim Apostolus dicit. *Nolite effici pueri membris, sed malitia paruuli estote, ut membris perfecti sitis.* Quia malitia, nisi superbia, ipsa enim de vana granditate præsumens, non sinit hominem ambulare per actam viam, & intare per angustam portam. Puer autem facile intrat per angustam, & idem nemo, nisi conuersus fuerit ut puer, intrat in regnum cælorum. Puerorum ergo nomine non ætas infantium, sed ænimorum humilitas compellatur: quia non laudant nomen Domini, qui se magnos putant, & suam iustitiam volentes confutere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Non enim fuit pueri: & dum prædicari se volunt, non laudant nomen Domini.

Rom. 10.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & usque in seculum.

A solo ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.

Vt scilicet nomen Domini semper benedicatur, & vbiq; laudetur.

Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.

Non solum super omnes gentes maiestas Domini, sed etiam super cælos gloria eius excelsa est.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra?

Esa. 54.

Per Esaiam Spiritus ita loquitur: *Hæc dicit Altissimus in excelsis habitat in æternum, nomen ei Dominus altissimus, in sanctis requiem habens.* Meritoque cælum intelliguntur, qui habitantur a Domino: qui cum sine Sancti, atque ideo excelsi, idem tamen sunt humilium, & neque aliunde, nisi de humilitate sublimes. In altis itaque Dominus habitat: id est, in Sanctis, & spiritualibus, atque cælestibus. *Ei humilia respicit:* id est, ipsos Sanctos, nunquam in se, sed semper in domino gloriante. Delectatur enim altitudine humilium, & humilitate cælorum in cælo & in terra: hoc est, quotum conuersatio in cælis est, licet mortali sint carne circumdati. Si verò alia funt quæ Dominus noster in cælo humilia respicit, alia quæ in terra, possunt cælum hi intelligi, quos vocatos, & sanctificatos iam inhabitat: Terra autem, quos vocat, vt habitat in eis. Sed absolutior sensus est, si cælos dictos accipiamus eos qui sedebunt super duodecim thronos, & cum Domino iudicabunt. Tertæ autem nomine, cæteram multitudinem Sanctorum, qui constituentur ad dexteram, vt per opera misericordie collaudati recipiantur ab eis in tabernacula æterna, quos amicos sibi de matrona iniquitatis in huius vite mortalitate fecerunt. Et hos ergo & illos humiles respicit Deus, qui meminertur vtrique quid fuerint per suam malitiam, & quid facti sint per Dei gloriam.

Qui erigit de terra inopem, & de stercore exaltat pauperem.

Vt colloces eum cum principibus, cum principibus populi sui.

Non itaque deignentur esse humilia capita excelsorum sub manu Domini. Quamuis enim collocetur fidelis dominicæ pecuniæ dispensator cum principibus populi Dei, quamuis lessurus sit in duodecim sedibus, & angelos quoque iudicaturus: at tertia tamen inops erigitur, & de stercore pauper exaltatur, quia donum Dei est omnis celsitudo Sanctorum.

Qui habitare facit sterilem in dono, matrem filiorum Iherusalem.

Excelsam enim antè sterilem Dei gratia fecundauit, vt in multis filiis lætaretur: in quo Dominus, qui in altis habitat & humilia respicit in cælo & in terra, habet ex semine Abraham & sublimem sanctitatem

Matth 19.
Luc. 16.

Matth 19.
1. Cor. 6.

Isaie 54.
Plal. 112.

sicut stellas cæli in supernis sedibus collocandum, & ficut arenam in ora maris misericordem atque innumeram multitudinem, & in sinistris fluctibus, & ab impia amaritudine segregandam.

PSALMVVS CXIII. ALLELVIA.

Matth. 21.

In exitu Israël ex Ægypto, domus Iacob de populo Barbaro.

Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israël potestas eius. Mare vidit & fugit; Iordanis conuersus est retrorsum.

PRæteritorum gestorum recolit ueritas historia: & quemadmodum populus Israël, qui est domus Iacob, de iugo Ægyptiæ dominationis eductus sit, in memoriam reuocati. Sed per propheticum eloquium, magis futura iudicantur, quam præterita retexunt. Et ideo quædam aliter hi dicuntur quam ibi acta sunt: vt vigilantem intelligatur propheta, vbi non constat historia. Primum enim Iordanem ipsum non reuertitur esse retrorsum, sed sterilem legitur ab ea parte qua desuper influebat: deinde, montes exultasse & colles gessisse non legitur; quæ sic addit, vt omnia ista etiam retereat. Intelligendum ergo est, quia illa facta figuræ nostræ fuerunt. Et ideo de eis aliter quid dicitur, vt quibus temporibus congruat, agnoscat. Si enim gratiam Dei, quæ data est nobis, firmo corde retineamus, nos simul Israël semen Abraham, qui non carnaliter circumcisitæ genti tantummodo factus est pater; sed & omnium qui sequuntur vestigia fidei Abrahæ, qui cum esset in præputio, credidit Domino, & iustificatus est ex fide, & constitutus est omnium gentium pater, diuinumq; ei est, *Benedicentur in te omnes gentes.* Quia ergo populus Christianus in te omnes gentes. Quia ergo populus Christianus in te omnes gentes.

Rom. 4.

Gen. 15.

Gen. 12.

Apoc. 11.

Mare vidit & fugit; Iordanis conuersus est retrorsum: quoniam qui auersus a principio iugis, Creatorem suum deserit, tanquam fluiuis in mare libitur, cui bonum est vt retrorsum conuertatur, & rediens ad Authorem, retrò sibi faciat mare, ad quod antè tendebat: & sic Iordanis conuertatur retrorsum, cùm illi conuertuntur ad Dominum, qui gratiam baptismi percipiunt.

Momes gestierunt velut arietes; & colles velut agni ouium.

Fideles dispensatores verbi veritatis, sancti Apostoli, sancti Euangelistæ, montes & duces sunt gregum, & colles velut agni ouium sunt, quibus dicitur: *In Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui.* De quibus dicitur: *Afferre Domino filios arietum,* qui montium pabulis opimantur, & sub arietum principatu exultantes reguntur.

Ioan. 1.

1. Cor. 4.

Plal. 8.

*Quid est mare quod fugisti? & tu Iordanis! qui a-
versus es retrosum?*

*Montes quia gestuisti velut arietes; & colles velut agni
ovium?*

Quid est, inquit, ó seculum! quod tua impedi-
menta cesserunt? Quid est, quod tot millia Fidelium,
toto orbe huc modo renuntiantium convertimini?
quid est quod gaudetis? quibus in fine dicitur: *Euge
bone serue, quoniam in paucis fidelis fuisti, supra multa
te constituam.* Quid est quod gaudetis? quibus in fine
dicitur: *Venite Benediciti Patris mei, & percipite regnum
quod vobis paratum est ab origine mundi.*

A facie Domini commota est terra: à facie Dei Jacob.

Quid est? A facie Domini, nisi ab eius præsentia
qui dixit, *Ecce ego vobis sum, & usque ad consumma-
tionem seculi.* Ipse ergo commouet terram, ipse pigra
& inertia corda conuertit.

*Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in
fontes aquarum.*

Ita est spiritualis petra, id est Christus, qui doctri-
nam suam, quæ prius dura & rigida videbatur, in
multa fluente conuertit, & misso de cælis Spiritu san-
cto, sermonem suum fecit esse potabilem, quem discipu-
lus insinuarat, incipiens à Moyse per omnes Pro-
phetas, quia sic oportebat Christum pati.

*Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da
gloriam.*

Gratia prædicatur, quæ aquam regenerationis de
petra, quæ est Christus, emittit, nullis hominum præ-
cedentibus meritis: quoniam Christus pro impiis mortuus
est, nec vllus nisi in Domino gloriatur.

Super misericordiam & veritatem tuam.

Duo hæc, Misericordia, & Veritas, in Scripturis
sanctis penè semper prædicta iuueniuntur. In sua quippe
misericordia Deus vocauit impios: & in veritate iudi-
cauit eos qui venire noluerunt.

Neganda dicam gentes, Vbi est Deus eorum?

In nouissimo enim manifestabitur misericordia &
veritas. Nec dicent impij: vbi est Deus eorum? cum
apparente signo filij hominis in cælo, & instante iudi-
cicio, non adhuc prædicabitur credendus, sed osten-
detur tremendus.

*Deus autem noster in cælo sursum, & super terram:
omnia quæcunque voluit, fecit.*

Non in cælo, vbi solem & lunam vident, qui crea-
turam colunt; sed in cælo sursum, quod transgreditur
omnia corpora cælestia & terrestria. Quanquam
nec in ipso ita sit, vt sine ipso esse non possit: quoniam
in quibus est, ipse ea tanquam indigentia continet, qui
in cælis & in terra omnia quæcunque voluit, fecit:
hoc est, & in superiis & inferiis populis sui
voluntariam gratiam suam constituit, ne quis de ope-
rum meritis gloriatur. Quia siue mentes gestiant, vel
ut arietes; siue colles, velut agni ovium, à facie
Domini commota est terra: ne in terrenis sordibus
permaneret.

Simulachra gentium argentum & aurum.

Habent quidem & ærea & lignea & fictilia simula-
chra, & alterius alteriusque materię: sed pretiosum eorum
maluit commemorare Spiritus sanctus; quia cum
in eo quisque erubescit quod illi charius est, multò fa-
cilis auertitur à veneratione viliorum: vt intelligat
etiam in auro & argento nihil aliud esse quam terram.

*Os enim habent, & non loquuntur: oculos habent, &
non videbunt.*

*Aures habent, & non audiunt, nares habent, & non
odorabunt.*

*Manus habent & non correctabunt, pedes habent, &
non ambulabunt: non clamabunt in faucibus suis.*

*Similes sint illis omnes, qui faciunt ea; & omnes qui
confidunt in eis.*

Videant ergo impij apertis & sentientibus oculis:

& adoret clausis & mortuis mentibus, nec videntia
simulachra, nec videntia.

*Domus Israël sperat in Domino: adiutor eorum &
protector eorum est.*

*Spes enim qua videtur, non est spes: quod enim videt
quis, quid sperat: si autem quod non videmus, spera-
mus, per patientiam expectamus.* Sed vt perderet vs-
que in finem ipsa patientia, adiutor & protector est
Dominus.

*Domus Aaron sperat in Domino: Aliator eorum,
& protector eorum est.*

Ergo etiam sublimiores quique, atque in summo
excellentes gradu, etiam ipsi perseueranter cutant,
donec apprehendant in quo apprehensi sunt, & cog-
noscant sicut & cogniti sunt, adiutorio & protectio-
ne Domini muniantur.

*Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiu-
tor eorum & protector eorum est.*

Dominus memor fui nostris, & benedixit nos.

Omnes inquit, timentes Dominum, & sperantes
in Domino, auxilio ipsius perficiuntur. Non enim nos-
tris meritis præuenimus misericordiam Domini, sed
Dominus memor fuit nostris, & benedixit nos.

*Benedixit domum Israël: benedixit domum Aaron,
Benedixit omnes timentes Dominum.*

Hoc est, & superiores & inferiores: quia vt ique
timent Dominum. Si ergo queris, quos vt o que be-
nedixerit: responderetur, pusillos cum maioribus: hoc
est, domum Israël & domum Aaron.

*Adiciat Dominus super vos, super vos & super fi-
lios vestros.*

Et ita factum est: Accesserunt enim etiam de lapi-
dibus suscitati filij Abraham. Accesserunt oves quæ
non erant de hoc ouili, vt fieret vnus grex, & vnus pas-
tor. Accessit fides omnium gentium, & creuit nu-
merus, non solum sapientium antistitum; sed etiam
obedientium populorum, adiciente Domino, non
solum super patres; sed etiam super filios eorum, qui
atrum piè vestigia sequerentur.

Benedixit vos à Domino, qui fecit cælum & terram.

Tanquam diceret: Benedixit vos à Domino, qui
vos fecit.

*Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis ho-
minum.*

Non ergo istud visibile cælum plenum luminatibus
fecit vos: sed multo excellentius, in quo sibi præpa-
rauit habitaculum, quod sunt sublimiores puriores-
que mentes: in quarum comparatione, quicquid cer-
nitur, terra est: quamuis possint & paruuli in Ecclesia
terre nomine nuncupari, qui proficiendo futuri sunt
cælum: & in ipsa spe lacte nutriuntur à magnis. Sed
amen quia illi iam non ab homine, neque per homi-
nem, sed per ipsum Dominum carpunt sinceritatem
& veritatemque sapientiæ, acceperunt paruulos, furo-
ros quidem cælum, vt cælum cæli esse sciant; adhuc
amen terram, cui dicant: *Ego plantauit, Apollo riga-
uit, sed Deus incrementum dedit.* Ipsis enim filiis homi-
num, quos fecit cælum, terram dedit in qua operen-
tur, qui nouit terræ prouidere per cælum. Maneant
igitur cælum & terra in Domino suo qui fecit ea, &
vivant ex eo, & consistent ei & laudent eum: Nam
si ex se velint viuere, morientur; sicut scriptum est.

A mortuo, quasi qui non sit, parit confessio.

*Non mortui laudabant te, neque omnes qui descen-
dunt in infernum.*

Clamat enim alio loco Scriptura sancta, Peccator Prou. 18,
cum venerit in profundum malorum, conueniit.

Sed nos qui viuimus, benedicimus Dominum: ex hoc
nunc & vsque in seculum.

Rom. 5.

Matth. 1.

Ioan. 10.

1. Cor. 9.

Eccles. 17.

Prou. 18.

PSALMVS CXIV. ALLELVIA.

Dilexi, quoniam exaudivit Dominus vocem orationis mee.

Luc. 15.

CAntet hoc anima quæ peregrinatur à Domino: canet hoc ovis illa quæ erraverat: canet hoc filius ille, qui mortuus fuerat & resurrexit, perierat & inuentus est. Quid est enim, Dilexi, quoniam exaudivit Dominus; nisi dilexi, quoniam in hac spe sum positus, vt exaudiendum esse me credam? Non enim frustra hoc spero.

Quoniam inclinavit aurem suam mihi.

Rom. 18.

Ideo ergo exaudivit, quia inclinavit aurem suam mihi. Iam si queramus, vnde crediderit anima, quòd ad eam aurem Dominus inclinavit, nonne respondebit, quia prior dilexit nos, & Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eam? Quod mihi cum annuntiaretur, quomodo non crederem inclinasse Dominum aurem suam mihi, tanta misericordia præuenientem, tanta vocat one pulsantem?

Et in diebus meis invocavi.

In diebus scilicet meis, in diebus mortalitatis & peruationis, quæ detulit Deum, & merui carcerem, id est, tenebris ignorantie, & compedes difficultatis accepi. In his igitur diebus.

Circumdederunt me dolores mortui: pericula inferni inveniunt me.

Quæ non liberantem abs te, non inveniunt me. Ego autem illa non inveni: imò id est, non advertebam. Ambam enim deceptiones meas, & gaudens falsis prosperantibus seculi, veris periculis demergebar infirmi: sed cum mihi illuxit gratia tua, & causas tribulationis meæ ac doloris inveni, & nomen Domini invocavi.

O Domine! erue animam meam.

Rom. 7.

Tangam diceret; Et inter adversitates, & inter prosperitates huius seculi miserum me esse cognovi; quia illa premunt, ista decipiunt. Quis ergo me liberabit de corpore mortis huius, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Misericors Dominus & iustus, & Deus noster miserabitur.

Misericors primò, quia inclinavit aurem suam mihi; iustus, quia facit me agnoscere vnde contereret; & rursum misericors, quia ad hoc vt invocetur & miseretur.

Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum: & liberauit me;

Custodit paruulos, quos vult esse perfectos, & in seruitutem pro superbiis lapsos, per humilitatem facit liberos.

Convertere anima mea! in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

Convertere, inquit, anima mea, quia conuersionis facultatem ab illo habes qui bene fecit tibi.

Quia exemit animam meam de morte.

Exempta est à morte anima, etiam mortali adhuc carne circumdata, quæ ex infidelis fidelis effecta est; & præter illam perfectam æternam à cunctis laboribus requiem, quam adipiscitur, preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius; habet etiam in hac vita requiem suam anima quæ de morte infidelitatis exempta est, & quæ non ab operibus iustitiæ, sed ab iniquitatis abstinentia actione. Talis autem anima, quæ iam viuit Domino & motua est mundo, quæ spiritali industria vigilanter intenta, in humilitatis & mansuetudinis non pigra, sed quietæ tranquillitate requiescit: pro adeptis iam habet, quicquid non dubia spe patienter expectat. Et idè addit, & dicit.

Oculus meos à lacrimis, pedes meos à lapsu.

Hæc bona non temporalis vite sunt, sed æternæ: nec obtinere possunt mortali carne circumdati, vt non

fleant, non gemant, & nulla tentatione pulsentur. Spes ergo Sanctorum, qui secundùm id quòd Spiritus Dei aguntur, iam in carne non sunt, meritò de his gaudet & gratias agit, quæ sibi à veritate promissa sunt. Denique vt hæc se non iam habere, sed speratae monstraret.

Rom. 8.

Placebo (inquit) Domino, in regione vinerum.

Non ergo ad plenum Domino placet, qui adhuc est in regione mortalium: nec potest talis esse in vita occidua, qualis futurus est in æterna.

PSALMVS CXV. ALLELVIA.

Credidi, propter quod locum sum.

TAm reprobi sunt, qui verum quod credunt, non loquuntur, quàm qui verum quod loquuntur, non credunt. Perfecta ergo huius fides est, qui dicit non tantùm credidisse, sed & propter hoc locutum esse, quia credidit.

Ego autem humiliatus sum nimis.

Cur addidit, Ego autem, cum possit dicere, Locutus sum, & humiliatus sum? nisi, quia homo veritatem prædicans, humiliari potest ab his qui veritati contradiunt, non ipsa veritas, quàm qui credit, eloquuntur. Ego credidi propter quod locutus sum.

Eo autem dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.

Exstas hic pavor intelligitur, quoniam martyrum vox est, instante cruciatur vel morte trepidantium, & agnoscitur non esse vitium suatum, vt quæ inferuntur, evincant: atque idè mendacem inveniunt humanam infirmitatem, quæ non possit non fallere, præsumens de viribus suis: cum fortitudo patientiæ ex Deo sit, qui & constantiam dat non timentis, & fiduciam reparat formidanti: quoniam verax est, dicens: Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dicitur autem exstas, etiam cum mens non in pauore alienatur, sed aliqua inspiratione revelationis adsumitur.

Matth. 10.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

Hoc dicens, proficitur sibi aliud retributum à Domino, quàm merebatur: id est, pro malis recepisse se bona, & querit quid ipse reddat pro bonis: nec aliud inuenit nisi quod Dominus ipse donauerit, & dicit.

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.

Quis istum dat calicem, nisi qui ait, Potestis calicem bibere, quem ego bibiturus sum? & dans exemplum patendi, consulit donum, redimens ipsam infirmitatem suorum sanguine suo; & dans premium imitationis ipsorum, vt feret.

Matth. 10.

Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.

Emit enim eam sanguine suo, quem fudit Dominus pro feruis: vt & ferui pro Domino suo fundere non timerent: Cum tamen & Domini mors, & feruorum, feruis esset profutura, non Domino.

1. Joan. 3.

O Domine ego servus tuus: ego servus tuus, & filius ancille tue.

Tangam diceret; multi se martyres dicunt, multi feruos tuos se profitentur, quia nomen tuum habent in vitiiis, hæresibus & erroribus: sed quia præter Ecclesiam tuam sunt, non sunt filij ancillæ tue: ego autem, & servus tuus, & filius ancillæ tue.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis.

Tu me, inquit, seruum tuum, tu fecisti filium ancillæ tue, qui capivitatis meæ vincula dirupisti; & idè laudis tibi hostiam debeo, quia tuâ gratiâ sum quod sum, & in tuâ est mihi gloriâ gloriamdum.

1. Cor. 15.

Vota mea Domino reddam.

Quisquis bene cogitat quid voueat Domino, & quæ vota reddat, seipsum voueat, seipsum reddat.

Sent. est. 15.

Hoc

Math. 22.

Hoc exigitur, hoc debetur. Imago Cæsaris reddatur Cæsari. Imago Dei reddatur Deo. Sed sicut videndum est quid offeras, ita etiam considerandum est vbi offeras.

In arvis, inquit, domus Domini.

Quæ autem domus Domini, nisi populus eius? Idè sequitur.

In conspectu omnis populi eius.

Quid est autem populus eius, nisi quod addit?

In medio tui Hierusalem.

Hierusalem vero interpretatur visio pacis. Tunc ergo quod offertur, gratum est, si de pace atque in pace reddatur. Qui autem non sunt filij huius ancillæ, bellum quàm pacem potius amauerunt.

PSALMVS CXVI. ALLELVIA.

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Rom. 4.
Galat. 3.

IN sine superioris Psalmi ne in Hierusalem Iudæi gloriantur, & hanc dignitatem sibi Israël etiam carnalis adsumeret, qui sint Israëlites, & in quibus sit Hierusalem, Psalmi huius principio demonstrantur omnes, scilicet, facti, & omnes populi, qui per imitationem fidei facti sunt filij Abraham, & spiritale semen Israël.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.

Confirmata est misericordia Domini super nos, cum eius nomini, per quod liberati sumus; inimicorum gentium turbida ora cesserunt, & quem negando blasphemauerunt, credendo laudauerunt. Veritas autem Domini manet in æternum, siue in his, quæ promissæ iustis, siue in his, quæ minatur est impiis.

PSALMVS CXVII. ALLELVIA.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Coloss. 1.

Sed hic confessio non penitentium est, sed laudantium Dominum; quibus per gratiam præstitum est, vt eruerentur de tenebris, & potestare tenebrarum, & transferrentur in regnum filij Dei: ob hoc solum, quia Deus bonus est, & eâ misericordia miseretur, quæ permanet in æternum.

Dicat nunc domus Israël quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Ephes. 6.

Domus Israël & domus Aaron, ipsi sunt omnes qui timent Dominum; pusilli scilicet atque maiores. Ex quibus, siue Iudæis, siue gentibus, vnus factus est populus concurrens in vnum gregem ad vnam pastorem Iesum Christum; quæ societas in eius gratia facta est qui bonus est, & cuius misericordia æterna est & æternos facit.

In tribulatione inuocauit Dominum, & exaudiuit me in latitudine.

Qui tribulatur, in angustia est: sed qui exauditur, latitudinis infinitate suscipitur.

Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo.

Ioan. 16.

Apostolus dicit, Non aduersus carnem & sanguinem nobis, quod est homo iniquus; sed aduersus principes & rectores tenebrarum, esse certamen. Quorum autem tenebrarum, nisi hominum diabolo subditorum? non ergo metuit quid ei faciat homo, qui ipsius incertorem Dei vincit auxilio.

Dominus mihi adiutor est: & ego despiciam inimicos meos.

Siue ex malis hominibus, siue ex malis angelis, despiciet inimicos is, cui adiutor est Dominus.

Bonum est considerare in Domino, quàm considerare in homine.

Etiam si bonus homo, aut bonus angelus adiuet, non in eis, inquit, confidam; sed in Domino, qui me per illos iuuat.

Rom. 13.

Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.

Principes & homines & angeli possunt intelligi sed in neutris spes collocanda est: quia potestas non est nisi à Deo.

Omnes gentes circumdederunt me; & in nomine Domini ultus sum eos.

Circumdantes circumdederunt me; & in nomine Domini ultus sum eos.

Circumdederunt me sicut apes: & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Ipsum Dominum caput Ecclesiæ intelligimus, circumdatum à persecutoribus, sicut circumdat apes fauam. Sed mystice significatum est quod concursus ad persequentes, fauus autem ad credentes pertinet. Quoniam impij, nescientes quid facerent, dulciorem cruciandum fecerunt, vt gustemus & videamus quàm suavis est Dominus: Quòd autem exarserunt, sicut ignis in spinis; ad totum corpus Christi, id est populum eius, melius refertur. Omnes gentes circumdederunt me, quia ex omnibus collectus est genibus, & vbique in eum exarserunt persecutionis incendia. Sed ultus est persequentes; quia extinctâ malitiâ facti sunt Christiani. Siue quia omnes qui pertinaciter infideles fuerunt, quem sperauerunt vocantem, sententiam iudicantem.

Impulsus, eversus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me.

Tanquàm cumulus arenæ versatus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. Multitudinem Fidelium in vnitatem fidei congregatam persecutorum gentium non habuit quòd impelleret. Et quomais nullum vexando versaret, conuelleret tamen ac proicere non potuisset, quia ab omnibus simul in eum creditum est, quia & singulos & vniuersos vbique suscepit.

Fortitudo mea & laudatio mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Qui sibi sua fortitudo, & sua volunt esse laudatio, cadunt. Quorum autem fortitudo & laudatio est Dominus, tam non cadunt, quam non cadit Dominus. Et idè eis factus salus; non quia ipse aliquid cepit esse, quod non erat; sed quia salutem in eo, quam aucti non habuerant, ceperunt habere conuersi.

Vox exultationis & salus in tabernaculis iustorum. Scientia persequentium spem Sanctorum internis gaudiis priuare non poterat: nec valebant impij eorum auferre læticiam, quorum nequibant expugnare patientiam. Vnde & Apostolus dicit: *Quasi tristres, semper autem gaudentes.*

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem.

Magna virtus exaltare humilem & desiccare mortalem, præbere de infirmitate perfectiõnem, de subiectione gloriam, de passione victoriam. Sed quia non homo se exaltauit, non homo se perfecit, non homo sibi gloriam dedit, non homo vicit, nec ipse sibi salutem fuit, piliuam confessionem laudem Dei repperit; *Dextera Domini fecit virtutem.*

Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.

Vox Ecclesiæ est, non in se, sed in Domino gloriantis. Extinguendum Dei populum persecutores arbitrabantur; sed aucta est Ecclesiæ, & vbique Christus martyrum gloria est, in quorum passionibus Domini opera prædicantur.

Castigatus castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.

Non ergo quicquam viribus suis licuisse arbitretur fremitus impiorum; non haberent istam potestatem, nisi

nisi desuper daretur. Sæpe filios suos paterfamilias per nequissimos seruos emendari iubet; cùm illis hereditatem, his compedes præpararet. Quæ est ista hereditas? auri est & argenti? an gemmarum? an fundorum, & æmorumve prædiorum? Vide qua intetur, & cognosce quid sit.

Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in ea confitebor Domino.

Psal. 83.

Intra portas iustitiæ, vox est confessionis & exultationis. *Beati enim qui habitant in domo Domini, in secula seculorum laudabunt te.*

Hac opera Domini, iusti intrabunt per eam.

Hæc porta illius est Hierusalem, quam nemo incircumcisus, nemo intrat iniustus, ubi dicitur, *Canes foras.*

Confitebor tibi Domine, quoniam exaudivisti me: & factus es mihi in salutem.

Confessio hæc laudis est, non vulnera medico ostendens; sed de percepta sanitate gratias agens ei qui ipse est salus.

Lapidem quem reprobaerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.

Ephes. 2.

Vt duos conderet in semetipsum; in vnum novum hominem, faciens pacem, & reconciliaret utrosque in vno corpore Deo, circumcissionem scilicet & præputium.

A Domino factus est.

Quamvis enim non esset lapis angularis, nisi passus esset; non tamen hoc ab eis, à quibus passus est, factus est: Nam illi qui edificabant, reprobaerunt; sed in eo quod Dominus occultè ædificabat, fecit in caput anguli, quem reprobaerunt.

Et est mirabilis in oculis nostris.

In oculis interioribus hominis: in oculis credentium, sperantium, diligentium.

Hæc dies est quam fecit Dominus: exultemus & incedamus in ea.

Dies quo mihi salutem dedit, dies quo ille Mediator Dei & hominum factus est in caput anguli.

O Domine saluum me fac! O Domine bene prospera, Saluum fac quia dies salutis est, prospera iter à peregrinatione redeuntibus, quia tu nobis factus es via.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Ioan. 7.

Maledictus ille, qui venit in nomine suo, quem suscipient qui Dei Filium non receperunt.

Benediximus vos de domo Domini.

Vox ista magnorum est ad puillos; eorum scilicet magnorum, qui verbum Dei Deum, sicut in hac vita possunt, nente contingunt; & tamen sermonem suum propter patulos temperant.

Deus Dominus, & illuxit nobis.

1. Tim. 2.

Illuxit nobis mediator Dei ille & hominum, homo Christus Iesus, qui & Deus æqualis Patri, quod fecit credi, fecit intelligi.

Constituisti diem festum in frequentationibus: usque ad cornu alsaris.

Id est, vsque ad interiorem domum Dei, de qua nos bene diximus: Vbi sunt altaris excelsa, vbi spiritale sacrificium laudis perpetuæ. Vbi est sacerdos æternus, & altare sempiternum, ad quod non tepidè, neque segniter, sed in frequentatione currendum est, vt de Filio Deo, qui propter nos caro factus est, non iam humiliter secundum carnem, qua conformis nobis esse dignatus est, sed sublimiter secundum diuinitatem, quæ Patri æqualis est, *sentiamus.

Deus meus es tu, & confitebor tibi; Deus meus es tu, & exultabo te.

Confitebor tibi Domine, quoniam exaudivisti me, & factus es mihi in salutem.

Non strepitu ista verborum dicentur in illa domo, ad quam vt intramus hortatur; sed dilectio inhaerens Deo, ipsa erit vox laudationis æternæ.

Constituisti Dominum quoniam bonus, quoniam in seculum misericors: dia eius.

Iisdem verbis Psalmum quibus inchoauerat, claudit, quia ab initio vsque in finem debet in nobis laudationum Dei perscrutare confessio.

PSALMVVS CXVIII. ALEPH.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

BEati esse non possunt, nisi immaculati. Immaculati autem non sunt, nisi qui in viâ ambulant: via vero non est, nisi lex Domini. Quærens ergo beatitudinem, immaculatus in via sit & in lege Domini, quæ beatorum via est; ambulet, id est, non sit otiosus.

Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.

In via Domini hi sine dubio ambulant, qui scrutantur testimonia eius; sed quia multi volunt habere scientiam sine operibus, merito addidit: *In toto corde exquirunt eum.* Tunc enim testè queritur Deus, si non per ipsum alia, sed per omnia ipse queratur. Beatitudo autem quærentium Dominum, in huius vitæ laboribus non potest esse perfecta. Sed Beati iam dicuntur, qui hoc sine dubio tunc futuri, quia in via ambulant immaculati, & scrutantes testimonia legis Domini, in toto corde exquirunt eum. Spe ergo beati sunt, quia talibus beatitudo promissa est.

Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.

Hic queritur, cùm iniquitas peccatum sit, & non operentur peccatum qui ambulant in viis Domini, quomodo illi Sancti in viis Domini ambulauerunt, qui dicunt; *Si diximus quia peccatum non habemus,*

nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est? Ergo & peccatum habuerunt, & in viis Domini ambulauerunt, secundum Paulum dicentem, *Si quod nolo, ego hoc facio; non operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*

1. Ioan. 1.

Rom 7.

Itaque nec operantur peccatum qui ambulant in viis Domini, & tamen non sunt absque peccato; quia iam non ipsi operantur illud, sed quod habitat in eis peccatum. Non autem ipsi operantur illud, quando illicitis desideriiis consensum non accommodant voluntatis. Veruntamen cùm omnes Sancti, in carne degentes, etiam tunc dicant; *Dimittite nobis debita nostra.*

Math. 6.

Quomodo intelligitur immaculatos eos in via Domini ambulare, quos oportet quotidiana oratione remissionem peccatorum? nisi quia verum est, ambulantes in via Domini nullis consentire criminibus, & tamen quibusdam cogitationum carnalium obreptionibus titillari, & ob hoc eis necessariam quotidianam remissionem, vt fiant immaculati; quoniam, & hoc ipsum ad viam pertinet Domini, de qua non recedit, qui se immaculati semper exponit.

Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

Nimis, siue ad mandantem, siue ad custodientem referas, non pro eo, quod est plus quam oportet, accipiendum est: sed pro, valde. Valde enim mandantur, & valde custodienda sunt præcepta diuina.

Vitænam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Dedisti, inquit, mandatum, & custodiri illud præcepisti: sed vitænam præbeas & auxilium, vt possim facere, te iuuante, quod faciendum didici, te docente.

Tunc non confundar, cum perspicio in omnia mandata tua.

Dum, inquit, directæ fuerint viæ meæ per gratiam tuam, tunc inspectione mandatorum tuorum non confundar, * quæto non vitilis auditor, sed effi- * quierocax factor.

Confitebor tibi Domine! in directione cordis: in eo quod didicisti iudicia iustitiæ tuæ.

Si directum fuerit iter meum & cor meum, te prædico Domine ! te laudabo, & tui esse hoc operis confitebor.

Iustificaciones tuas custodiam.

Hoc est, faciam quod iubes, si me adiuveris.

Non me delinquas usquequaque.

Non ita accipiedum, quasi in aliquo te relinquit vel it; sed hoc petit, ne penitus desatur, & ita potius, vt ab eo nunquã & nusquã diuinum abcedat auxilium.

B E T H.

In quo corrigis adolescentem viam suam ? In custodiendo sermones tuos.

Interrogatio est, in quo iunior viam suam corrigat; & respondetur quòd correctio eius hæc fit, vt Dei verba custodiat. Sed quæritur quis iste fit iunior, cuius illa correctio est: & mens funt multi conuertantur ad Dominum, per quamlibet seram obseruantiam mandatorum. Bene ergo iste iunior intelligitur populus nouus, per Christi gratiam renouatus, qui ab erroris veteris via, verbum fidei custodiendo, corrigitur.

In toto corde exquisisti te: ne repellas me à mandatis tuis.

Fecisti, inquit, vt toto corde meo exquirerem te; fac vt in mandatis tuis maneam: quæ vt mihi possibilia sint, adiuua me, & noli me ab eis repellere: id est, noli mihi auxilium tuum subtrahere.

In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

Benedictus es Domine; doce me iustificaciones tuas.

Quid adhuc eloquia Domini quærit discere, quæ iam abscondit in corde? Quod vtique non fecisset, nisi ea didicisset. Vt quid addit, & dicit, *Doce me iustificaciones tuas*: nisi quia eas vult faciendo discere, & operandi notitiã comprehendere, non loquendi tantum facilitate & memoriæ recodatione retinere?

In labiis meis enuntiaui omnia iudicia oris tui.

Nihil, inquit, iudiciorum tuorum tacui, sed omnia prorsus in labiis meis enuntiaui, ea scilicet, quæ mihi ore tuo, id est eloquiorum tuorum prædicatione dixisti.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.

Coloss. 2. *Via testimoniorum Dei Christus, in quo sum omnes thesauri sapientia & scientia absconditi. In hac ergo via, quasi in omnibus diuitiis delectatur, qui videt per illum multa erga nos testimonia diuinæ dilectionis impleta, & non dubitat, quæ expectantur, implenda.*

In mandatis tuis exercebor; & considerabo vias tuas.

Psal. 14. *Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas; quarum plenitudo inuenitur in Christo, in quo omnis Ecclesia, contra inimicos fidei Christianæ, copiosis disputationibus exercitur.*

In iustificacionibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.

Idè vtique meditabor, vt non obliuiscar sermones tuos; meditabor vt non obliuiscar: meditatio enim non obliuiscendi, est perseuerantia operandi, propter quod postulauit adiutorium gratiæ, dicens; *Benedictus es Domine, doce me iustificaciones tuas*; vt quod sermone nouerat, etiam opere completeret.

G H I M E L.

Retribuere seruo tuo, uiuifica me: & custodiam sermones tuos.

Quatuor sunt retributiones: aut enim mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem æternum retribuitur est impiis: aut bona pro bonis, sicut regnum æternum retribuitur est iustis: aut bona pro malis, sicut Christus pro gratiam iustificat impiis: aut mala pro bonis, sicut Iudas per malitiam persecutus est Christum. Harum quatuor retributionum, duæ priores pertinent ad iustitiam, vt retribuatur mala pro malis, bona pro bonis. Tertia pertinet ad misericordiam, vt retribuatur bona pro malis. Quartam Deus necit: Nulli enim malum pro bono retribuit. Hæc

autem quæ tertio loco posita est, primitus necessaria est. Nisi enim Deus retribuere bona pro malis, nullo modo essent quibus retribuere bona pro bonis.

Sent. est 16. Abac. 2. Gal. 5. * per di. nem.

Qui ergo dicit, *Retribuere seruo tuo*: & addidit, *Uiuifica me*, & *custodiam sermones tuos*: scit iustum esse viuere, quæ operatur * pro dilectione. Et quia mortuus erat per suam iustitiam, petit fidei vitam per Dei gratiam: quam profectò non peret, si omnino non crederet, id est, omnino non uiueret. Sed quia id quod accepterat ad desiderandum, non sufficiebat ad obediendum, poscit se iustificari: hoc est, eam in se fidem, quam accepit, augeri: vt uiuificetur per omnem diem, qui renouatur de die in diem.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Da, inquit, mihi intellectum, quo possim mirabilia tuæ legis inspicere, & virtutem præceptorum tuorum videre.

Incola ego sum in terra: ne abscondas à me mandata tua.

Ibi quisque est peregrinus, ubi absens est à patriâ suâ. Iste ergo qui superne Hierusalem cinis adscriptus est, peregrinus se proficitur in terra; quia certus est de hæreditate promissa: *Sed quia tensaria est uita humana super terram*, petit ne in tempore tribulationis & difficultatis, abscondantur ab eo mandata Dei, quæ vtique in medio constituta sunt, & possunt etiã ab impiis sciri: Nam quem latet breuissimum plenissimumque mandatum: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &

Vide sent. 17. Job 7.

Matth. 4. ex tota anima tua, & ex tota mente tua? Et: *Diliges proximum tuum sicut teipsum; in quibus duobus mandatis tota lex pendet, & Propheta.* Quomodo ergo hic terræ incola orat, vt ab eo non abscondantur, quæ penè neminem latent, nisi quia dominorum posse paucorum est, & consequens est vt ei mandatum dilectionis sit absconditum, quia aliud pro alio diligit; & qui errat in Domini amore, errat etiam in proximi charitate? Ret- èd itaque qui incola est in terra, & qui terrena non diligit, postulat sibi mandatorum Dei scientiam reuelari, ne vel in Dei, vel in proximi dilectione fallatur.

Concupiuit anima mea desiderare iustificaciones tuas in omni tempore.

Concupiuit, inquit, iustificationum tuarum desiderium habere usque in finem. Tu enim me iustificas, tua me facit gratia iustum & bonum: mihi est semper hoc desiderare, & in hoc tuo præsidio delectari. Alioquin iustus non ero, si aut defuerit mihi gratia tua, aut insufficiet me superbia.

Increpasti superbos: maledixisti qui declinant à mandatis tuis.

Illam increpationem hinc intelligenda est, quam primi hominum genitores sua transgressione meruerunt, declinantes à mandato Dei per superbiam, quam concupiuerant, non quod Deus diligendum præcepit; sed quod diabolus inuidendo persuasit. Omnis itaque superbus huic increpationi subiectus est, siue hæreditario, siue voluntatis arbitrio.

Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

Vox ista Ecclesiæ est, iam diligentis inimicos suos, Matth. 5. & orantis pro persecutoribus suis. Dicit itaque omnis Christianus, dicant omnia membra corporis Christi: *Aufer à me opprobrium*, quod idè audio: *Contemptum*, quod idè contemnor: Quia testimonia tua, id est, martyria tua, exquisiui, vt inimici nostri inde uenerentur, vnde contemnant, cum quos persequendos putauerunt, intellexerint honorandos.

Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur.

Inde persecutio grauis erat, quia eam sedentes, id est, iudicialis sedibus eminentes principes detrahebant: quod & in ipsam caput, & in corpus eius actum esse non dubium est.

Seruus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Qualis exercitatio hæc fuerit, sequentia docent. Nam & testimonia tua meditatio mea est; & consilium meum iustificationes tuæ sunt.

Si ergo exercebatur seruus Christi, vt contra persequentes dilectione erraret. Consilium scdendum principum fuit, inuentos martyres perdere; consilium patientium Martyrum fuit, inimicos perditos inuenire: reddebant illi mala pro bonis, isti bona pro malis. Quid ergo mirum, si isti occidendo defecerunt; illi motiendo vicerunt?

Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum.

Qui se vivificari petit, quoniam adhæsit pavimento anima eius, videtur hoc pofcere, vt à terrenis cupiditatibus eratur: Sed non talia verba præmissa sunt; vt de eo qui dicebat: Nam & testimonia tua meditatio mea, & consilium meum iustificationes tuæ, credendum sit quod tenetæ magis conuersioni inhæserit quam cœlesti. Non ergo à concupiscentiis mundi auelli, nec à carnis societate separari, sed ab affectibus carnalibus optat abingi; vt illa concupiscentia quæ concupiscit aduersus spiritum, magis comminuat; & concupiscentia quæ concupiscit aduersus carnem, persueuantibus profectibus augeatur. Nemo est enim, cuius animam corruptibile corpus & inhabitatio terrena non aggrauet, nec incorruptibile hoc induatur incorruptionem; & verbum Dei, quo vita æterna promittitur, impletur.

Vias meas enuntiasti, & exaudivisti me: & docet me iustificationes tuas.

Peccata, inquit, mea confessus sum, & exaudivisti me: enuntiasti vias meas, & delesti eas: doce me tuas. Non ergo eas iustificationes vult dicere, in quibus exercebatur: sed ab illis ad illas desiderat peruenire.

Viam iustificationum tuarum insinua mihi: & exercebor in mirabilibus tuis.

Hæc preterea, magis profectibus concupiscit augeri. Sunt autem quædam iustificationes tam sublimes, atque mirabiles, vt hi qui experti non sunt, putent ad eas humanam infirmitatem peruenire non posse.

Dormitavit anima mea præ sædio: confirma me in verbis tuis.

Fatigor namque ex infirmitate, & relabor ex tædio: confirma me in promissionibus tuis: atque per ea quæ dedisti, enitar ascendere, vt dormitans in infirmitatibus meis exciter, atque inciter in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.

Ne lex factorum, per quam abundavit peccatum, ad iniquitates me adducat infirmitum. Lege, inquit, tua, hoc est, lege fidei, miserere mei, vt per gratiam tuam faciam, quod per me ipsum non valco.

Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Adhæsi testimoniis tuis Domine: noli me confundere.

Viam veritatis elegi, vbi currerem; iudicia tua non sum oblitus, vt currerem. Adhæsi testimoniis tuis, cum currerem, Domine! noli me confundere. Quomodo quod curro, pertendam: quo tendo, perueniam: Non enim volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

Cordis dilatatio, veritatis est dilectio; quod Dei munere fit, vt ei non timore pœnæ, sed amore iustitiæ feruatur, cum charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Ideo ergo iste viam mandatorum Dei cucurrit, quia cor eius Dominus dilatavit.

Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.

Qui viam mandatorum Dei se dilatato corde cucurrisse iam dixerat, quomodo nunc legem sibi postulat

poni: nisi quia proficiens loquitur, & donum Dei nouit esse quod proficit: & vt magis magisque proficiat, quod habet, à quo accipit, poscit augeri. Ergo & cucurrit hæc viam, & currere cupit: exquisiuit & exquirere amat, donec perfectum sit gaudium sine fineculo amittendi, quod vt apprehendat, semper exquirat.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam; & custodiam illam in toto corde meo.

Ergo altiudinem & profunditatem legis nemo penetrat, nisi qui intellectum acceperit. Cum autem plenitudo legis sit dilectio, & ille legem intelligat, qui opera mandatorum eius exequitur; profectus hic illam sibi charitatem multiplicari petit, quia Deus proximisque diligitur, vt huius duplicis mandati, de quo pendet tota Lex & Prophetæ, perfectam habeat scientiam, eamque toto corde custodiat.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quoniam ipsam volui.

Quam prius dixit viam iustificationum, eandem dicit semitam mandatorum: quia angusta via est, quæ ducit ad vitam: Et cum sit angusta, nisi dilatato corde non currit. Sed quoniam adhuc ille proficit & adhuc currit, ided iuuenim quo deducatur querit auxilium.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auariti-

am. Qui cor suum inclinari in aliquid petit, plenius & perfectius id, quàm vult, velle desiderat. Volens enim cum diceret, Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quoniam ipsam volui. Et orat vt velit, cum dicit: Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auariti-

am. Orat ergo vt in ipsa voluntate proficiat, & cor non in auaritiâ; sed in testimonia Dei habeat inclinatum: quæ & testimonia hoc insinuant, hoc docent vt Deus gratis colatur. Quia si cor non in auaritiâ sit declinatum, Deum non colimus nisi propter Deum, vt Dei cultus ipse sit merces: Nam qui Deum ided colit, vt aliquid aliud promeretur quàm ipsum, non quem colit, diligit; quia non ipsum, sed aliquid concupiscit.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua vivifica me.

Auerte, inquit, oculos meos, non corporeos; quoniam inruitus etiam nolens multas vanitates videt; sed cordis oculos, ne intenti sint vanitati, ne humanam gloriam quærant, nec cum boni aliquid appetunt, non dilectione ipsius summi boni, sed amore presentis utilitatis & laudis hoc faciunt: ne postremò iustitiam suam ad se magis quàm ad Dominum referant, & in se magis quàm in Domino glorientur. Hanc ergo vanitatem perhorrescens, meritò adiecit: In via tua vivifica me, id est, in Christo, qui est contrarius vanitati: & non solum via est, sed & vita & veritas.

Statue sermo tuo eloquium iuniorum: in timore tuo.

Stabile sit eloquium Dei in corde nostro, cum fit quod eodem iubetur eloquio, & auellitur, cum contrarium opus agitur. Petit ergo seruus Dei, vt in eo confirmetur obedientia perseverans, quæ de statu suo nullo malæ actionis moueatur impulsu; quod non habetur nisi per spiritum & castum timorem, quo cauetur ne offendantur charitas, non quo metuitur ne damnetur impietas.

Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua sanauit.

De occultis cordis alieni temerè iudicare, peccatum est, & eum cuius non videntur opera nisi bona, ex suspitione reprehendere. Hoc ergo opprobrium, hoc suspitionis vitium, hic qui vult esse perfectus, à se optat auferri. Quoniam eorum quæ incognita homini sunt, solus Deus iustus inspector est: & iudicia eius sanauit sunt, quoniam vera.

Ece concupui mandata tua, in iustitia vivifica me.

Fecisti me, inquit, cupidum mandatorum tuorum, fac

Sent. est 18. Sap. 9. I. Cor. 18.

Rom. 13.

Matth. 21.

Sent. est 19. Matth. 7.

Sent. est 20.

Ios. 14.

Rom. 5.

Rom. 9.

Rom. 5.

Sent. est 21.

fac & efficacem; adiuta vt faciam quod commendas, dona ipse quod mandas. Quia in me vnde moreter habui, vnde autem viuam, non inuenio nisi in te, qui homini tuo omnem equitatem in tua & proximi dilectione posuisti.

V A V.

Et veniat super me misericordia tua, Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

Quid poscit, nisi vt mandata quæ concupit, per eius misericordiam faciat, quæ mandauit? Et quæ est misericordia, nisi Christus? Et secundum quod eloquium nisi secundum verbum promissionis, quod vocata sunt ea quæ non erant, tanquam essent: Quia & quibus promissum est, etiam ipsi promissi sunt, vt totum corpus Christi dicat: *Gratia Dei sum, quod sum.*

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum; quia speraui in sermionibus tuis.

Verbum exprobrantibus, a verbum Respondebo, ambiguum est: sed vtique Christus sonat: ipsum enim nobis exprobrant, à quibus est crucifixus, vel scandalum, vel stultitiam: ignorantes quia *verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Quod verbum in principio erat, & apud Dominum erat. Sed et ipsi exprobratores non verbum exprobrant, quod eos later, quia diuinitas huius ab eis non cognoscitur, à quo infirmitas in cruce continentur; nos tamen omnibus exprobrantibus verbum respondeamus. Parum est enim in corde habere Christum, nisi quod corde credimus, ore profiteamur. Sed hoc ita demum fieri poterit, si in promissis Dei spes fuerit firma credentis.

Et ne auferas à me verbum veritatis vsque valde.

Hoc est, non ita conturbet sub persecutionis flagello, vt à me penitus auferatur cōfessio veritatis; quia multi qui ad horã negando ceciderunt, postea penitendo reparati sunt, & palmã quam perdididerant, resumpsērunt.

Quia in iudicijs tuis super speraui.

Id est, quia iudicia tua, quibus me corripis & flagellas, non solũ mihi non auferunt spem, sed etiam augēt, dum quem diligis, corripis; flagellas autem omnem filium, quem recipis. Et ideo plerumque eum, qui sibi fortis videbatur, infirmari finis: vt præsumptio auferatur, & perfeuerantia virtus ex tua opitulatione reparetur.

Et custodiam legem tuam semper; in saculum, & in saculum sæculi.

Quod dixit, semper, ne ad omne istius vitæ tempus tantummodo referretur, adicit, Et in saculum sæculi. Lex autem, quã perpetuò custodite desiderat, charitas accipienda est, quia ipsa est plenitudo legis: & cessantibus cæteris mandatis, sola permanet in æternum.

Et ambulabam in latitudine; quia mandata tua exquisiui.

Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum; & non confundabar.

Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde. Et dilexi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi; & exercebar in iustificacionibus tuis.

Superiores versus precationem habuerunt, quã adiutorium gratiæ postulatum est. Hi autem narrationem habent, quã ostenditur quid gratia petita contulerit, tanquam diceret: Hæc cum orarem, exaudisti me, & ambulabam in latitudine, id est ambulabam in charitate, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hic est ille Spiritus in quo clamamus, Abba Pater, ac per hoc ipse est quod mandata Dei exquisiuit: qui acceptus etiam hoc agit, vt largiùs accipiendus petendo, quærendo, pulsando quæretur. Per hunc itaque dilectionis Spiritum confirmatus est, vt in conspectu Regum non confunderetur, vt in mandatis Dei cogitationem suam exerceret, & valde eadem mandata diligeret; eleuans manus suas, non ad terrena opera, sed ad cœlestia, exerceret in iustificacionibus Dei.

Z A I N.

Memento verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti, Hac me consolata est in humilitate mea, quia verbum tuum viuificauit me.

Cum dicitur Deo: Memento, orantis desiderium, quo promissum accelerari possit, ostenditur, non Deus, quasi id ei a recollectione exiderit, admoneatur. Memento ergo, inquit, verbi tui seruo tuo, hoc est, imple promissum tuum, in quo mihi spem dedisti, hoc est, in quo verbo me sperare fecisti. Hæc me consolata est in humilitate mea. Hæc scilicet spes mea consolata est, quæ data est humilibus, dicente Scriptura: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Quia verbum tuum viuificauit me: quia fecit me in te sperare, & non deficere in tribulatione.

Superbi iniquè agebant vsque valde: à lege autem tua non declinauit.

Superbos intelligi voluit persecutores humilium, hoc est, impios persecutores piorum, & ideo subiecit, *A lege autem tua non declinauit*, quia hoc cum facere perfectio compellebat.

Memor fui iudiciorum tuorum à saculo Domine: & consolatus sum.

A sæculo, inquit, ex quo genus hominum sumpsit exordium, memor fui iudiciorum tuorum: & quia probauit quod omnes viae tuæ misericordia & veritas, consolationem accepi in auxilio gratiæ tuæ, & per ipsa quoque vasa iræ, intellexi diuinitas gloriæ tuæ, in vasa misericordiæ.

Tædium detinuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant iustificaciones tua, in loco incolatus mei.

Quamuis tædium pateretur à peccatoribus, cum quibus eum præsentis vitæ peregrinatio detinebat; tamen cantabiles ei erant iustificaciones Dei, quia peregrinantem gratia solabatur.

Memor fui in nocte nominis tui, Domine: & custodiu legem tuam.

Nox est in æternum. Nam mortalitatis nox in superbis iniquè agentibus: nox in tædio peccatoribus derelinquentibus Dei legem: nox est postremò in loco peregrinationis huius, donec veniat Dominus, & illuminata tenebrarum. In hac ergo nocte memor debet esse homo nominis Domini, vt legem eius custodiat, & hoc ipsum ad gloriam Dei referat; quoniam, adiutorium nostrum in nomine Domini.

Hæc facta est mihi, quia iustificaciones tuas exquisiui.

Iustitias vtique tuas quibus iustificas impium, non meas, quæ non pium faciunt, sed superbium. Quæ est ergo de qua dicit, *Hæc facta est mihi*? non enim lex intelligenda est, quam masculino genere Græcus enuntiat, cum melius accipiatur de nocte: quia superius dixerat, *Memor fui nocte nominis tui*: Quæ facta est mihi, id est, vt prodesset mihi, quoniam hæc ipsa humilitas, in loco peregrinationis huius, quæ meritò nox intelligitur, prodesse eis qui salubriter exercentur in ea, vt discant non superbit, propter quod malum in istam noctem pulsus est homo.

H E T H.

Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam. Nisi quia ita erit portio cuiusque Dominus, cum legem ipsius custodierit. Sed quia hoc non fit sine adiutorio Dei, quod præcipiat obtineri, ostendit, adiungens, *Precatus sum faciem tuam in toto corde meo; miserens mei secundum eloquium tuum.*

Quid autem hæc prece obtinuerit, & in quem profectum peruenerit, consequenter ostendit, dicens, *Cogitauis vias meas: & auerti pedes meos in testimonia tua.*

Auerti, inquit, pedes meos à viis quæ mihi displicuerunt, vt irent in testimonia tua, atque ita haberent

Rom. 4.
1. Cor. 15.

Iacob. 4.

1. Cor. 1.

Ioan. 1.

Rom. 10.

Heb. 12.

1. Cor. 4.

Rom. 13.

viam. Quod autem hic positum est, Auerti pedes meos, in nonnullis legitur, Auertisti pedes meos: vt hoc Dei potius gratiæ tribuatur: Sed siue hoc, siue illud sit, dubitari non potest diuini esse muneris & cum rectè cogitamus, & pedes nostros ab errore reuocamus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, vt operemur operatur.

Paruus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.

Constitetur humiliter, ad custodienda mandata constantem se factum esse per gratiam.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legis tuae non sum oblitus.

Funes peccatorum, non ab eo quod sunt peccata declinatũ est: sed ab eo quod sunt peccatores: Funes itaque peccatorum, impedimenta sunt in imicozum, siue spiritualium, siue carnalium, qui Sanctos, pro Deo lege vique ad sanguinem decerant, quibuslibet difficultatibus implicare conantur: quibus eos à constantia patientiæ, quasi funibus ac rebus retraherant. Sed si implicanti corpus, non implicanti animum; in quo iste legis Dei non est oblitus, quia sermo Dei non est alligatus.

Media nocte surgebam ad consistendum tibi, super iudicia iustitiarum tuarum.

Media nox, profunda tribulatio est, quia non sic affligebatur, vt surgere non valeret. Surgebat autem, vt confiteretur Deo, iusto iudicio eius datam peccatoribus potestatem, quã Sanctos Dei deseruerant, quos adiuuat gratia Dei, vt huiusmodi exercitia facerent clariore.

Particeps sum ego omnium inimentium te: & custodientium mandata tua.

Vox ista, proprie ipsius capitis intelligenda est: non enim efficeretur particeps diuinitatis Christi, nisi ipse mortalitatis nostræ particeps fieret: per hanc autem participationem, eius nobis gratia subministratur, vt castè timeamus Deum, & custodiamus mandata eius. Ideò quippe Deus hominum, immortalis mortalium sublepit naturam, & participando suam fecit, vt granum caderet in terra, mortificatumque multum fructum faceret.

Miseriordia tua, Domine! plena est terra;

In eo vtique, quod iustificat impius, in cuius inefabilis gratiæ scientia, vt proficiatur adiungit.

Ei iustificationes tuas doce me.

T H E T H.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo, Domine, secundum verbum tuum.

Fecisti, inquit, Domine! vt me delectaret bonum, quod vtique magnum est tuum donum. Secundum verbum tuum, hoc est, secundum promissum tuum, vt firma sit promissio omni serui.

Suauitatem, & eruditionem, & scientiam doce me, quia in mandatis tuis credidi.

Auerti sibi ista poscit, & perficit ei gratia Dei, magis quicquid in omni dulcedine bonitatis. Docet autem Deus suauitatem, inspirando dilectionem: docet disciplinam, temperando tribulationem: docet scientiam, insinuando cognitionem. Quia mandatis tuis credidi, hoc est, credidi quod tu illa mandaueris, qui donas vt fiant: non autem homo, qui est potest notum facere præceptum obedientiæ, tamen tribuere non potest donum. Doce disciplinam, docendo patientiam: doce scientiam, illuminando intelligentiam: quoniam te credidi illa mandasse, qui Deus es, & homini donas vnde possit facere quod mandas.

Prisquam humiliarer ego deliqui; propterea eloquium tuum ego custodiu.

Propter primum, inquit, delictum humiliatus sum: & ne rursum humiliarer, eloquium tuum custodiu: ita per gratiam tuam profuit experiri pœnam, vt adquirem obedientiam,

Suauis es tu, Domine; & in tua suauitate doce me iustificationes tuas.

Vtè vult facere iustificationes Dei, quando eas in eius suauitate vult discere.

Multiplicata est super me iniquitas superborum. Eorum scilicet, qui super non profuit quod posteaquam deliquit, humiliata est humana natura.

Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Quantalibet, inquit, abundet iniquitas, non refrigeret in me charitas: ad hoc enim mandata tua amans scerutor, vt perfectiùs ea faciendo cognoscam.

Coagulatum est, sicut lac cor eorum: ego autem legem tuam meditatus sum.

Cor, inquit, superbiorum obduratum est: ego autem legis tuæ meditatione didici, quia superbis resistis, & humilibus das gratiam.

Bonum est mihi, quod humiliasti me; vt discam iustificationes tuas.

Pœnam conuertisti mihi ad disciplinam, & humiliationem ad eruditionem: quia iustificationes tuas ita cupio nosse, vt faciam. Non enim est vera scientia boni, nisi ad hoc cognoscatur, vt agatur.

Bonum mihi lex oris tui; super millia auri & argenti. Vt amplius dirigat charitas legem Dei, quàm diligit cupiditas millia auri & argenti.

I O D.

Manus tua fecerunt me & plasauerunt me.

Manus Domini, sunt potestas Dei, quæ efficit opera voluntatis suæ, vt nihil de Deo per nuncupationem manus corpore cogitemus. Quod si pluralis numerus mouet, accipiantur manus Dei virtus, sapientia; quod vtique vnus est Christus, qui & brachium Domini dicuntur. Accipiantur postremò manus Dei, Filius & Spiritus sanctus, qui & Spiritus sanctus cooperatur est Patris & Filij, tantum vt in natura incommutabilis deitatis nulla forma corpore sentiantur. Quod ergo ait, *Manus tuae fecerunt me, & finxerunt, siue plasauerunt me*: non incongruè ita discernitur vt fecerunt, ad animam, finxerunt verò ad corpus pertineat. Licet soleant hæc indifferenter posita reperiri. Hoc autem opus Dei, non solum in primi hominis conditione præcessit, in quo omnes feminalitacione sunt conditi: sed etiam in quotidiana singulorum hominum creatione perficitur: quia si operatoria illa Dei potentia ab hoc fe opere contineretur, cuncta deficerent.

Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.

Nunquid ita condita est humana natura, vt careat intellectu? Quid igitur sibi dari postulat, quod accepit, nisi quod peccati vitio ipsum primitus rationale corruptum est, & gratiæ munere reformandum est: Non enim sufficit naturæ quod ei remanet, nisi recipiat à reparatore quod perdidit. Dominus ergò Iesus in hoc Psalmo per Prophetam tanquam filij petiuit intellectum dari à Deo corpori suo quod est Ecclesia. Cum ipso enim vita corporis eius, hoc est populi eius abscondita est in Domino, & ipse in eodem corpore suo indigentiam patitur, & per id quod membris suis est necessarium.

Qui timeant te, videbunt me, & iocundabuntur: quoniam in verba tua speraui.

Præfens vni Sanctorum, timoris est, & laboris: sed habent spem lætitiæ & iocunditatis æternæ. Quia ergo adhuc timet Ecclesia, & nondum fe videt in eo regno, vbi secura gaudebit, ipsa est quæ videbitur; quoniam inter præfentes tentationes, in promissa Dei sperare non deficit.

Cognoui, Domine, quoniam iusta iudicia tua: & in veritate tua humiliatus me.

Fuit autem misericordia tua, vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.

Quamuis graue iugum sit super filios Adam, quod creatura humana deprimitur: cognoui tamen, quod iusta sunt iudicia tua, & secundum veritatem humiliatus

Sent. est 21. & canon 9. Secundi Concil. Araul.

Sententia est 23.

Ioan. 12.

Rom. 4.

Math 24.

1. Petr. 3.

Part est sent. 24.

1. Cor. 12. Ila 5. Ioan. 12.

Vide sentent. 277.

Ephes 5. Celos. 11.

Eccl. 40.

liatus est homo. Fiat ergo misericordia tua secundum promissionem tuam, de presentibus muneribus accipiat moralis vita solatium, & futura eternitatis bona patienter expectet.

Veni mihi miserationes tuae, & vitam.

Tunc verè vitam, quando non timebo ne moriar. Ipsa est enim vera vita, quæ sine vilo aditamento dicitur, quasi aliud ibi non sit viuere, quàm sine vilo fine, & sine vlla miseria viuere.

Quia lex tua meditatio mea est.

Hæc meditatio, nisi esset in fide quæ per dilectionem operatur, ad vitam non perueniret æternam. Non ergo vtiliter meditatur legem Dei, qui laborat, vt memoriâ teneat, quod * actione non implet.

Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebar in mandatis tuis.

Quamuis seuiant superbi, & iniquitatem operentur in Sanctos: charitas tamen piorum non refrigerat, & à mandatorum Dei exercitatione non desinit.

Conuertantur ad me qui timeant te, & qui cognoscunt testimonia tua.

Non est quicumque hominum qui possit hoc dicere præter illum qui cum sit Deus vniuersitatis, naturam sibi vniuit humanam: ad quem conuertentur timentes Dominum, & cognoscetes compleri testimonia Dei, quæ de illo per Prophetas tantò antè prædicta sunt.

Fiat cor meum immaculatum in tuis iustificationibus, vt non confundar.

Redit ad vocem corporis, hoc est, membrorum suorum, quorum cor sit immaculatum per ipsum corporis caput, hoc est, per gratiam Dei, in generationis lauacro, vbi abluta sunt omnia peccata præterita, in adiutorio spiritus, quo concupiscimus aduersus carnem, ne eius cupiditate vincamur, in dominicæ orationis effectu, quâ dicimus: *Dimitte nobis debit nostrum.* Ità donata nobis regeneratione, sola peccatione, fit cor nostrum immaculatum vt non confundamur: quia & hoc ad iustificationes Dei pertinet, & quando inter alia eius mandata præcipitur: *Dimitte, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.*

C A P H.

*Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum * semper speraui.*

Non ait, defecit salutare tuo: sed defecit in salutare tuum, hoc est, ad salutare tuum, anima mea. Bonus est ergo iste def. ctus: indicat enim desiderium boni, nondum quidem adepti; sed audissimè concupiti, quo desiderio innumerati sunt omnium temporum Sancti. Quia sicut nunquam defuerunt, quia incarnationis Christi aduentum desiderant: ità postquam ascendit in cælos, non desunt, qui manifestationem ipsius, quæ ad iudicandos viuos & mortuos venturus est, concupiscant. Defecit ergo in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum super speraui. Hæc enim spes promissitui, facit vt quod nondum video, & vehementer desiderem, & patienter expectem.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me?

In oculis interioribus, idem defectus desiderij eius ad Dei eloquia, id est, promissa, tendentis: cui speratum consolationem longe sunt moræ. Quia etiam quod subuenienti breue est, longum videtur optanti.

Quoniam factus sum sicut uer in pruinâ: iustificationes tuas non sum oblitus.

Per vitrem, carnem mortis huius; per pruinam verò cælestis beneficium vult intelligi, quo carnales concupiscentiæ, velut frigore cohibente torpescant; & hinc fit vt iustificationes Dei de memoria non labantur.

Quot sunt dies serui tui: quando facies de persecutoribus me iudicium?

Et in Apocalypsi est ista vox martyrum, & discipuli ad Dominum iudicari sibi diem finis exposcunt; Sed

illis patientia indicitur, & istis constituto secreta non panditur. In his ergo Psalmi verbis, bene intelligitur hæc ipsa Ecclesiæ inquisito propheta.

Narrauerunt mihi iniqui delectationes: sed non ut lex tua, Domine!

Fabulas vanarum opinionum, delectabilis cloquij arte compositas, ab iniquis sibi dicit esse narratas, sed nihil se in eis vile reperisse, sicut in lege Domini, in qua est omnis veritas.

Iniuste persecuti sunt me, adiuua me.

Mendaciorum, inquit, fabulis veritatis mandata præposui; & ob hoc me iniuste persecuti sunt falsitatis amatores. Ergo adiuua me, vt possim vsquò ad mortem pro veritate certare.

Paulo riuinis confusauerunt me in terra; ego autem non dereliqui mandata tua.

Strage Martyrum factâ, dum consentitur & prædicant veritatem, quam à te adiutus non deserui.

Secundum misericordiam tuam viuifica me; & custodiam testimonia oris tui.

Martyres enim, quia misericordiâ Dei adiuti & viuificati sunt, veritatem, quæ vita est, non negantes; pro eadem moriendo, vicierunt.

L A M E D.

In æternum Domine, permanet verbum tuum in cælo: Permanet verbum in Angelis custodiens sine defectione æternam militiam.

De generatione & generatione veritas tua: fundasti terram & permanet.

Post cælestem Hierosalem, respexit & filiam eius Ecclesiam, quæ in hoc mundo conuersat, & dixit, *In generatione & generatione veritas tua.* Hæc autem repetitione vel omnes generationes significauit à quibus non defuit veritas Dei; vel duas intelligi voluit, vnam scilicet ad legem & Prophetas; alteram verò ad Euangelium pertinentem, supra fundamentum æternum, quod est Christus, & terra hæc permanet, quæ tali fundamento stabilita non inclinatur in sæculum sæculi.

Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruauit tibi.

Omnia, scilicet, de quibus loquebatur, & quæ ad æternum pertinent dicunt.

Nisi quia lex tua meditatio mea est, forsitan perissem in humilitate mea.

Lex ista, sicut est quæ per dilectionem operatur: in cuius meditatione permanens, auxilium gratiæ promouetur, vt in tribulationum humilitate non percat.

In æternum non obliuiscar iustificationem tuam: quoniam in ipsis viuificasti me.

Ecce vnde factum est, vt non periret in humilitate sua: quoniam vnde est iustificatus, inde est viuificatus.

Tuus sum ego, saluum me fac Domine: quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Non voluntates meas exquisiui, quibus fui meus: sed iustificationes tuas, vt essem iam tuus.

Me expectauerunt peccatores, vt perderem me: testimonia tua intellexi.

Non hoc morte corporis perire metuebat, quæ erat pro veritate subeunda. Expectabant ergo peccatores, vt eis consentiret ad mala: tunc eum eum perderent. Sed ideo non præualuerunt, quia testimonia Dei intellexit: id est, quia veritatem confitens, etiam si oppositæ, non periret.

Omni consumptionationis vidi finem: latum mandatum tuum valde.

Qui intellexit testimonia, & sciuit sibi vsquè ad mortem pro veritate certandum, non ignorauit omnem exitum piorum quàm beatus finis excepit. Mandatum autem Dei valde latum, charitas intelligenda est, quâ diligit Deus inuicem & proximum, quo quid esse latius potest, cum ibi pendat tota Lex & Propheta. Math. 22.

Gal. 5.
Pars altera sent. 24.
* Autle-
ctione.

Math. 6.

Luc. 6.

* super.

Apoc. 6.

Math. 24.

Psalmos.

MEM.

Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est.

Sic, inquit, dilexi legem fidei quæ per dilectionem operatur, vt tota die, id est, omni tempore, meditatio mea sit.

Super inimicos meos sapere me fecisti mandato tuo: quoniam in æternum mihi is.

Rom. 1.
Rom. 3.

Finitus Legis Christus est ad iustitiam omni credenti, vt iustificetur gratis per gratiam ipsius, in quem inimici huius non crediderunt. Hic autem qui iustitiam non suam quaerit, sed quæ ex Deo est, quem supra inimicos suos sapere Deus fecit, ipsum mandatum sibi inuenit in æternum, quoniam non temporalia pro eo præmia concipiuit. Diligentis enim remuneratio est ipse dilectus.

Super omnes docentes me intellexi.

Ioan. 6.
Vide sent.
349.

Super omnes doctores intellexit, quem Pater docuit quod ex persona verbi difficile intelligant, nisi quis vtuncque capere valeat, id esse Filium à Patre doctum esse quod genitum. A quo enim id esse, ab ipso & simul doctum esse. Ex persona vero hominis, vbi formam serui accepit, facilius intelligitur à Patre didicisse, quæ dixit. In qua forma puerum putauerunt homines maiores ætatis docendum. Sed ille quem Pater docuit, vltioris erat intelligentiæ quàm docentes.

Quia testimonia tua meditatio mea est.

Idem super omnes docentes se intelligebat, quia testimonia Dei meditabatur, quæ de se prænuntiata ipse melius nouerat, & implebat.

Super senes intellexi: quia manda tua exquisiui.

1. Tim. 1.

Mandata tua, non mandata sanctorum, qui volentes esse legis doctores, non intelligunt neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant.

Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua.

Membrorum est vox ista, non capitis: Non enim ipse Saluator, corporis nostri vllis concupiscentiis pulsabatur, vt ei necesse esset pedes suos à via malignæ cupiditatis inhibere. Nostros ergo motus, nostros cohibet appetitus, vt in praua itinera notis desiderijs non trahamur.

A iudicij tuis non declinaui: quoniam tu legem posuisti mihi.

Ier. 31.
Psal. 118.

Persecutante, inquit, iudicijs tuis credidi; quia tu mihi legem in corde posuisti, tanquam digito tuo scribens, vt eam, non tanquam seruus sine amore metuerem, sed tanquam filius casto timore diligerem.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum oris meo.

Psal. 8.

Hæc est illa suauitas quam Dominus donat, vt terra nostra det fructum suum; & vt bonum verè benè, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus.

A mandatis tuis intellexi.

Spiritalium membrorum Christi vox ista est. Hoc enim rectè dicit corpus Christi in eis, quibus mandata seruantibus, propter ipsam custodiam mandatorum præberet vberior doctrina sapientie.

Propterea odio habui omnem viam iniquitatis.

Necesse est enim vt oderit omnem iniquitatem amor iustitiæ, qui augeat & inflammatur. Ideoque obtemperat Deo, & in mandatis eius intelligit.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine: & lumen semitis meis.

Ioan. 1.

Verbum hinc intelligendum est, non illud quod est æquale gignenti, & quod est verum lumen, illuminans omnem hominem; sed verbum quod factum est ad Prophetas, vel quod prædicatum est per Apostolos: verbum scilicet Christi, de quo scriptum est: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi:* Nam & ver-

Rom. 10.

bum propheticum lucernæ comparans Apostolus Petrus: *Habemus, inquit, cæriorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes velut lucernæ in obscuro loco.* Quod itaque hic ait: *Lucerna pedibus meis, verbum tuum, Domine, & lumen semitis meis;* verbum est quod deitas in Scripturis sanctis omnibus continetur. Non itaque sermo, sed sermo deitatis.

Iuravi, & statui custodire omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Hoc appellat iuramento, quod statuit præter Sacramentum; quia ita debet esse mens fixa in custodiendis iudicijs iustitiæ Dei, vt sit omnino pro ratione quod statuit.

Humiliatus sum usque valde, Domine: viuifica me secundum verbum tuum.

Pro eo quod iuravit & statuit custodire iudicia iustitiæ Dei, persecutionem maximam passus est: & ne in tanta humiliatione deficeret, viuificari se, secundum verbum promissionis, exposcit. Quia in nocte tribulationum lucerna est pedibus, & lumen semitis ipsa promissio.

Voluntaria oris mei fac benedictis, Domine, & iudicia tua doce me.

Voluntaria oris quæ ad proberi petit, sacrificia sunt laudis, confessione charitatis, non timore necessitatis oblata. Iudicia autem Dei doceri se cupit, non quia ignorat, sed vt proficiat.

Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

Ita dictum, tanquàm ad non obliuiscendam legem Dei, memoria eius illius manibus adiueatur.

Posuerunt peccatores laqueum mihi, & à mandatis tuis non erraui.

Vnde hoc nisi quia anima eius in manibus Dei semper est?

Hereditate adquisiui testimonia tua in æternum, quia exaltatio cordis mei sunt.

Vt testis, inquit, tuus esse cuperem, tu donasti; & vt pro veritate mori non metuerem, tuæ hereditatis, tuæ est gratiæ quod mihi donum in æternum est, quia non est in eo gloria temporalis, propter quod est corpore afflictus sum; tamen corde lætatus sum.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificaciones tuas in æternum, propter retributionem.

Qui dicit, Inclinaui cor meum, ipse iam dixerat, Inclina cor meum in testimonia tua: vt intelligamus, simul hoc esse & diuini muneris, & propriæ voluntatis. Faciat autem hoc propter retributionem, vt quia iustificaciones Dei dilectione sedatur, in æternum mereatur habere quod diligit.

S A M E C H.

Iniquis odio habui, & legem tuam dilexi.

Qui legem Dei diligit, probat se in hominibus iniquis id quod contra legem est odisse, non homines. *Adiutor meus & susceptor meus es tu: & in verbis tuis super speraui.*

Adiutor & susceptor, ad mala euadenda.

Declinate à me maligni, & seruaui mandata Dei mei.

Mandata Dei scrutari, nisi quæta mens non potest: vt ergo exerceatur hoc studium, a bigenda sunt studia malignorum.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & viam: & non confundas me ab expectatione mea.

Poscit magis magisque suscipi à Domino is, qui sperat intentus, vt tum demum, cum illa adeptus fuerit, se sciat esse victurum: quia præsentia mortis sunt similiaiora quàm vitæ.

Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificacionibus tuis semper.

Vt viam, vt non confundar, vt in tuis iustificacionibus semper exerceat. *Adiuua me, inquit, & saluus ero:* quia ad promissiones tuas, nisi tuo auxilio non venitur.

Ad nihilum deduxisti omnes discedentes à iustificationibus tuis, quoniam iniusta cogitatio eorum.

Omnia opera, vel bona, vel mala, à cogitatione procedunt; qui ergo corde iniquus est, ad nihilum deducitur, qui à Dei iustificationibus iniusta cogitatione discedit.

Prauaricatores existimant omnes peccatores terrae, ideo dilexi testimonia tua.

Cùm prauaricator dici non possit, nisi qui legis mandata transgreditur; quaeritur, quomodo omnes peccatores terrae prauaricatores debeant existimari, quorum multos constat sine lege peccatores? & inuenitur, omnes quidem gentes praeter populum Israël extrà legem fuisse: sed omnem hominem teneri lege naturae: ut quod pati non vult, sciat alij non esse faciendum. Quamvis ergo multò amplius prauaricator sit, qui non solum naturalis, sed etiam diuinæ transgressor est legis; nullus tamen, nisi transgressione peccator est; quia etiam quomodo non condemnatur litera, arguit conscientia. Inter hos etiam paruuli congruè deputantur, propter originalis vincula peccati. Quia etiam ipsi in similitudine prauaricatorum Adae, ad illam prauaricationem pertinere monstrantur, quae in paradiso prima commissa est. Cùm ergo omnes peccassent & egerent gloria Dei; nec cuiquam in sua iustitia salus esset, restabat, vt per gratiam Saluatoris donata à Deo fidei iustificatio subirent. Vnde ait Apostolus; *Per legem cognitio peccati.* Cognitio, non ab initio. Nunc autem sine lege, inquit, iustitia Dei manifestata est, testificata per legem & Prophetas. Merito igitur adieci; *Propterea dilexi testimonia tua;* tanquam diceret: Quoniam Lex sine in paradiso data, siue naturaliter iniusta, siue literis promulgata, prauaricatores fecit omnes peccatores terrae: propterea dilexi testimonia tua, quae sunt in lege tua, de gratia tua.

Conspice clauis à timore tuo carnes meas.

Quid in his verbis vult intelligi, nisi quod ait Apostolus; *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo?* Et iterum; *Christo confixus sum cruci.* Vno autem iam non ego; vniuerso verò Christus in me.

A iudiciis enim tuis timui.

Si iam timuit vel timebat, cur adhuc vt à timore suo Deus crucifigeret carnes eius orabat, nisi quia addi sibi volebat timorem, qui sufficeret mortificationis concupiscentis, affectibusque carnalibus? Aliiter quoque ita intelligitur, *Conspice clauis à timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui;* hoc est, à timore tuo casto, qui permanet in seculum seculi, carnalia à me desideria comprimentur, à quibus me iudiciorum tuorum formido frenauit. Cum ergo voluntatem tuam facere, & rectè viuere, non metu penae, sed iustitiae amore desiderarem, da hunc ergo castum & liberum timorem, ad quem timendum me tanquam pedagogus legis ille perduxit, quo à iudiciis tuis timui.

A I N.

Feci iudicium & iustitiam, non tradas me nocentibus me.

Quisquis timore Dei casto crucifixas habet carnes suas, & nulla carnali corruptio illecebræ facit iudicium, opusque iustitiae, orare debet ne aduersantibus tradatur, id est, ne timendo perpeti mala, ad facienda mala persequentibus cedat, à quo enim accipit victoriam, ne concupiscentiae voluptate superetur, ab illo etiam robur patientiae, ne dolore frangatur. Quoniam de quo dicitur, *Dominus dedit suauitatem;* de illo etiam dicitur; *Ab illo est patientia mea.*

Suscipe seruum tuum in bonum, vt non calunnientur mihi superbi.

Id est, ne illi impellant vt cadam in malum, tu suscipe in bonum. Illi calunniantur in superbia: tu

humilitate defende, vt non mihi noceant calumniae superborum.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiae tuae.

In eloquium iustitiae Dei, hoc est, in promissionem Christi defecisse dicit oculos cordis sui; non quia intentio desiderantis animi victa succubebat; sed quia in expectationem gratiae Dei, toto mentis ardore transiit. Iustitia autem Dei, Christus est, qui iustos facit. 1. Cor. 15

Fac mecum seruo tuo secundum misericordiam tuam.

Non vtique secundum iustitiam meam.

Iustificaciones tuas doce me.

Illas proculdubio, quibus fecit iustos, non ipse se, *Seruus tuus sum ego.*

Neque enim bene mihi cessit, quando esse volui liber meus, non seruus tuus.

Da mihi intellectum, vt discam testimonia tua.

Nemo tam intelligens, nemo tam horrensus est qui hac postulatione non egeat. Non enim horum donorum ita vltia augmenta sufficientur, vt non semper super sit quod & intelligi desideretur, & sciri.

Tempus faciendi, Domine, dissipauerunt superbi legem tuam.

Quid est; dissipauerunt legem tuam? si prauaricationis iniquitate integritatem eius non custodierunt. Dissipata ergo lege, tempus fuit vt per vniuersum Filium Dei in misericordia mitteretur. *Lex enim subintrauit, vt abundaret delictum;* quò delictò lex dissipata est; & opportuno iam tempore gratia auenit, vt ubi abundauit delictum, superabundaret gratia.

Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.

Id agit gratia, vt mandata Dei dilectione implerentur, quae impleri timore non poterant. Diliguntur autem super aurum & topazion, id est, super ea quae pretiosa habentur in terra, quando in obseruantia mandatorum, non aliquod temporale primum quaeritur, sed ipsa iustitia; quia nihil est melius eò bono, quo ipse homo fit bonus.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar.

Quia illis rectis, vt etiam ipse rectus essem, dilectione cohaerebam.

Omnes viam iniquitatis odio habui.

Vnde enim fieri poterat, vt iniquam viam non odisset diligens rectum?

P H E.

Mirabilia testimonia tua; propter hoc seruitata est anima mea.

Omnia quidem opera Dei, testimonia sunt maiestatis & bonitatis eius; nihilque eorum est, quod non stupendum sit atque mirandum. Sed multa mirabilia sunt testimonia legis ipsius, quorum utilitas & iustitiae altissime laetæ, cum quaeritur, quare data sit lex; quae viuificare non possit, & ex qua non iustificaretur omnis caro coram Deo. Merito ergo hanc altitudinem seruitatus est, qui intellexit, vt qui legem implere non poterant, converterentur ad gratiam: * sed diuina ope apprehenderent quòd propositis viribus adsequi non valebant.

Manifestatio verborum tuorum illuminat, & intelligere facit paruulos.

Scrutando hoc intellexit hic paruulus, quod & Apostolus Paulus, idè datam legem quaerere viuificare non posset, quia *conclusit Scriptura omnia sub peccato;* vt promissio *ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Huius ergo mysterij manifestatio illuminat, & intelligere facit paruulos. Non enim hoc secretum gratiae, nisi humilibus infirmisque reteratur: qui confuentes ad adiutorium Dei, viribus suis se iustificari non posse profitentur.

Os meum aperui, & abstraxi spiritum, quoniam mandata tua desiderabam.

Rom. 5:

Rom. 3:

Gal. 6:

Gal. 2:

Psal. 48:

Psal. 70:

Rom. 5:

Matth. 3:

Gal. 2:

Rom. 3:

Gal. 3:

Desiderabat mandata diuina vt faceret, sed non erat vnde faceret infirmus fortia, paruulus magna. Aperiuit os, confitens quod facere per se ipse non posset.

Respice in me, & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Id est, secundum iudicium quod in eos fecisti qui diligunt nomen tuum: quoniam, vt diligenter te, prius dilexisti eos.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas.

Quid orat, nisi vt Dei precepta, quæ imponit iubendo, impleri faciat adiuturo.

Redime me à calumniis hominum, & custodiam mandata tua.

Tu, inquit, age in safo spiritu tuo, ne me calumnia hominum in terribus vincant, & à tuis mandatis ad sua malefacta traducant. Si enim me hoc modo redemeris, vt mihi inter persecutiones calumniantium constantiam dones atque patientiam, custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificaciones tuas.

Præsentiam, inquit, tuam subueniendo & opitulando manifesta: & ita me iustificaciones tuas doce, vt mihi eas didicisse, fecisse sit.

Exiit aquarum descenderunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

Descensio oculorum per effusionem lachrymarum, humilitatem indicat pœnitentis. Cur autem non custodita lege sic fletur, nisi vt impleteretur gratia, quæ confitens delect iniquitatem, & credentis adiuvat voluntatem?

ZADICH.

Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis.

Idem affectus pœnitentiæ perseuerat reddens rationem cur multum flere debuerit; quia nisi ipse se condemnaret, rectissime plecteretur. Magna est ergo in vtroque iustitia Dei, rectumque iudicium, quo & pœna peccatori decernitur, & pœnitenti iustificatio non negatur.

Tabeſcere fecit me zelus domus tua, quia oblitus sum verba tua inimici mei.

Zelus iste, amoris est, non liuoris: sancta enim æmulatione inimicos suos vult esse correctos, dolens & tabescens quòd oblitus sint verborum Dei.

Ignium verbum tuum valde, & seruus tuus dilexit illud.

Diligens diuinum eloquium, ea charitate feruebat, vt ad amorem Dei etiam inimicos suos vellet accendi.

Iunior ego sum & contempus, iustificaciones tuas non sum oblitus.

Bene hic duorum populorum intelligitur significatio, qui etiam in Rebecca vtero luctabantur: quando non ex operibus, sed ex vocante dictum est: *Maior seruitur minori.* Contemptum ergo se dicit hic iunior: & idè factus est maior, quia *ignobilia & contemptibilia elegit Deus, & ea que non sunt tanquam sint, vt que sunt, euacuentur*: id est, vt superbi destruantur, & humiles iustificentur.

Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua veritas. Quomodo enim non veritas Lex, per quam cognitio peccati, & quæ testimonium perhibet iustitiæ Dei? *Tribulatio & necessitas inuenerunt me: mandata autem tua meditatio mea est.*

Sæuitia inimicorum infert huic iuniori tribulationem; sed non admittit charitatem: Meditatio enim ipsius mandata sunt Dei, ex quibus his qui eum odent, dilectionem rependit.

Iustitia testimonia tua in æternum, intellectum da mihi & veritatem.

Intellectum poscit iunior hic qui supra seniores se intellexit, in tribulatione, in necessitate: vt intelligat quàm sit contemnendum, quod ei auferri potest; qui propter æternam iustitiam Dei temporalia negligens, vitam sperat æternam.

C O P H.

Clamauit in toto corde meo, exaudi me Domine, iustificaciones tuas exquiram.

Clamor cordis, est silentio sono vocis magna cogitationis intentio, qua ad hoc ite toto corde clamauit, & hoc sibi desiderauit à Domino exaudiente præstari, vt iustificaciones eius exquirat: quas non solum scientiâ comprehendat, sed etiam opere exerceat.

Clamauit ad te, saluum me fac, & custodiam testimonia tua.

Salus animæ facit vt pro custodiendis testimoniis Dei vita corporis contemnatur: et si hoc flagitat extremam tentatio, vt vsque ad mortem pro veritate ceteretur.

Praueni intempeſta nocte, & clamauit, & in verbum tuum sperauit.

Nox intempeſta tempus est noctis mediæ, rebus quæ per diem aguntur, incongruum, quo significatur quoddam obstaculum præsentis sæculi, quod in comparatione futuri sæculi nox vocatur; & quod promissiones Dei donec æternæ lucis veniat manifestatio, differuntur. In hoc ergo tempore intempeſtæ noctis clamat ad Dominum, tempus retributionis desiderio suo præuenit, qui promissa Dei vigilanter exposit. Quod etiam ad illa referri tempora potest, quibus Ecclesia prophetis uocibus Christi postulabat aduentum, & sperabat implendum vt in femine Abrahæ benedicerentur omnes gentes.

Prauenit ad matutinum, vt meditaretur eloquia tua.

Matutinum factum est Ecclesiæ, quando qui sedebant in tenebris & in vmbra mortis, lux orta est eis. Quod matutinum spes credentium præbebat. Et meditabatur eloquia Dei, quæ in Lege ac Prophetis hanc lucem prænuntiabant.

Vocem meam exaudi Domine, secundum misericordiam tuam: & secundum iudicium tuum iustificame.

Prius enim Deus secundum misericordiam auferit à peccatoribus pœnam, eique postea iustis secundum iudicium dabit vitam: quia non frustra illi hoc ordine dicitur; *Misericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine!*

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati, à lege autem tua longe facti sunt.

Tunc adpropinquat qui persequuntur, quando vsque ad carnem etuiciandam perimendam * perueniunt. Sed quando viciniore sunt persequendis istis, tantò longinquiores sunt à lege iustitiæ.

Prope es tu Domine, & omnes via tua veritas.

Etiam in tribulationibus suis, quòd eas non immeritò patiantur, Deo tribuere veritatem, Sanctorum est vtitata confessio. Sed queri potest, quomodo hoc dictum sit: *Omnes via tua veritas*, cum in alio Psalmo legitur; *Vniuersa via Domini misericordia & veritas.* Si ergo omnes homines consideremus, quorum alij misericordia liberantur, alij à veritate damnantur, *vniuersa via Domini misericordia & veritas.* Si autem solos Sanctos intueamur, non discernuntur hæc viæ; Indiuidua enim ibi est à misericordia veritas, & à veritate misericordia, quia beatitudo Sanctorum est & de munere misericordiae, & de retributione iustitiæ.

Ab initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.

Quæ sunt ista testimonia, nisi quibus testatur est Deus, daturum se regnum suis filiis sempiternum: & idè ipsa testimonia in æternum fundata; quia id quod promittit, æternum est, quia fundamentum promissionis

Iai 9.

Psal. 100.

* perueniunt.

niuant.

Psal. 14.

missionis est Christus in quo huius spei testimonia vera sunt: quæ hic ab initio cognouisse dicit, quia verbis Ecclesiæ loquitur, quæ ab initio humani generis exorta nullis generationibus defuit.

R E S.

Vide humilitatem meam, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.

Vox ista totius Ecclesiæ est, & omnium membrorum corporis Christi. Hoc autem loco, vbi ad liberandam humilitatem Dominus inuocatur, nullam Dei legem conuenientius intelligimus, quam illam quæ immobiliter fixum est vt omnis qui se exaltat, humilietur, & omnis qui se humiliat, exaltetur. Superbus ergo malis, vt humilietur, innectitur; Humilis à malis, vt exaltetur, eripitur.

Indica iudicium meum & redime me, propter eloquium tuum viuifica me.

Eiusdem sensus repetitio est: hoc est enim, *Iudicium iudicium meum*, quod, *Vide humilitatem meam*; & hoc est, *Redime me*, quod, *Eripe me*. Nec aliud sonat, *Propter eloquium tuum*, quam illud, *Quia legem tuam non sum oblitus*. Tantandum est, viuificari humilem, quantum & exaltari; quia Sanctorum exaltatio vita æterna est.

Longè à peccatoribus salui: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Longè est à superbis salus, quia non exquisierunt gratiam tuam quæ sola iustificat, & non de te tibi, sed de se sibi placere vulerunt.

Miserationes tuas multa Domine.

Etiã hoc, inquit, quod exquirimus iustificationes tuas, pertinet ad miserationes tuas.

Secundum iudicium tuum viuifica me.

Novi enim, quia & iudicium tuum sine misericordie non erit super me.

Multi persequentes me, & tribulantes me; à testimoniis tuis non declinaui.

Vox ista est Ecclesiæ in Martyribus suis, qui inter tormenta & multiplicata supplicia, persequentibus non cessant, & quorum exemplis gloriosissimis totus mundus illustris est: quia tamen victoriam suam non sibi, sed Deo tribuunt, dicentes in alio Psalmo: *Nisi quod Dominus erat in nobis*, forsitan viuos deglutissent nos.

Vidui non seruantes pactum, & tabescebam.

Qui sunt qui pactum non seruauerunt, nisi qui tribulationes multorum persequentium non ferentes? à Dei testimoniis declinauerunt? Hoc ergo, inquit, cum viderem, tabescebam, dolens eos à tanta gloria decidisse.

Quia eloquia tua non custodierunt.

Hoc erat pactum non persequerere, promissa Dei perdere.

Vide quoniam mandata tua dilexi.

Ipse est fructuosa tolerantia, quæ scruitiam perfectionum dilectione suscipit mandatorum.

Domine! in tua misericordia viuifica me.

Cuius misericordia obtinuit palmam, eius misericordia poscit & vitam.

Principium verborum tuorum veritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Iudicia iustitiæ Dei sunt, quibus pronuntiat in æternum vita iusto, pena impio.

S I N.

Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

Terteni Reges Ecclesiæ Christi gratis persecuti sunt, quia nullam causam persecutionis habuerunt, cum eos Christiani in nullo læderent, & ipsi Christianis negotiationem veritatis extorquere non possent. Habuerunt ergo verba minacia, inulerunt læua supplicia: sed me tua potiùs verba terruerunt: *Nolite ti-*

mere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant: sed eum timete, qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam. Ab his ergo verbis formidauit cor meum: & sperans in æternum præmium, contempsi temporale supplicium.

Exultabo ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Per ipsa verba vicit, quibus formidabit: Victis enim spolia detrahuntur: & multa spolia capta sunt, quando etiã per se custodes plurimi admirati patientiam martyrum, in eum in quem læuerant, crediturunt.

Iniusticiam odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Lex, eloquia Dei, quæ sic timuit, vt amaret: consequens enim erat vt diligeret iniusticiam, qui oderat prauitatem. Timor ergo ille verborum Dei à quibus formidauit, non fuit à charitate dissentiens, sed metuens ab eo quod amabat, * velli.

Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.

Quid ait Septies, significat semper: hoc enim numero omnes explicatur dies, & tempora vniuersa voluuntur. Ecclesiæ ergo nullis persecutionibus superata, in isto tribulationum die, semper patientiæ & perseverantiæ suæ laudat Authorem: quia cum tempus esset vt iudicium inciperet à domo Dei, in omnibus tentationibus atque pressuris, non infirmitate, sed coronis martyrum gloria est.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est eis scandalum.

Ipse lex diligentibus se scandalum non est: à diligentibus eam nullum est vndeque scandalum? Sed vtrumque rectè intelligitur. Qui enim diligit Dei legem, etiã quod in ea non intelligit, honorat, & in profunditate quam non penetrat, magnum aliquid ac mysticum latere non dubitat. Et item qui Dei legem diligit, si eam non ex mutabilibus hominum moribus pendit, nullum scandalum patitur: quia etiã si bonæ professionis homines propositum suum deserant, legis tamen iustitia perseverat.

Expectabam saluare tuum, Domine, & mandata tua dilexi.

Omnes quidem Sancti, ante Incarnationem Christi, eiusdem & semper expectauerunt redemptionem: sed potest hæc propheta etiam eorum conuenire personæ, qui ex quo reuelatæ gratiæ Euangelium prædicant, diligentes mandata Christi, aduentum eius expectant: vt cum Christus apparuerit, vita nostra, tunc & nos cum ipso appareamus in gloria.

Custodiui anima mea testimonia tua, & dilexisti ea valde.

Custodiunt Dei testimonia, dum non negantur: sed quia pro testimoniis Dei, etiã flammis concremari, sine charitate non prodest, idè addidit, *Et dilexisti ea valde.*

Custodiui mandata tua & testimonia tua: quia omnes vias meas in conspectu tuo Domine.

Per unque, dum mandata Dei custodiuntur, sunt inimici qui eadem mandata contemunt: & necessarium est vt tunc pro testimoniis Dei fortiter stetur. Quod hic idè fecisse se dicit; Quia omnes vias eius in Domini conspectu fuerunt, tanquam diceret: Si auertisses à me faciem tuam, Domine! conturbatus fuisset, nec tua mandata, nec testimonia custodissem. Nunc autem idè vtraque seruauit, quia vias meas conspexit tui lumine direxisti.

T A V.

Appropinquet oratio mea in conspectu tuo, Domine! secundum eloquium tuum da mihi intellectum.

Appropinquet oratio, quæ recipitur: quoniam propè est Dominus his qui tribulato sunt corde: & dat intellectum,

Luc. 24.

* auelli.

1. Petr. 4.

Psal. 123.

Coloss. 9.

1. Cor. 13.

Matth. 10.

Psal. 33.

intellectum, secundum promissum suum, qui ait, Intellectum dabo tibi.

Psal. 31

Inves postulatione mea in conspectu tuo Domine: secundum eloquium tuum eripe me.

Reperitit quodammodo quod petiuit: Nam qui & intellectum accipit, eripitur ne non intelligens subruatur.

Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.

Laudabo, inquit, Dominum & gloriabor in te, cum docueris me illa doctrinâ tuâ, quâ quod inbes fieri, auxiliariis ut fiat.

Pronuntiavi lingua mea eloquia tua: quia omnia mandata tua iustitia.

1. Cor. 3:

Spondet se prædicatorem futurum eloquiorum Dei, quia etsi Deus dat incrementum, tamen à ministris verbi, & plantandum est, & rigandum.

Fiat manus tua ut saluum me faciat: quia mandata tua elegi.

Ut pronuntiarem eloquia tua, mandata tua elegi, & constantem me fecit dilectio veritatis. Fiat ergo manus tua, ut saluum me de manu faciat aliena: non ita, ut carnem persecutor non perimat; sed ita, ut animam tormenta non vincant.

Concupiui salutare tuum, Domine: & lex tua meditatio mea est.

Salutare Christus haud dubium est, & ipsum se concupisse, iusti antiqui veracissime consenserunt. Ipsum concupiuit Ecclesia venturum de visceribus matris; Ipsum concupiscit Ecclesia venturum à dextera Patris. Legis autem meditatio nutrit & firmat hoc desiderium, dum testimoniis suis pronuntiat Christum.

2. Petr. 4:

Vivet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adinuabunt me.

Illæ sunt hæc iudicia, quæ & tempus erat, ut inciperent à domo Domini: sed his Ecclesia semper adiuta est, quia Dom dante & gloriam passionibus suis creuit.

Matth. 18.

Luc. 15.

Erravit sicut ovis, qui perii: quare seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Hæc est ovis propter quam pastor eius nonaginta nouem dimisit in montibus, & eam quærens, Iudaicis laceratus est veribus & verberibus: sed ex parte inuenta, adhuc quæritur: ex ea namque parte qua iste dicit, *Mandata tua non sum oblitus*, inuenta est; sed per eos qui mandata Dei eligunt, colligunt, diligunt, adhuc quæritur, & per sui pastoris sanguinem fufum atque dispersum in omnibus gentibus inuenitur.

PSALMVS CXIX.

PRænotatio tituli, Canticum graduum indicat inchoari. Nomine verò graduum significatur ascensio, qua proficentes quique à temporalibus ad æterna, à terrenis ad cœlestia prouentur. Iidem autem gradus & ascensionum sunt & descensionum: non quia deficient qui profecerant; sed quoniam qui se humiliat, exaltabitur; & præcipua sublimium virtus est, compati cum infirmis, & ad eos qui infirmes sunt; hoc est, ad paruulos inclinari, vt omnes quæ fursum sunt, sapiant, & frater fratrem adiuuans exalteretur. Habent enim omnes Fideles formam descensionis ipsum Dominum Iesum Christum, qui manens in gloria sua quâ æqualis est Patri, naturam & similitudinem serui recepit: vt quibus gradibus ad nostra ima descendit, ipsis possemus ad eius summa ascendere.

Ad te Domine, cum tribularer clamavi, & exaudivisti me.

Omnis cogitans ingredi viam Domini, & in mandata ambulare diuini, necesse est vt multis tribulationibus incipiat laborare; cui nihil est vilius quam eius auxilium ad quem tendit, expetere, qui ait; *Sine me nihil potestis facere.*

2. Tim. 3:

Ioan. 15.

Domine! libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.

Religiosæ voluntati, & piam vitam agere disponenti, amatores huius sæculi contradicunt, & dolosis verbis sanctum propositum cupiunt deterere; quorum iniqua labia distillimum est euadere, dum per quendam affectum videntur consulere, & ab aspero labore tanquam parcendo reuocare, vt videatur placere esse sollicitudinis, quod est nocentissimæ suasionis.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

Vis, inquit, virtutum gradus scandere? vis dolosæ linguæ officia fraudulenta superare? Dic quid auxilij concupiscas, vt si capax es eruditionis supernæ, eo ipso quo vtilia poscis, ascendas.

Sagitta potentis acuta, cum carbonibus desolatoris. Sagittæ acutæ, verba sunt Dei: quæ cum animis Fidei delium penetrant, inflammant corda, non faciunt. Vt autem mens superno amore transfixa ab omni contraria cupiditate sit libera, & spiritalium carbonum petiit ignita purgatio, per quam noxiorum germinum congregatione vastatâ, fiat in homine saluifera desolatio, si interiora eius vacua sunt ab hospitalitate vitiatorum.

Hæc me quia incolatus meus prolongatus est: habitauimus cum habitantibus Cedar!

Gemitus iste totius Ecclesiæ est, omniumque Sanctorum, qui per fidem speculantes supernæ patriæ bona, inter longinqua peregrinationis aduersa suspirant, quia spiritalia cum carnalibus habitant, & ad cœlestia proficentibus molesti sunt, terrena se detrahunt. Vnde & secundum Apostolum in duo genera diuiditur vnum semen Abraham: & alij sunt pertinentes ad Ismaël filium ancillæ; alij ad Isaac filium libetæ. Tabernacula autem Ismaël, appellata sunt Cedar, vt intelligantur non esse in lumine, qui non sunt in hereditate.

Galat. 4

Multum peregrinata est anima mea.

Ne peregrinationem corporalem intelligeres, anima dixit peregrinari: corpus enim absentatur loco, anima peregrinatur affectu: & idè cauendum est ne longè simus ab illo, cui appropinquare debemus mentis ascensu.

Cum eis qui oderant pacem eram pacificus: cum loquebar illis, impugnant me gratis.

Christiana perfectio est pacificum esse etiam cum pacis inimicis, spe coniectionis, non consensu malignitatis; Vt si nec exemplum, nec cohortationem sequuntur, causas tamen non habeant, propter quas disside nos debeant.

PSALMVS CXX.

Leuavi oculos meos ad montes, unde venit auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.

Ingressus viam virtutum, in qua sunt gradus ascensionum ad montes, id est, ad sublimes quoque Sanctorum, oculos cordis attollit, & per ipsos Dei poscit auxilium qui fecit cælum & terram. Terram scilicet, de qua cupit surgere: & cælum quod optat ascendere: *Quis enim sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?*

Non dei in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ipsa sibi fidelis anima ex Dei inspiratione respondet, & desiderantem profectus contra superbiam munit: quæ & Angelo & homini prima fuit causa labendi. Det igitur tibi custos tuus perseuerantiam humilitatis, ne vlla elatione mouearis, ne cum tu non habueris vigilantiam standi, protegens te dormitante videatur.

Ecce

Ecce non dormitabis, neque ab dormiet, qui custodit Israël.

1. Cor. 5. Si vis, inquit, habere custodem non dormitantem, esto Israël, id est, videns Deum. Vide igitur Deum primo per fidem, vt postea possis videre per speciem. Exod. 35. Sicut enim Moyse dictum est à Domino: *Non poteris videre faciem meam, posteriora mea videbis.* Ità & tu vide quæ posteriora sunt, vt possis videre quæ prima sunt. Præ autem sunt, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* Posteriora sunt: *Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Vnde quia hac fide corda mundantur, *beati mundo corde, quia ipsi Deum videntur.*

Ioan. 1. *Domini custodie te: Dominus protectio tua, super manum dextera tua.*

Frequens insinuat inculcat auditu quòd principaliter in Dei protectione sciendum est. Dextera autem est hominis amor Dei, & eorum quæ Deo sociant appetitus: & huius dextera manus est, peccatis quam dedit Deus credentibus, vt possint esse filij Dei, abstinentes à sinistris, & dextris inhærentes. Vnde per omnia in Domino confidendum, in Domino gloriantur: quia possibilitatem in dextris proficenter perfeccrandi ipse dedit, ipse custodit.

Per diem sol non vres te, neque luna per noctem.

In Sole significatur Christus lumen verum; & Luna significatur Ecclesia illuminatione lux facta. Quia ergo omne scandalum quo homo aut infirmatur, aut vitur, ex duabus nascitur causis: cum aut in confessione deitatis erratur, aut ab Ecclesie vnitatem discedit, hoc præstat protectio Dei, vt in fide & charitate, quæ ipsius dona sunt, nulla tentatione superemur.

Domini custodie te ab omni malo: custodias animam tuam Domini.

Domini custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in seculum.

Custodit Dominus ab omni malo, non vt nihil patiamur aduersi, sed vt in ipsis aduersitatibus anima non lædatur: cum enim tentatio adest, fir quidam in quod impugnat introitus, & cum bono fine, id est, sine velenæ animæ tentatio consummatur, ad æternam requiem de profundo tentationis exitur, sicut Apostolus dicit, *Fidelis Deus qui non permittit vos tentari supra id quod potestis ferre, sed facit cum tentatione etiam exitum vt possitis sustinere.*

PSALMVS CXXI.

Læti sum in his que dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Omnis homo fide illuminatus & promissionum Dei cupidus, merito exultat & gaudet in his quæ à Prophetis dicta, quæque ab Apostolis prædicata, & vtriusque testamenti paginis declarata sunt de vocatione Dei, quæ diligentibus Dominum & proximum, æternam domus Dei spondet habitaculum.

Stantes erant pedes nostri in arvis tuis Hierusalem.

Non in ista Hierusalem quæ occidit Prophetas, & lapidauit ad se missos, quæ ob impietates multas stare non potuit: sed in illa cælesti Hierusalem, quæ est Sanctorum omnium mater, filij ipsius se stare letantur: qui licet in via sint, & adhuc illud tendunt: ità tamen quasi peruenerint gaudent, quia de adipiscendis fides firma non dubitat.

Hierusalem que edificatur vt ciuitas.

In illius, inquit, arvis Hierusalem, fidei nostræ firmitas stabat, quæ non mole laxorum, sed virtutum soliditate consurgit, & Sanctorum societate, quæ nunquam dissoluetur, extruitur.

Cuius participatio eius in idipsum.

Patuit quod de æternæ ædificatione Hierusalem, nihil deberet carnale sentire, quandoquidem parti-

cipatio eius, id est connexio, in idipsum est. Quid autem est in idipsum, nisi quod verè & sempiternè est? neque vlla varietate mutatur deitas, scilicet Trinitatis, quæ nunquam non fuit quod est, nihil diffinitudinis recipiens, nihil inæqualitatis admittens, cui per Incarnationem verbi vnitur humana natura, vt liberata à commutationibus temporalibus, incommutabiliter æternitate potiatur.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israël, ad conspiciendum nomen Domini.

Ascendisse dicuntur ad æternam Hierusalem tribus, id est, populi per suas familias distributi: sed de toto pars intelligenda est: quia in omni genere hominum alij iusti, alij inueniuntur iniusti. Nec omnes aut perfeccutores sunt, aut discipuli veritatis. Ad concordiam itaque cælestis Hierusalem non ascendunt, nisi tribus Domini, quibus testimonium fides pethibet, quòd sint Israël, id est, videns Deum, & sine simulationis dolo donum gratiæ præferentes. Ille enim verè ascendit, qui confitetur non proprii operis, sed diuini esse numeris quòd ascendit.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Sublimiores quique Sanctorum throni sunt Dei, sicut scriptum est, *Anima iusti thronus sapientiæ est.* Et dicit Apostolus suis Dominus: *Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël.* Totæ ergo domus Dauid, id est, tota Ecclesia, quæ in Christo, semen Dauid, & semen Abraham, veniet in iudicium: cum & ipsi qui sedebunt, sedes erunt Dei; & per examen iudicantium, omnes dilectores Dei & proximi, in vnitatem adfumentur corpori Christi.

Regate que ad pacem sunt Hierusalem; & abundantia diligentibus te.

Ad ipsas sedes Dei propheticus sermo dirigitur, & ait: Vos qui iudicaturi estis, per quas fiet conscientiarum interrogatio, quoque estis ipsa Hierusalem, discernite à superbis humiles, ab implacidis separgate pacatos: & sicut vnitas & abundantia diligentium te. Quia qui tecum habent pacem, tuis in æternum diuitiis abundantur.

Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

Virtus tua, ô Ecclesia, ô Hierusalem, charitas est qua & diues & fortis es, in hoc fiat pax filiorum tuorum, hoc abundet tuarum turrium celsitudo: vt vnde ipsa magna es, inde tui Principes augentur.

Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, quesui bona tibi.

Præcator pacis tuæ, non propter me, sed propter fratres meos exiit: Nec meum honorem, sed aliorum quæsiui salutem: non vt mea cresceret gloria, sed vt tua dilataretur hereditas: Nam ipse apud te minuerer, si non profectibus laborarem.

PSALMVS CXXII.

Ad te leuani oculos meos qui habitas in caelis!

Mens proficiens & ascendens, quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram; & idèd dirigit cordis aciem quod præuenire desiderat, non corporeis gressibus, sed proficientium ascensione virtutum. Habitatio autem Dei, non hoc cælum intelligendum est quod videtur, & de quo dicitur: *Cælum & terra transibunt;* sed de illa Hierusalem quæ edificatur vt ciuitas, non tantum in sanctorum Anglorum sublimitate, sed etiam in totius Ecclesie glorificatione, quæ in Christo fundata, vnum est cum supernis potestatibus Dei templum.

Ecce

Sent. est. 11

Matth. 12.

Coloss. 3.

Matth. 24.

Eccle sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum.

Et sicut oculi ancille in manibus Domine sue: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miseretur nobis.

Quæ humilitas, qualisque subiectio scandala ostendit cum inter tentationum molestias & eruditionum plagas, gementium oculos ad Deum dicit esse conuersos, donec miseretur & parcat, à cuius iudicio venit quicquid inferri aut iubetur, aut finitur. Quia ficut serui & ancillæ in potestate sunt dominorum tuorum atque dominarum: ità Sancti modum castigationum suarum, ex Dei sententiâ pendere nouerunt.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.

Joh 7. Vox vapulantis est, & intelligentiam inter flagella postulantis: quia omnis hæc vita plena tentationum est, plena plagarum.

Quia nullum repleti sunt animas despectione.

Et inulium repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Sent. est 30. 1. Tim. 3. Omnes qui secundum Christum piè volunt viuere, necesse est vt ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, & despectionem tanquam stulti & insani, qui præsentia bona sperant, & inuisibilia sibi ac futura promittunt; hæc despectio & irrisio in ipsos retorquetur, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem.

* Aliàs perdant.

PSALMVS CXXIII.

Nisi quòd Dominus erat in nobis, dicit nunc Israël, nisi quòd Dominus erat in nobis.

Eph. 5. Corpus Christi, quòd est Ecclesia: ita distributum est, vt alia membra eius pericula tribulationum iam euaserint, alia eiusdem adhuc laboribus atterantur. Sed quia & præcedentium, & subsequenrium Sanctorum vnus est liberator, vna est omnium exultatio, & illorum qui iam aduersa vicerunt, & horum qui sperant se presentibus periculis liberandos: & promissione Dei firmam dante constantiam, vno vntur cantico, quia vno manuntur auxilio, dicentes: *Nisi quòd Dominus erat in nobis*, perfectiorem nos magnitudo superasset: sed illo præfidente cordibus nostris, illo dante tolerantiam, illo consummante victoriam, habitantis in nobis simus gloria, non hostium præda.

Cùm insurgerent homines in nos; forsitan viuos degluisissent nos.

Sent. est 33. Tota ergo Fidelium salus, tota patientium fortitudo ad Deum qui in Sanctis est mirabilis, referenda est: quia nisi in illis Dominus esset, furori impiorum fragilitas humana succumberet. Dicit ergo Israël, dicit populus redemptus, populus regeneratus, populus adoptiuus: Nisi quia Dominus erat in nobis, cum insurgerent homines aduersum nos, forsitan viuos degluisissent nos. Viui autem deglutiuntur, qui persecutione superati, in societatem transeunt impiorum, & amore exigue vitæ, in profundum ruunt mortis æternæ.

Cùm irasceretur furor eorum super nos, forsitan viuos absorbuissent nos.

Viui absorbentur, qui fidem quidem suam in conscientia suâ retinent; sed metu penæ adquefcent idolorum culturæ; viuunt itaque tenentes fidem, sed dum contra fidem faciunt, adorantes quod nihil esse nouerunt, occiduntur & pereunt.

Torrentem pertransiuit anima nostra; forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Vel sine substantiâ magnitudo periculi, quòd hi quibus Dominus inerat, euaserunt, facit eosdem qui liberati sunt mirati, quòd tanta oppressi tentatione non fuerint. Ideo enim verbum dubitationis ponitur,

vt id superatum demonstraretur, quòd humana vincifacultate non potuit. Per vim autem aquarum significauit populorum furorem, & idè ista aqua sine substantia dicitur, quia peccatum nullius substantiæ est: & qui diligit iniquitatem, odit animam suam, eo plenam quod non erit, & quòd egestem facit. Psal. 10.

Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem, vel in captione[m] dentibus eorum.

Fidelis anima, non in suis viribus, sed in Dei exultat auxilio: idè enim venantium euasit infidias, quia Dominus fecit irrita omnia genera captiuorum.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.

Laqueus vel muscipula venantium, amor est istius vitæ, cuius dolos passeres, id est, humiles quique Fidei præsidio superne protectionis effugiunt. Matth. 11.

Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Præterit enim figura huius mundi, & omnes presentium vanitatum illecebræ conterentur, cum liberati passeres, id est, humiles, à contritione temporalium, dicent exultantes atque gaudentes. 1. Ioan. 1.

Adiuuorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

Merito ergo non sunt capti à venatoribus istius mundi, qui adiuuorium quaesierunt in nomine Domini, qui cælum & terram creauit.

PSALMVS CXXIV.

Qui confidit in Domino sicut mons Sion, non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.

Inter mundi scandala, & rerum temporalium varietates non discedere à Domino; sed in charitate eius ac proximi stabilem permanere, tam clarum atque sublime est, vt qui in hac firmitate consistunt, montis Sion instar obtineant. Ipsi enim fide & spe habitant in Hierusalem, non hac terrena, sed in ista cælesti & æterna, quæ ædificatur vt ciuitas.

Montes in circuitu eius.

Montium nomine significantur Prædicatores veritatis, siue Angeli, siue Apostoli, siue Prophetæ; qui splendorem veritatis quem de supernis accipiunt, in inferiora diffundunt.

Et Dominus in circuitu plebis sue.

Quicquid ergo est lucis in moribus, ipse est, qui splendere montes facit; & quicquid per ministros auxiliij venit, illius est qui operatur omnia in omnibus. 1. Cor. 12.

Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Vt à temporalibus transferantur ad æterna.

Quia non derelinquitur virga peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Sæpe in hoc sæculo peccatores mundanam potentiam consequuntur, cum & ipsi sunt iniqui, publicorum tamen legum sunt ministri: quorum potestas etiam Fidelibus honoranda est propter vilitatem dispositæ disciplinæ: sed si in id prorumpant, vt iustos veri Dei cultu conentur auertere, nulla eis obedientia, nulla eis præbenda consensio. Quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, quorum fors ipse Deus est, qui iustus suis eam perseuerantiam dabit, vt imperia feruentium non metuant impiorum, & ab omni opere iniquæ actionis abstineant. Ità ergo & à plebibus Principes, & à seruis domini sunt ferendi; vt sub exercitatione tolerantia sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim meritum virtutis quicquid propositum non violat religionis. Sent. est 1.

Bene sic, Domine! bonis & relictis corde.

Recti sunt corde, qui de præceptis Dei & constitutionibus non quaerunt, nec varietate rerum temporalium

ralium deprauantur, quia iustum est æquanimiter ferri, quod iudicatus voluit tollari.

Declinantes autem in obligationem adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.

Impias, inquit, querelas, à fidei limite deuiantes, & in imitationem multorum sceleros transeuntes, adducet Dominus ad iudicium retributionis, paribus conscientiarum vinculis obligatos; vt quem non crederent iudicem, experiantur vitorem.

Pax super Israël.

Hierusalem interpretatur visio pacis; & Israël, videns Deum. Qui ergo videt Deum, pacem videt, & pax super ipsum est, cui Deus semper placet, & in nullo ab ipsius voluntate discordat.

PSALMVS CXXV.

Cum auereres Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.

Ecclesi. 40.

PROPHETICUS Psalmus ad ascensionem pertinet gradum, quibus bene currentium exercit profectus. Sub appellatione vnus vrbs & populi, ea quæ de vniuersa Ecclesia sunt intelligenda, significat, Sion quippe in toto mundo est Sacerdotum omnium corpus, & ciuitas, à captiuitate Babylonis, quæ confusio interpretatur, educta: ab ipso enim Adam totum genus humanum iugum subit seruitutis, per quem omnia mundi sæcula, & generalis captiuitas, à filiis adoptionis auertitur, & quicumque ad Redemptionem pertinent sanguinis Christi, in spem non dubiæ salutis, habent gaudium consolationis.

Tunc repletum est gaudios nostrum, & lingua nostra exultatione.

Gaudium quidem propriè animi est; sed quia ore promittitur, quod corde concipitur, ipsam linguam exultatione dixit impletam, cuius se ministerio in actionem gratiarum abundantia mentis effundit: quod etiam tacentem linguam fieri potest, quia & interior homo habet os inuisibile, & linguam secretam, cum quo tacito sono clamat affectus.

Tunc dicens inter gentes, magnificauit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus letantes.

Inter omnes gentes sunt ciues Sion, qui redemptione ac pretio sanguinis Christi, de captiuitatis iugo quotidie liberantur & dicunt: Magnificauit Dominus facere nobiscum, qui nos per magnificentiam gratiæ suæ, cœlesti patriæ reformauit. Latantes, quia spei manifesta vera sunt gaudia.

Conuertere, Domine! captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.

Vita præsens multis tentationibus impugnatur, vt etiam redempti captiuitatis mala metuant, & indefinenter opem Redemptoris implorent, perentes vt in via Domini per ascensionem gradus, absoluti cursus habeant libertatem. Et sicut aquæ, quæ gelu fuerint ligatæ, austro flante laxantur; ita ipsi per Spiritum sanctum resoluta glacie peccatorum, veloci ad patriam reditu ferantur, mote torrentium.

Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent.

Euntes ibant & siebant, mittentes semina sua.

Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos.

1. Tim. 3.
Ecclesi. 3.
Gal. 6.

Omnes qui volum in Christo piè viuere, persecutionem patientur: & molestia laborum sanctarum est causa lachrymarum. Sed rempus flendi, tempus est seminandi; quia opera charitatis, quæ releuandis hominum miseris adhibentur, æternorum messem parunt gaudiorum. De fructu enim bonorum operum pi corroborentur agricolæ: & cum manipulis gloriæ, id est, meritis actionum aduentui Domini Saluatoris exultanter occurrent.

PSALMVS CXXVI. I.
Psalmi huius titulus est, Canticum Salomonis. Et mirum est quòd ad ascensionem carnicum eius nomine prænotatur, quem notum est ab his virum gradibus decidisse. Sed illo cadente, si quæ per ipsum dicta sunt, deleterentur, existimaretur quod quæ Spiritus Dei loquutus est, ipse dixisset, & repudiari quæ si eius propria debuissent. Nunc autem, sequestrato hominis merito, quod à Deo factum est, non tacetur, & docti in spiritualibus fecerunt à præuaricatione doctoris. Manet ergo autoritas proprietæ, quæ non humana est, sed diuina: & quia templum Dei, non nisi ipsius opere ædificetur ostendit.

1. Reg. 11.

1. Petr. 1.

Nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt edificantes eam.

POSTOLI vox est, dicentis populo fidei: *Dei edificatio estis, Dei agricultura estis.* Quæ voce etiam propheta vtitur, protestans vanum laborem esse ædificantium domum, nisi auxilio Domini opus ædificij inchoatum fuerit & effectum. Quod vtique de tota Ecclesia intelligendum est, quæ est Hierusalem, in omnium compage Sanctorum vna domus, & vnum templum, & vna ciuitas, cuius constructio ab initio vsque in finem Domino edificante confluit, sine cuius gratia nihil est solidum, nihil firmum, sed vana omnia atque ruitura.

1. Cor. 3.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum laborauit qui custodit.

Omnis sancti ædificij status, sicut Domino operante proficit, ita Domino custodiente, consistit: quoniam vtilis Præpositorum custodia est, cum spiritus Dei populo suo præsidet, & non solum gregem, sed etiam ipsos dignatur custodire Pastores.

Sent. est

16.

In vanum est vobis ante lucem surgere.

Præsumptionis spiritus inereparatur, cui vanum est suis viribus releuari: cum gloriæ Christi particeps esse non possit, nisi qui fuerit humilitatis eius vere imitator, & amator. Si ergo quis ante lucem surgere, & obscurum noctis vult effugere, fallitur. Inordinata quippe excellem capiditas, cui humilitate crescendum fuerat, dum præopere leuatur, in profunda demergitur.

Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dicitur, *Surgite*, proiciendæ sublimitatis hortatio est: cum autem dicitur, *Postquam sederitis*, prius humilitati studendum esse monstratur: quoniam qui se humiliat, exaltabitur. Et ne dubitaret penes quos esset hoc meritum, *Qui manducatis panem*, inquit, *doloris*: hoc est, qui propter iustitiam patimini, & in lachrymis tribulationum tempus vitæ præsentis exigitis; vt qui de corpore estis Domini, vici capitis ambuletis, seruantes participationem tolerantia: vsque in finem: quoniam spes vobis in Christo certa est, & gloria resurgendi.

Luc. 14.

Cum dederit dilectis suis somnum.

Electi Dei sunt Sancti eius, quorum mortem similem facit somno, de quo Christus surrexit à mortuis: ita surgent & hi, qui membra sunt ipsius: sequentes enim præuiam lucem, post labores humilitatis introibunt in consortium glorificationis.

Ece hereditas Domini filij, merces fructus ventris.

Hereditas Domini filij sunt Ecclesiæ in quibus & merces est fecunditatis, & gaudium de fructu ventris sui, quoniam vtero fidei ipsa eos concepit, parturuit, & peperit: simul quidem cum reprobandis ventre gestatos, sed postmodum pro filiis qualitate discretos, in sancto somno, quem dilectis suis Dominus dedit, vt sessionem resurrectionis consequatur.

Sicut signata in manu potentis, sic filij excussorum.

Filij excussorum intelliguntur Apostoli, filij Prophetarum, quorum prophetia multis fuit reprobis obumbrata, quam prædicatores Euangelij excuriendo

referarunt. De Prophetis ergo postea orti Apostoli excusserunt patres suos, & lectea eorum ventilando * eruerunt: vt essent tanquam sagittæ missi in vniuersos fines terræ, arcu dominicæ iustitiæ.

*rumina-
ti sunt.

Beatus qui implebit desiderium suum ex ipso.

Beatitudinis Apostolicæ sit particeps, qui ea concupiscit, quæ illi desiderando adepti sunt, & adipiscendo docuerunt. Ex ipsius ergo imperi dicitur desiderium, quia imitatione ipsorum ad eadem gaudia peruenitur.

Non confunditur, dum loquitur inimicis suis in porta.

Quis est qui loquitur in porta, nisi qui euangelizat in Christo: quoniam ipse est ianua intrantium Dei regni. Inimici autem eorum sunt, qui prædicationi veritatis resistunt; & dum deitati Incarnationis Domini contradicunt, ab ingressu portæ merentur excludi.

PSALMVVS CXXVII.

Beati omnes qui timeant Dominum, qui ambulant in viis eius.

Multi homines malæ conscientie timent Dominum, agnoscentes quæ operibus suis retributio debeat; sed cum permanent in peccatis, quorum delectatione superantur, non medellam capiunt ex suo timore, sed penam. Igitur timor beati uisus particeps est in iis qui in Dei viis ambulant, & metuent ne quid de bono quo beatificatur, amittant, *spe gaudentes*,

Rom. 8. & in tribulatione patientes.

Labores fructuum suorum manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

A plurali numero ad singularem Propheta translatus est; quia omnes in Christo vnum sumus; ex multis membris vnum corpus effimur, dum sue in pluribus, siue in singulis vnus est Christus, quia & caput in compage, & compago omnis in capite. Iste ergo timens Dominum, & in viis eius ambulans, quomodo fructum laborum sit manducaturus, inquiritur: & inuenitur quod iusti non solum fructibus laboris sui, sed etiam ipso illo, quo ad fructum tendunt, labore pascuntur, dum priusquam præmia pij laboris accipiant, sit eis tolerantie amor, futuræ portio volupatis.

Vxor tui sicut vitis abundans in lateribus domus tue.

Cum multi Sanctorum non habuerint coniugia, neque filios, quomodo accipitur huius benedictionis fuisse particeps, nisi harum affectionum societas in totius Ecclesiæ corpore intelligatur? per illud scilicet spiritale coniugium, quo viro suo Christo, id est, sponte, sponsa connectitur. Sacramentum vero istius copulæ, multis nominibus significatur, vt qui adherent capiti, nunc membra eius, nunc mater & fratres, nunc vxor & filij, nunc templum & vinea nuncupentur: dum per has necessitudinum species illa indiuidua vnitas fidei, & spei, & charitatis ostenditur; & quicquid Christo subiungitur, sibi quoque inuicem colligatur, vt totius domus latera fecundæ vitis abundantia vestiatur.

Filij tui sicut nouella olivinarum, in circuitu mensurata.

Qui vxoris vocabulo appellati sunt, iidem commemorantur nomine filiorum, de fructu pacis nouellis oleis comparati: quoniam pacifici filij Dei vocabuntur, qui mensam dominicam sacramentorum atque doctrinæ cum vnanimitate circundant, vt quod inde percipitur, nulla disensione violetur.

Eccæ sic benedicitur omnis homo, qui timeat Dominum.

Caput & corpus, Christus & Ecclesia vnus homo, vnus est Christus, qui in suis atque in se habens benedictionem & sumit & confert.

Benedicat te Dominus ex Sion, & videas quæ bona sunt in Hierusalem omnibus diebus vitæ tue.

Non humana hæc, sed diuina benedictio est, nec terrena, sed cælestis Hierusalem bona incorruptibilia promittuntur: Quamuis enim etiam temporalia commoda dona sint Dei, non ea tamen spondet propriè

Sanctis, quæ communiter largitur & probis. Eternæ igitur ciuitatis æterna sunt gaudia, & stantium diurno perpes infinitas, nec variabiles, nec labetor. Ibi videbuntur filij filiorum, id est, fructus sanctorum operum, & perpetua iustitiæ præmia, quæ pacis nomine vniuersaliter exprimuntur; quia omnis illa beatitudo Hierusalem incommutabili pace gaudebit, & erit bonum omnium, quod fuerit singulorum.

Et filios videat filiorum tuorum, pax super Israël.

Omnis promissio æternorum bonorum, pacis nomine comprehensa est; quæ specialiter ad eos pertinet, qui sunt Israël, id est, videntes Deum: de quibus dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbant.*

Sent. et
17.

Matth. 5.

PSALMVVS CXXVIII.

Sape expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israël.

Sape expugnauerunt me à iuuentute mea.

Prophetiæ spiritus Ecclesiam Dei ad perseuerantiam cohortatur, vt de superatis persecutionibus in Domino glorietur. Ab initio enim in Sanctos, qui sunt Israël, impij sæuierunt; sed Ecclesia, siue in iuuentute sua, siue in ætate maiore, siue in senectute vltimi iam sæculi, nullis oppressionibus, nullis est victa suppliciis, cui per passiones & mortes suorum, coronæ semper triumphique creuerunt.

Etenim non potuerunt mihi.

Super dorsum meum fabricauerunt peccatores; prolongauerunt iniquitatem suam.

Omnis malorum intentio contra bonos, hæc est, vt eos similes sui faciant, & in consensum iniquitatis suæ ad fide ac probitate traducant. Qui cum obtinere non possunt, approbriis & criminatibus impetunt innocentium vitam, construentes super dorsum eorum congeriem falsitatum, quia perfectorum fidellum etiam tales & iniustorum odiorum onera sustinere, etiam prolongent iniquitatem suam, & nulla correctione mutantur; quæ pertinacia malorum longè ab innocentibus separatur, & qui est rectus, nulla eorum societate polluitur.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

Generale quidem nomen est peccatorum, quod nec Sancti quidem a se existimant alienum. Sed aliud est quod quotidie auferitur, aliud quod semper augetur. Vnde ex ipsa vitiosis specie quales hic peccatores commemorantur, ostenditur, cum Dominus non manus peccatorum, sed ceruices concisuras denuntiat. Per ceruices enim superbia significata est eorum qui in nullo se reprehendi volunt, & Dei verba tanquam deliramenta contemnunt.

Confundantur & reuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Oderunt Sion, qui oderunt Ecclesiam, & qui Dei præcepta contemnunt. Sed quia super dorsum fabricauerunt, quid faciet Ecclesia, nisi tales fere correctionis ipsorum toleret vsque in finem: veniet enim quod sequitur.

Fiant sicut fennum telorum, quod priusquam euellatur, aret.

De quo non implebit manum suam qui metis, & sinum suum, qui manipulos colligit.

Contemptotes eloquiorum Dei & amatores mundi sæno quod super tecta & super parietes nascitur, comparantur qui ante tempus messis arefcunt, & cum videntur stare, ceciderunt: nec inueniunt messorum, id est Angeli, quod de eis dominicis horreis inferatur, quia igni deputabitur quicquid carebit substantiæ charitatis.

Et non dixerunt qui prateribant, benedicti Dominus super vos.

Superbi & vani in agro Domini nihil operati sunt, nec meruerunt ab eis qui per temporalia ad æterna transibunt,

bunt, gratiam benedictionis accipere. Omnes enim Prophetae, Apostoli, vniuersique Sancti, bene viuientes benedixerunt in nomine Domini, non in suo, sed in illius cuius gratia erant quod erant, & cuius pollicitationes bonis & fidelibus promittebant.

PSALMVS CXXIX.

De profundis clamauit ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

Qui profunditate malorum vitae huius intelligit, & à terrenis erui cupit, iam de his est qui ad ascensionum pertinent gradus, & qui superno auxilio cupiunt adiuuari, vt per virtutum profectus ab imis ad summa ascendant. Clamandum ergo est voce desiderij sperantis ad Dominum, vt non de vno tantum, sed de multis profundis humanorum miseriarum eruat laborantes: quia etiam qui valde profecerunt, habent vsque in finem de quibus cupiant liberari, etsi magnorum & Fidelium ista conditio est, vt quandiu in saeculo mundani maris profunda pariuunt, quæ extremitas demersos habet eos, qui ipsi imis profunditatis delectantur, & tantò magis sunt miseri, quantò se putant esse Fideles.

Si aures tua intendentes, in vocem deprecationis meae. Si iniquitatem obseruabis Domine! Domine, quis sustinebit?

Quia qui venit soluere opera diaboli, hoc est peccata; & venit querere quod perierat, dedit spem etiam in vltimo profundo iacenti, per quam se ad opem saluantis eigeret: & idèd quantalibet mole malæ consuetudinis peccator oppressus, habet in Psalmi huius forma quod sequatur implorationis exemplum, ne de sua liberatione desperet; quia si diuina iustitia hoc hominibus in hac vita reddere quod merentur, nemo posset retributionis sustinere iudicium. Quid ergo spei tui contenti, aperit sermo qui sequitur.

Quoniam apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinuit te, Domine!

Quæ est propitiatio, nisi sacrificium? & quod sacrificium, nisi occisio illius agni, qui tulit peccatum mundi, & venit vt legem veteris testamenti noua lege Euangelicæ veritatis implet? Lex autem perfectio charitatis est, quia Deus, proximusque diligitur, & per quam dicitur conditor Legis: *Dimittit nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Bene enim sustinet promissiones Dei, qui mandatum eius exequitur: nec frustra sperat pendendum peccatis suis qui ignoscit alienis, dicente Apostolo: *Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

Sustinuit anima mea in verbum tuum.

Expectationis, inquit, meæ substantia Christus est, & verbi tui promissione non fallor, quia ipse est veritas qui promisit.

Sperauit anima mea in Domino.

A vigilia matutina vsque ad noctem, à vigilia matutina speret Israël in Domino.

Spes Fidelium, expectatione Sanctorum, non vnus diei concluditur sine, cum etiam intra breuia tempora istius vitæ multorum dierum ortus atque occasus sæpè renouentur. Virtus igitur patientiæ de illa sumenda est vigilia matutina, in qua Dominus Iesus Christus in nostræ naturæ carne surrexit à mortuis, vt quod præcessit in capite, hoc in se sperarent omnia membra faciendum: quæ spes nullis terrenda aduersitatibus, nullis terroribus obseruanda, sed vsque in finem præsentis vitæ, vbi nox quædam mortis interuenit, fortiter custodienda est, vt omnis Israël, quousque de hac vita exeat, hoc quod in Domino factum est, in se quoque faciendum sperare non desinat. Hæc enim spes propria est Israëlitarum spiritualium, quorum desiderium non vana neque temporalia concupiscit; sed à vigilia matutina resurrectionis Christi, vsque in noctem finis sui eod currit, eod tendit, quò iam in precedente peruenit.

Quoniam apud Dominum misericordia est, & nulla apud eum redemptio est.

Fiducia sperantium, misericordia Dei est; nec idèd quisquam debet de capeffenda Domini promissione dubitare, quia se participatione eius nouit indignum: cum ipsa confessio per commutationem actionis & mentis indulgentiam mereatur, & multiplex fit redemptio eius, qui nihil donorum suorum contempsit negat, & vniuersa vincula captiuitatis abrupit.

Et ipse edimet Israël ab omnibus iniquitatibus eius.

Non ergo timeat aliquis iniquitates accessurus ad Dominum, tantum vt toto corde se vocat, & ea in quibus etiam sibi displicet, agere ac velle desistat; nec dicat quòd illa fortè iniquitates remittenda sit, illa autem pro sua qualitate plectenda: sed clamet de profundis, & à vigilia matutina speret vsque in noctem, quia Redemptor sine peccato idèd pro iniustis pretiosum sanguinem fudit: & omnium in se credentium omnia peccata deleret.

PSALMVS CXXX.

Domine! non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

Neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus.

Syperna cuiuslibet spiritualis Israëlita, in qua totum Christi corpus ostenditur, sanctæ humilitatis veritas commendatur. Et hanc Psalmi vocem omnes Ecclesiæ filij suam esse cognoscunt: quom temperantia nihil humanæ gloriæ concupiscit, neque optat de operum mirabilibus gloriari, vt pro ostentatione virtutum pretium laudis acquirat, cum omnis gratia Dei, quæ in quocunque Fidelium dignatur operari, à nullo membro corporis Christi possit abiungi: & suum quifque faciat bonum quod per alium gaudet affectum.

Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.

Sicut oblatatum est super marem suam, sic retributio in animam meam.

Mens perfectæ humilitatis delectat à proposito intrepide de hac se lege constringit, vt cuidam maledictioni fiat obnoxia, si alta sapere, & de aliquibus miraculis voluerit superbiere: Sicut ergo malè agit cum infante nondum idoneo, & ad perfectionem solidioris cibi, si à matris vberibus auferatur, cum substantia alimonie eius in matre sit: Ita, inquit, retribuitur animæ meæ, vt cum panem Angelorum edere non valeam, potum materni lactis amittam; & cum ea quæ supra me sunt, apprehendere non queam, humilitatis bono caream, in quo salubrius est proficere, quam timere.

Speret Israël in Domino ex hoc nunc & vsque in seculum.

Verùm ergo Israël, quæ sibi sint in Domino præparata prospiciens, totam spem suam confirmit in Domino, & quæ sursum dum, sapiat, non quæ super terram; non temporalem querat gloriam, sed æternam: ne dum bona fallacia amat, vera non capiat.

PSALMVS CXXXI.

Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.

Congruit quidem personæ beati David, vt apud Dominum memoriam haberi cupiat mansuetudinis suæ, cuius obseruantissimus fuit, & de qua secundum historiam testis est ordo gestorum. Sed altiore intellectu sermo propheticus accipiendus est, vt fecerit ad illum hominem, qui in capite & in corpore, id est, in Christo & Ecclesiæ vnus homo est, hæc verba referantur qui bus plenè vitur tota Dei ciuitas & omnis compago Sanctorum mansuetudine parentium, & humilitate sublimium, huiusque propitij votum offerentium Deo, vt tabernaculum ipsius efficiantur, & templum, quod anima omnis fidelis quodam insolubili

iramento praeferat & sancti, cupiens se in aeternum à Domino possideri, & habitaculum esse Spiritus sancti.

Sicut irauit Domino, uouit ueni Deo Iacob.

Si intrauero in tabernaculum domus tuae, si ascendero in lectum stratus mei.

Si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitionem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

In his omnibus uoti perfectantia, & fidei fetuor ostenditur. Vt enim quis locus sit Domino & tabernaculum Deo Iacob, à propria uilitate ad bonum debet commune transire, non in se requiescere, nec in suis delectationibus dormitare: quod faciunt, qui sua quaerunt, non quae Iesu Christi; quae autem sunt Iesu Christi, non singularium membrorum, sed totius corporis bona sunt, & nullas non habet de quibus nemo non gaudet. Fit ergo locus Domini & tabernaculum Dei Iacob, qui Ecclesiae coaptatur, qui corpori Christi per spiritum charitatis uouitur, nec uicium alibi beatus fieri cupit, nisi in illa domo, quae dicitur: *Beati omnes qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te. Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis siluae.*

Psal. 38.

Ephrata nomen Hebraeum interpretatur Latine speculum, in quo prophetae significationis imago praecessit: per speculum enim prophetae, adnuntiat haec sedes vel habitatio Dei, de qua dicitur: *Ecce audiuimus eam in Ephraim, id est, in eloquiis Prophetarum: inuenimus eam in campis siluae: hoc est, in altitudine gentium, in quibus fuerunt uoces idololatriae, concretionis errorum, & syluestres incultorum mentium ferratas. Quod ergo audiuimus ex libris Iudeorum, manifestum est in fide gentium.*

Intrabimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.

Qui intrant ut inhabitent, ipsi sunt qui ut inhabitentur, intrantur: & hi sunt in domo Dei, qui sunt domus Dei, ut uerè in regno Dei sint quibus dici potest: *Regnum Dei intra uos est.* Adorant ergo isti in loco ubi steterunt pedes, vel ipsius domus permanentes in Domino: vel ipsius Domini qui domus perfectantis habitator est. Sicut autem non est locus adorandi, nisi in Ecclesia Catholica: ita nemo potest dicere Dominus Iesus Christus, nisi in Spiritu sancto.

1. Cor. 12.

Exurge Domine! in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae.

Ecclesia, id est, corpus Christi, capiti suo dicit: Dormisti per conturbationem crucis; surge in requiem aeternitatis, tu & arca sanctificationis tuae: ut gloria resurrectionis, non solum in capite membrorum; sed etiam in membris capitis impleatur: quae membra arca sunt sanctificationis Deo, siue per Incarnationis ueritatem, siue per gratiae electionem, ut in persona Mediatoris Dei & hominum hominis Christi Iesu intelligatur, & altare propitiatis, & arca sacrificij, & arca doctrinae.

Sacerdotes tui indignantur iustitiâ, & Sancti tui latentur.

Te, inquit, resurgente à mortuis, & eunte ad Patrem, regale illud sacerdotium induatur fide, quia iustus ex fide uiuit: & accepto pignote Spiritus sancti, latentur membra spe resurrectionis quae praecessit in capite.

Propter Domini seruum tuum non auertas faciem Christi tui.

Hoc Deo Patri dictum est ab Ecclesia, supplicante ut meminerit promissionem suam in domum Dauid, ne omne Iudaicum genus pereat, propter facinus impiorum: qui licet receperint, & recipient quod merentur; multa tamen ex ipsis millia iustificata sunt per fidem, & inde Apostoli, inde Doctores, inde tot Martyres, & primogeniti totius adoptionis electi, ut frumenta discernentur à paleis, & reliquiae

saluae fient. Pro quibus & Dominus in cruce orabat dicens: *Pater! dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.*

Rom. 11.
Luc. 23.

Ita ait Dominus Dauid ueritatem, & non penitente eum.

Sicut iramenti nomine, in Deo constituto significatur incommutabilis ueritatis, ita penitentiae appellatio, conuersio sententiae demonstratur. Unde idè dicitur Dominus non penitere, quod statim nunquam immutat: quo quid aliud, quam aeternitas donorum, & iudiciorum eius ostenditur?

De fructu uentris tui ponam super sedem tuam.

Dauid, in quo persona est capitis & corporis, id est, Christi & Ecclesiae, hanc promissionem accipit, quod fructus uentris eius super sedem ipsius esset ponendus, cuius regnum manet in aeternum: qui idè fructus uentris dicitur, quia Saluator secundum carnem uirginis matris est filius conceptus, non per uirile coitum, sed per Spiritum sanctum.

Si custodierint filij uos testamentum meum, & ueritas mea haec quae docco eos?

Et filij eorum usque in aeternum: sedebunt super sedem tuam.

Custodibus testamenti, haec hereditas pollicitationum & aeterni regni beatitudo promittitur, quae non solum filij Dauid, sed etiam filiorum eius filij dicitantur: sed hanc gloriam, semen fidei, non carnis propago consequitur, & in toto mundo qui sunt in fide Sanctorum Patrum, ipsi in honore numerantur haeredum.

Quoniam elegit Dominus Sion, praelegit eam in habitationem sibi.

Sion ipsa est Ecclesia, & ipsa est Hierusalem ecclestis, ad cuius pacem currunt, qui etiam nunc peregrinantur: ipsa est ciuitas Dei, quae ex meliore sui parte, semper cum Authore suo mansit: & partem, quae per Dei gratiam quotidie ab exilio reuocatur, expectat, ut simul tota sit sui habitatoris ædificatio.

Hæc requies mea in seculum saeculi: hic habitabo, quoniam praelegi eam.

Apparet quàm inestabili dilectione Ecclesiam suam diligit Deus, quando eam requiem, quàm ipsam facit requiescere, suam dicit: eum indemandabilem deitatis tranquillitatem nullius unquam laboris perturbatio fatigare. Huius uerò tanti muneris quae principalis causa sit, plenissimè demonstratur, cum dicit: *Quoniam praelegi eam: secundum quod in Euangelio Dominus ait: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos.*

Ioan. 15.

Uideam eius benedicens benedicam: pauperes uos saturabo panibus.

Tota Ecclesia dei in Dominum sperans, & humilitate proficiens, formam uiduae gerit, quae, quoniam consolationem huius mundi non habet, instat orationi nocte & die, & solo diuino fedit auxilio. Pauperes quoque hi significatur, de quibus dicitur: *Beati pauperes spiritu.* Et: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quonia ipsi saturabuntur:* Cibo utique gratiae & pane iustitiae, ut educant illum, qui dicit: *Ego sum panis, qui de calo descendit.* Uiduitas igitur & paupertas, non in solis mulieribus maritorum consortio destitutis, neque in eis tantum qui inopia laborant, intelligatur; sed in omnibus membris corporis Christi. Quia aliud est quod tolerat labor necessitatis, aliud quod elegit amor religionis.

1. Tim. 5.

Matth. 5.

Ioan. 15.

Sacerdotes eui indignantur saluari: & Sancti eius exultatione exultabunt.

Salutaris, id est, saltem adferens, Christus est, Gal. 3: quo quisque regeneratus induitur, dicente Apostolo; *Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Et hoc uincula Ecclesiae sub nomine adsequitur sacerdotum: quia totus populus Christianus sacerdotalis est. Verum plenius hoc ipsi rectores plebis accipiunt, qui specialius summi Pontificis & mediatoris personam gerunt.

Hic

Hic producan cornu David.

In cornu altitudo significatur, non in se, sed in Domino gloriantium; quia sublimitas cotinum mensuram totius carnis excedit.

Paravi lucernam Christo meo.

Id est, præmissi ante ipsum prophetiam, cuius lumine vterentur, qui erant in ignorantia tenebris constituti. Unde & beatus Petrus Apostolus dicit, *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefactus intendentes quasi lucerna & lucens in caliginoso loco.* Et ipse Dominus ait de Baptista Ioanne. *Ille erat lucerna ardens & lucens.* Merito ergo Sancti exultatione exultant, quia non in se, sed in Domino glorificantur.

Inimicus eius induam confusione: super ipsam autem efflorebit sanctificatio mea.

Aperit significatum est, quid debeat inimicis gratiæ Christi, & quæ in ipso Sanctis gloria præparetur, cum Christus in toto suo corpore resurgit, 1. Cor. 15. & erit Dominus omnia in omnibus.

PSALMVS CXXXII.

Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum.

Bona & iocunda habitatio est, quæ inter filios adoptionis efficit vitæ, & præter corpoream a localem habitationem, fratros animos fidei pace connectit: quod tunc verè impletur, cum in vnum caput totius corporis Christi, omnia Fidelium membra concurrunt.

Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Per Aaron sacerdotem ille indicatur sacerdos, qui veri pontificis sacramentum, non in alieni generis hostia; sed in oblatione corporis & sanguinis sui solus implevit; idem sacerdos, idem victima, propitiator, & propitiatio, omniumque mysteriorum, quibus nuntiabat, effector, qui mortuus, sepultus, resuscitatus, ascendit in caelos, naturam humanam super omne nomen exaltans & mittens Spiritum sanctum, cuius virtutem omnem Ecclesiam penetraret. A capite enim, id est à Christo manas benedictio, non solum in barbam, sed etiam in ora vestimenti eius, id est, vique ad infima membra descendit. In barba autem, quæ vnguentum fluens à capite prima susceperit, Apostoli significantur & Martyres, in quibus virtus capitis & sacramentum eminet, & exemplo.

Quod descendit in ora vestimenti eius, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Roris descensio, supernæ gratiæ significatio est, quæ sanctorum est origo meritorum. Hermon autem inter præcari dicitur flumen exaltatum, quod intelligitur Iesus Christus, qui ascendens in alsum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Ab ipso enim in Sion, id est, in Ecclesiam, venit pluvia charismatum, exoritur ex tora compage fructus benedictionum, & fortitudo virtutum.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem: & vitam usque in æternum.

Gratia roris Hermon ibi descendit, ubi per vitæ unitatis habetur participatio benedictionis: ipsi enim in vnum habitant, qui in Christo concorditer vivunt, & in diligendis non solum fratribus, sed etiam inimicis seruant præceptum, quo per persecutoribus suis iubentur orare: quando pro inimicis suis est mortuus Dominus, qui eos facit participes æternitatis, quos imitatores habuerit dilectionis.

PSALMVS CXXXIII.

Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini. Qui statis in domo Domini, in atris domus Dei nostri.

Nunc, inquit, id est, in hoc tempore tribulationum & angustiarum, in tempore persecutionum

& lachrymarum, benedicite Dominum, omnes qui in vno corde, & vno spiritu, in confessione, & in laude Domini permanetis: stantes, id est, perseverantes in latitudine fidei & spei & charitatis.

In nobilibus extolite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.

In aduersitatibus, ait, quæ diem vitæ huius obcurant, nolite deficere; stantes manus vestras in opere sanctitatis extolite, vt benedictiones quæ voce promuntur, in conuersationibus vestræ pietate videantur.

Benedicite te Dominus rex Sion, qui fecit caelum & terram.

Plures honoratus est vt benedicerent Dominum, & ipse vnum benedicit, quia ex plurimis vnum fecit, vt omnis Ecclesia, cuius corpus vnum, & anima vna, benedictionem tanquam humum vnus accipiat.

PSALMVS CXXXIV.

Laudate nomen Domini, laudate seruis Dominum, Qui statis in domo Domini, in atris domus Dei nostri.

Bona cohortatio & vilis, quia in Domini laudem serui ipsius incitantur, cum vtrique hoc non egeat Deus, cuius gloria nec minor le potest esse, nec maior; Sed quia tali officio proficiunt laudatores, & desunt eum timere atque amare quem laudant: persistat fidelis deuotio in diuinarum confessione virtutum, vt obseruantia consuetudinis fiat sacrificium voluntatis. Quales autem esse debeant Prædicatores Dei consequenter ostenditur, cum dicitur: *Qui statis in domo Domini, in atris domus Dei nostri;* id est, qui in præceptis Dei insatiabiles permanetis, ex hoc ipso quod in Domini domo statis, ipsis gratias agitis, qui soluti competitos, illuminant cæcos, erexit elisos, & dedit vobis spiritum intelligentiæ, qui vos in dilectionem & in laudem eius accenderet.

Laudate Dominum, quoniam bonus Dominus: psalite nomini eius, quoniam suavis est.

Laus Domini nec verberis significari, nec plenibus potest, quam cum dicitur bonus: verum hoc non cum cæteris bonis quæ non sunt nisi per ipsum, sed præ omnibus singulariter intelligendum est: quia aliud est bonum omnia bona faciens, & amorem sui non habens: aliud quod nisi fieret, esse non posset. Vnde dicitur: *Nemo bonus, nisi vnus Deus.* Nec est vlla creatura comparabilis Creatori, quæ si quid boni habet, non est ei proprium, sed acceptum. Hoc itaque summum & incommutabile bonum, laudantibus suis participationem suæ suauitatis impertit, per hoc quod æqualis Patri Filius Dei factus est, mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: Ipse est enim secundum quod verbum caro factum est panis hominum, qui descendendo ad nos, per nos nobis ad se per se fecit ascensum: & bibendo calicem nostræ infirmitatis, fecit nos calicem suæ gustare virtutis, vt agnosceremus & confiteremur quoniam suavis est Dominus.

Quoniam Iacob elegit sibi Dominus: Israël possessionem sibi.

Tota suauitas bonitatis Dei in gratia ipsius demonstratur; quia Iacob elegit sibi Dominum, & Israël in possessionem suam fecit, accipiens illam sibi domum, quam specialius eligeret & ornaret. Quamuis enim omnes gentes ipse condiderit, hanc tamen non sicut aliam commisit angelis, sed suo nomini propriè deputauit, ita disponens sacramentum vocationis suæ, vt electio Israël, ad salutem omnium gentium pertineret promissionis filiis, in æternam hæreditatem, non ex carnis propagine, sed ex regenerationis adoptione ventoris.

Quoniam ego cognoui quia magnus est Dominus, & Deus noster super omnes deos.

Contemplatio prophetica altiora operum Dei secreta conspiciens: Ego, inquit, cognoui quàm magnus est Deus, & quod propositum eius atque consilium nullo explicatur eloquio; sed quia super omnem potentiam excellit omnipotens, neque vlla natura est super quam non Creator eius emineat: commemorentur de conditis, per quæ intelligantur mirabilia Conditoris.

Omnia quaecunque voluit Dominus fecit in celo & in terra: in mari, & in omnibus abyssis.

Quicquid creaturarum est in celo, & in terra, in mari, & in abyssis Deus fecit: nec est vlla natura, vllave substantia, quæ non præcepto eius extiterit. In creanda autem vniuersitate rerum atque formarum, non operatio fuit laboris, sed ratio voluntatis: quam nullum præcessit tempus, nullus est moratus effectus. Hanc potentiam homo totius mundi consideratione cognoscens, confiteatur: quia cum in agro cordis sui, aliquid boni nascitur, de opere & munere est caelestis agricolæ, qui ea quæ intrinsecus per naturam, & corrupta sunt per inobedientiam, dignatur reparare per gratiam.

Suscipiens nubes ab extremo terra, fulgura in pluuia fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis.

Hæc omnia in toto mundi corpore, Dei nutu & Dei aguntur arbitrio: quæ vtiq; cum multa admiratione laudanda sunt, & in eis intelligendum est, quæ operetur Deus in ipsis hominibus, quos ad imaginem & similitudinem suam fecit, & refecit.

Qui percussit primogenita Ægypti: ab homine usque ad pecus.

Primogenita hominum, sunt principia bonæ & probabilis vitæ, quæ initium sumit ex fide. Cum igitur aliqui Christiani aut schismata, aut hæreses mouent, & Ecclesiam Dei quibus possunt afflictionibus impetunt, sunt Ægyptij, quorum nomen interpretatur afflictio populi Dei: & percutiuntur in primogenitis suis, id est, in fide, quæ dum à charitate Ecclesiæ desciscit, extinguitur. Hæc autem pessima plaga in homines. Percutiuntur & pecora, hoc est, qui sapientium, doctorumque speciem gerunt: & hi qui pro causa stultitiæ & imperitiæ possunt pecoribus comparari.

Immisit signa & prodigia in medio tuis, Ægypte: in Pharaonem & omnes seruos eius.

Nihil habent bonæ significationis eorum nomina, in quos iram suam Dominus effudit: nam & Phare disipationem: & Ægyptus afflictionem sonat. Afflictio Regem habet disipationem, quia illi qui affligunt Ecclesiam, dissipati affligunt, & Regi suo suâ primùm querelione famulantur.

Qui percussit gentes multas, & occidit Reges fortes.

Sion Regem Amorrhæorum, & Og Regem Basan, & omnia regna Chanaan.

Interfectiones quidem Regum, & gentium aduersariorum populo Dei, ita vt narrantur, impletæ sunt: sed quia propheticus est textus historiæ, non carent figuris scriptorum nominum qualitates, vt per interpretationem significationem cognoscat Ecclesia; quorum maximè hostium cæde saluetur. Interpretatur namque Sion tentatio colorum, & Amorrhæi interpretantur, amaricantes. Cum itaque tentatio colorum non fit nisi mendacium, quod vt facilius obcepat, colorem sibi veritatis adsumunt, quod mirum si amaricantes, mendacis Regis simulatione ducuntur: quoniam & ipse mendacii pater diabolus, transfiguratur se in angelum lucis, & tentatio colorum contrarios veritatis faciat esse, quos decipit: sed hi homines spiritualiter occiduntur, cum moriuntur diabolo, vt viuunt Deo; & qui crederent mendacio, credant potius veritati. Manus autem Dei quia successiones, & vni-

fications facit, Og Regem; & Basan, populam eius interem t. Og enim interpretatur conclusio, & Basan interpretatur confusio. Talis quippe conclusio intercludit viam, quæ ducit ad Dominum, & interceptos ad confusionem perducit, & iniquos modo concludit, ne credant in Christum: quando Christus apparuerit, confundentur, nisi tunc gratiâ conuertentur, mutantur. Chanaan verò interpretatur paratus humilitati. Quæ humilitas pænalis intelligenda est, quæ paratur supertis, qui modo non in humilitate, sed in elatione sunt positi, & præordinantur in id quod retribuendum est vanitati.

Et dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israël populo suo.

Fit hoc quotidie; nam quod alij per meritum suum perdunt, alij per gratiæ munus acquirunt; quoniam *Iacob elegit sibi Dominus: Israël in possessionem suam; & habenti dicitur: Tene quod habes, ne alius accipias coronam tuam.* Apoc. 1.

Dominus nomen tuum in æternum: & memoriale tuum in generatione & generationem.

Id est, virtutum tuarum miracula non cessabunt, & quæ operatus es signauerunt, operaberis indefinenter implendo. Memoriale autem Domini in eo intelligitur quòd non obliuiscitur promissionem suarum; sed omnino efficit quod spondit, & hoc fit à generatione in generationem; quia alia est generatio hominum quàm nascitur mundo, alia quæ renascitur Deo; Sed in vtraque sub altissimo iudicio Dei, & opus naturæ impletur & gratiæ.

Quoniam indicabit Dominus plebem suam, & in seruis suis d. precabitur.

Excepto iudicio futuro iam iudicata est plebs Iudæorum. Quid est, iudicata? separati inde sunt iusti, & remanserunt iniusti. Audi Dominum dicentem: *In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant; & ex cæcatis enim sunt perbi, illuminati sunt humiles; & in hoc vno populo, qui & Iacob & Israël generaliter appellatur; vna enim persona est domus Iacob, & domus Israël: vna gens, vna plebs; hanc inuitat, & hanc dimittit, mites à ferocibus, credentes ab infidelibus separando. In seruis suis igitur deprecabitur Dominus; id est, innocabitur vel exorabitur, & in omnibus nationibus erunt homines Israëlitiæ dignitates, cum Iudæi ex maxima sui parte erunt impij, & veritatis inimici: sed quia spiritalis Iacob ex omni gente assumitur, idololorum cultoribus infidelitatis cæcitas exprobratur.*

Simulachra gentium argenti & aurum, opera manuum hominum.

Omnes ex quacunque natione verum Deum recedentes; Christi Evangelio resistentes idololorum cultores sunt; & cum in cordibus suis falsitatum dogmata fabricantur, id quod finxerunt, simulachrum est; & si quid ratiocinando minuerint, id argenteum videntur, aut aureum: qui ita humane sapientie argumentis & eloquio coloratur, vt reuerentiam sibi pro mendaciorum arte conciliet. In huiusmodi ergo signentis opera sunt manuum hominum, quæ humanus error excogitavit, non doctrina veritatis influit.

Os habent, & non loquentur: oculos habent & non vident.

Aures habent, & non audiunt; nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & non operabuntur: pedes habent & non ambulabunt.

Non clamabunt in gusture suo: nec enim est spiritus in ore eorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

Propriè quidem hæc de Paganis dici videntur: sed etiam hæreticos comprehendunt, qui dum falsis in-

terent,

hærent, & impia hominum commenta sectantur, omnia rationalis vitæ officia perdidit: Nam quid est habere oculos, & non videre, quàm in errorum nocte versari? Habere aures, & diuinæ inobedire doctrinæ? Habere nares, & bonum Christi odorem non capere? Pedes habere, & vocantem non sequi gratiam? Habere linguam, & non loqui veritatem? Habere manus & sine opere esse iustitiae? Quia omne quod non est ex fide, peccatum est. Mendaces igitur conformabuntur mendacio; & quo magistro fidunt, cum eodem confundentur, & tamen ex ipsis quotidie commutantur per miracula Dei; quotidie aperiantur oculi cæcorum, & aures surdorum; inspirantur nares infensorum; resoluuntur ora mutorum; fiunt operatiæ manus paralyticorum; dirigitur pedes claudorum, ex lapidibus excitantur filij Abrahæ, quibus omnibus simul dicatur.

Domus Israël benedicite Dominum: domus Aaron benedicite Dominum.

Quia omnes hos gradus quos vna gens habitat, per ipsam fidem, quâ illa iustificata est, totus mundus obtinuit, & in cunctis iam nationibus inuenitur Abraham credentium pater.

Qui timetis Dominum, benedicite Dominum.

Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

Habitatio Dei, non est illa Hierusalem, quæ cecidit; sed est in cordibus Fidelium, atque Sanctorum, ex quibus ædificatur æternum templum Dei cum compagne Angelorum, qui nunquam à Domino recesserunt. Benedicite ergo Ecclesia Dominum, ex Sion, id est, de specula ex qua promissiones Dei prospicit venturas in Hierusalem, id est, in visionem pacis; ubi iam nullum periculum infirmitatis, nulla erit aduersitas creatoris.

PSALMVS CXXXV.

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Psalms iste laudem continet Dei, & eodem modo in omnibus suis versibus terminatur, vt quicquid operum Dei percurratur, idem intelligatur effectum, vt bonitatis & misericordie eius manifestaretur æternitas. Quamvis enim post iudicium, quo in fine sæculi viui & mortui iudicandi sunt, missis iustus in vitam æternam, impiis autem in ambuscationem æternam, non sint deinceps futuri, qui diuinæ gratiæ dispensatione saluandi sint: rectè tamen intelligi potest, in æternum futuram misericordiam eius, quam suis Sanctis Fidelibusque largitur, quoniam ea beatitudo, quam ex Dei misericordia consequentur, nulla vnquam tentatione pulsabitur; sed in æternâ pace & gloria incommutabilis permanebit; quod opus ineffabilis pietatis, quia in sempiterno Dei proposito atque consilio fuit, vt per temporalia præordinarentur æterna; mirè totius mundi elementorumque conditio propter hanc misericordiam dicitur instituta, cui perficiendæ omnium rerum ordo seruasset.

Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.

Deorum nomen cum in bono positum reperitur, secundum gratiam intelligendum est, non secundum naturam, dicente Apostolo; *Nata estis sunt, qui dicuntur Dei, sine in celo, sine in terra: quemadmodum sunt dii multi, & domini multi; sed nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos per ipsum.* Qui ergo sunt filij Dei, & per adoptionis sacramentum diuinæ sunt consortis naturæ, habent volunt nominis donum, quia vni Deo seruiant, vni Domino voluntaria subiectione fa-

mulantur. *Dij autem gentium demonia*, quæ quoniam gaudent se ab errantibus coli, in æternum ignem cum suis cultoribus damnabuntur.

Qui facit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia eius.

Possunt ea mirabilia accipi à Deo solo facta, quæ neque per angelos, neque per homines sunt effecta: sed sola Dei operante virtute; quamvis enim ipse operetur omnia in omnibus, naturas tamen cunctarum creaturarum, cælum & cælestia, terram & mare, cum vniuersis quæ in eis sunt, solus instituit; non quod sine Filio suo verbo aut Spiritu sancto aliquid fecerit Pater; sed quia Trinitas vnus Deus est, quia creaturas non per creaturam fecit, sed sola potentia Deitatis. Quod autem in secundis dicitur; *Quoniam in seculum misericordia eius*: ad reparationem humani generis referendum est, quod Dei misericordia per sacramentum regenerationis vitæ reddit æternæ.

Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in seculum misericordia eius.

In intellectu facti sunt cæli, ad erudiendam eam creaturam, quæ ad cognitionem sui præordinabatur Auctoris; *Inuisibilia enim Dei*, sicut ait Apostolus, *à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius & diuinitas*; hic idem Propheta dicit: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Quia maiestatis inuisibilis pulchritudo, & per corpoream creaturam incorporeus Creator agnoscitur.

Qui firmavit terram super aquas; quoniam in seculum misericordia eius.

Bene quidem intelligitur super aquas terra fundata, in eo, quod circumfluentibus aquis supereminet; & ita etiam in infimis natura inuenitur humoris, vt ei solidum subdat elementum; sed secundum Sacramentum Ecclesiæ, quod per totum mundum in regenerationis lauacro celebratur, factus hunc accipitur dictum de præparatione baptismatis, supra quod naturæ humanæ terra fundatur, ita vt ab aquis tota æterna templi structura consurgat.

Qui fecit luminaria magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.

I sed & hic addit Solus, quia cætera mirabilia quæ dicturus est, aut per homines, aut per angelos fecit.

Solem in potestatem diei: lunam, & stellis in potestatem noctis.

Splendor solis in die potens est, & lunæ & stellarum in nocte: sed hæc præter utilitatem quam mundo vicibus suis præbent, & præter decorem quo totius mundi augetur ornatus, dant significationem spiritualium gratiarum: Nam præcipuum fidelium cordium lumen est veniens ab ipso iustitiæ sole sapientiæ; secundum autem lumen est scientiæ, quæ inter sæculi huius obscurata dat quodammodo lunare solatium; deinde pluri-morum charismatum munera stellarum ignibus merito comparantur, vt ambulantes per difficilem viam nunquam desit cælestis præsidium.

Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum.

Nulla pars mundi est, quam non percutiat gladius veritatis, vt Christo præcipua quæque subdantur.

Qui eduxit Israël de medio eorum.

Quotidie Sancti ab iniquis & aduersis tribulationibus eruantur.

In manu potenti, & brachio excelso.

Quid potentius eo, de quo dictum est. *Et brachium Domini qui reuelatur ei?* Ioan. 14.

Qui diuisit rubrum mare in diuisiones.

Rubri maris diuisione significatur baptismus Christi, in quo sunt diuisiones, vt vna res aliis sit in vitam, aliis in mortem: in vitam Fidelibus, in mortem perfectioribus.

Et eduxit Israël de medio eius.

Rom. 14.

Rom. 11

Psal. 18.

Matth. 25.

1. Cor. 8.

Ioan. 14.

Et eduxit populum suum Dominus innovatum per laaacrum regenerationis.

Et excussit Pharaonem, & virtutem eius in mare rubrum.

Perit in aquis Rex peccati, & baptizatus reatus excutitur.

Qui traduxit populum suum in deserto.

Traducit & nos per huius mundi ariditatem & sterilitatem, ne in eâ pereamus.

Qui percussit Reges magnos, & occidit Reges fortes.

Percutit, atque occidit etiam per nos diabolicas & noxias potestates, quoties dat victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

Sion Regem Amorrhæorum.

Germen inutile, quod interpretatur Sion: & Regem Amorrhæorum, quod interpretatur Amiricanium, percuit per Ecclesiam suam Dominus.

Et Og coaceruans eum.

Hoc est, confusionis: quid enim coaceruat diabolus nisi confusionem?

Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Israël populo suo.

Dat etiam, quos diabolus possidebat, hæreditatem semini Abraham: quod est Christus.

Quia in humilitate nostrâ memor fuit nostri, & redemit nos ab inimicis nostris.

Redemit nos sanguine vnigeniti sui.

Qui dat escam omni carni.

Hæc est escæ, quæ Dominus dicit; *Caro mea vera est escæ, quæ datur omnibus gentibus.* Quia nullus renatorum Fidelium ab escu eius excipitur.

Constitemini Domino: quoniam in æternam misericordia eius.

Quod hæc ait, Domino cæli, hoc videtur superius dixisse, Deo deorum: & quod ibi subdidit; hoc etiam hic connexuit: *Constitemini Domino deorum:* vt si sunt qui dicantur dii, & Domini, siue in cælo, siue in terra, nobis tamen vnus sit Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus Dominus Iesum Christum, per quem omnia, & nos per ipsum, cui conficamur, quoniam in æternam misericordia eius.

PSALMVS CXXXVI.

Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, cum recordaremur tui, Sion!

Prophecia Psalmi non solum hoc denunciat, quod secundum gerendarum rerum ordinem ad Israëliticum populum propriè pertinebat, sed etiam quod in omni Ecclesia Dei, quæ in toto mundo est, agitur & impletur: vniuersi enim Fideles, qui ciues sunt Hierusalem, & in hoc sæculo peregrinantur, atque his vocibus & congruenter vtuntur, vt dicant quod Psalmi verba pronuntiant: Nam qui fide iustificati sunt, & spe salui facti, ad patriam cælestem, angelicamque desiderant, recordantes promissionis Dei; sicut & gemunt de habitatione terrena, quæ in quacunque sui parte Babylonia est, & flumina eius sunt omnes illecebræ temporales, siue in moribus, siue in opinionibus, quas sibi quisque deleget, in quibus nihil stabile, nihil firmum est; sed omnia fluida, & in maris profunda decutientia. Qui autem quæ sursum sunt sapiunt, non quæ super terram, sedent quidem super mundi flumina atque torrentes; sed tamen cursu aquarum labentium non trahuntur, nec miscentur confusioni (quæ interpretatur, Babylonia) sed recordantes Sion, (quæ exprimitur, specula) in quod Deus promissit intendunt, & à temporalibus ad æterna proficiunt.

In salicibus, in medio eius iussedimus organa nostra.

Habent organa sua ciues Hierusalem, Scripturas, Dei præcepta, & promissa Dei, & meditationem quandam futuræ sæculi; sed cum agunt in medio Babyloniæ,

organa sua in salicibus eius suspendunt. Ligna autem Babylonis fluminibus rigata, & nullum fructum afferentia, similitudinem gerunt hominum sterilium, qui mundanis pascuntur illecebris, & nulla sunt virtute fecundi, nec possunt eis villa diuinorum semina Scripturarum inferi, quia capaces non sunt præceptorum Dei; & merito in eis differendo suspenditur, quod pro sua insipientia audire non possunt.

Quis illic interrogauerit nos, qui captiuus duxerunt nos, verba canticorum:

Et qui adduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Omnes homines primâ transgressione à diabolo captiuati sumus; quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati, sed ab hac captiuitate redemit nos suo sanguine Iesum Christum. Pars ergo quæ captiuatoribus suis volens seruit, & eis delectatur quæ hostibus placent, præbet se ministrum ad impugnandos redemptos, & per ipsam diabolus quicquid contra Sanctos audet, excutitur; vt merito ipse agere dicatur, quod per homines sibi subditos gerit. Interrogat ergo Christianos pagani, & impii eorum quorumque dogmatum sectatores, quæ nobis religionis sit ratio, quæ utilitas in fide Christi, quive sit fructus? & interrogatio eorum non veritatem vult discere, sed credentium corda turbare; vnde à talium auribus suspendenda sunt organa, nec canticorum, hymnorumque nostrorum sacramenta pandenda; nec sanctum vult canibus, & iaciantur margaritæ ante porcos. Volentibus igitur de confessione fidei nostræ intrudere calumnias suas, respondendum est quod ait Psalmus.

Quæ modo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

Homo deditus carni, deditus mundo, seruans vanitatibus, plenus erroribus, terra aliena est: in qua seri sacra semina, quæ sunt diuina cantici verba, non possunt: quia nisi in Sion, id est, in Ecclesia, non congruè celebratur diuina laudatio. Ne ergo per alienorum contagia quædam cælestis patriæ irepat obliuio, quodam iuicirando confirmanda est fides, & dicendum.

Si obliuiscui tuero Hierusalem; obliuiscatur me dextera mea.

Dextera nostra est vita æterna, sinistra est vita temporalis: illa plena spe beatitudinis, hæc plena periculo perditionis. Quicquid fit propter vitam æternam, dextera operatur: inuitum verò est quicquid propter gaudia transitoria aut operatur, aut agitur, & in obliuionem venit dextera sinistra, quum virtutis amor, & consuetudo superauerit. His ergo, qui ab Hierusalem charitate discedunt, hoc contingit, vt obliuiscatur eos dextera eorum. Vita enim æterna in fe manet: illi autem remanent in delectatione mortifera, amplectentes mala pro bonis, falsa pro veris, sinistra pro dexteris.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminerit mihi, si non præposuero Hierusalem in principio latissimæ mee.

Obmutescam, inquit, nisi tui meminero. Quid enim loquitur, aut quid sonat, qui Cantica Sion in laude non sonat? Eloquium lingue nostræ est Hierusalem canticum. Os autem carnalia loquens, & secularia cauens, mutum est & obstruendum, quia inde delectatur, vnde confunditur. Verus ergo Hierusalem amator & ciuis, hæc fe lege constingit, vt huius pœna lubeat damnationem, si non omnibus iucunditatibus præposuerit cælestis patriæ charitatem.

Memento, Domine, filiorum Edom, in die Hierusalem.

Homo Israëlita inter alienigenas constitutus precatur Dominum, vt meminerit, quia inter filios Edom, id est Esau, & inter filios Iacob concordia esse non possit;

Ioan. 6.

I. Cor. II.

Rom. 3.

Rom. 8.

Coloss. 1.

Ioan. 8.

Math. 7.

possit; & illæ inimicitia maneat quas iam in matris vico si iacob nondum natorum lacta geminorum, & post ita diceret prescientia Creatoris, vt diceret: *Iacob dilexi, Esau autem odio habuit.* Vnde omnes filij promissionis personam gerunt iacob: Esau verò nomine tota pars infidelium figuratur. Petit igitur vt meminerit Deus, quomodo Esau insurrexit in iacob: meminerit etiam diem laborum Hierusalem, quæ superbiam tolleret impiorum: vt in diem felicitatis eius, quâ à seruitute captiuitatis quotidie eruitur: & ad æternæ patriæ bona vera perducatur.

Qui dixerunt: exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea.

Persecutoribus populi Dei non sufficit qualiscunque vastatio, nisi etiam fidem, quæ sancti est ædificij fundamentum, seu exinanitione subuertant.

Filia Babylonis misera.

Ipsa est eadem, quæ Babylon: quæ in propagine sua & mater, & filia est: mater generando, filia succedendo: infelix vtrique & misera, quæ ad perditionem & generatur, & generat.

Beatus qui retribuisti tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis: beatus qui tenebis: & alidit parulos tuos ad petram.

Omnes primo ortu in Babylonia geniti sumus, & ab ipso carnali exordio parulos non accepit mundana confusio, nec aliud nobiscum egit hoc sæculum, quàm vt per varias opinionis & diabolicas artes diuersis implicaremur erroribus. Sed de hoc generali malo innumeros eruit Dei gratia, & adhuc inter oblectamenta Babylonis morantes iam inter Hierusalem computat ciues, quos qui beatus est, & beatos facit, eruit de tenebris & de potestate tenebrarum, vt sint filij lucis & regni, alij ad petram Christum, vt moriendo mundo, viuerent Deo, deiecti & erecti, destructi & ædificati, in puluerem comminui & in petra, petra instaurante, solidati.

PSALMVS CXXXVII.

Consuebor tibi, Domine! in toto corde meo: quoniam audisti omnia verba oris mei.

Psalmi titulus sub nomine Dauid cum significat, qui est ex femine Dauid secundum carnem, ad quem prophetica est directæ confessio, quæ laudis est diuinæ, non iniquitatis humanæ: confessionis enim nomine solet indicari confessio pœnitentis, sed hic manifestatur gratulatio laudatoris, quæ toto corde profertur: quia nulla illi alia affectio sciatur: & idè exauilita sunt verba oris eius; cuius otis, nisi cordis, vnde sumunt ipsa verba principium? ea ibi autibus Dei vox mentis auditur.

In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & consuebor nomini tuo.

Super misericordiam tuam & veritatem tuam.

Sin vera exultatione cordis spiritualiter Deo psallimus, coram Angelis psallimus: quia non terrena, sed cœlestia sapimus; in quo pietatis officio beatitudo excellit angelica: nam carnalia desideria non psallunt nisi coram hominibus, quorum fe animi supra terrena non erigunt, & qui sanctorum gaudiis interesse non possunt: quia nec adorant ad templum sanctum Dei, quod est Hierusalem vna simul & mater & filia, mater in angelis, filia in hominibus, quibus dicitur: *Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis.* Confessio autem religiosa veritatem & misericordiam Dei prædicat: veritatem in iudicando, misericordiam in subueniendo. Non enim alia sunt viæ, quibus ad nos venit, aut alia quibus nos ad se prouehit.

Quoniam magnificasti super nos nomen sanctum tuum.

Magnificauit Dominus super omne nomen sanctum suum super Abraham, & Isaac, & Iacob, super duodecim tribus Isaac, quæ erutas de iugo seruitutis introduxit in terram ptomissionis, & super vniuersas nationes, le quibus tanquam de lapidibus suscitatur quotidie filios Abtahe, vt in nomine Domini Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesu Christi in gloria est Dei Patris.

In quocunque die inuocauero te, velociter exaudi me. Quare velociter? quia ipsi dixisti: Adhuc loquente te, dicam: Ecce assum. Quare velociter? quia non in diuersa tendo, ne superflua concupisco; sed quod docuisti peti, hoc mihi concupisco præitari.

Multiplicabis meum animam mesum virtute multa.

Expresum votum secundum desiderium, & ab omni carnali cupiditate purgatum. Si Multiplicabis me, tantummodò diceret, videri poterat terrena aliqua conceptio; sed cum addit, in iustitia, nihil est quod possit plenius & perfectius postulari; quia summi boni significatio est in applicatione virtutis.

Confiteantur tibi Domine omnes Reges terre, quoniam audierunt omnia verba oris tui.

Vbiq; Euangelium prædicabitur, vbiq; Apostolica doctrina dicitur: *In omnem enim terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Confiteantur ergo tibi, Domine! omnes Reges terre. Et quia non habent necessitatem sublimiora cupere, laudent te de excellentia quam d. disti: quia latere eos iam non potest, quod eorum scēpta, tua dona sunt.

Et cantent in vis Domini, quoniam magna gloria Domini.

In quibus viis, nisi de quibus dicitur: *Uniuersa via Domini, misericordia & veritas;* vt dum omnia opera Dei in his consummantur, nemo nisi in ipsius gloria gloriatur.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè agnoscit.

Sub oculis Domini est & humilis, & elatus: sed humilem quia placet, proximus videt: superbum, quia displicet, longinquus agnoscit; & cum iuxta sit his qui tribulato sunt corde, longè tamen est à peccatoribus falsis.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. Si præsentia, inquit, non amauero, & si ad promissiones tuas tendens terrenis illecebris non inhaerero, viuificabis me, & citò exaudies, quia tribulationem mihi adferent temporalia, quem spes inuitat æterna.

Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.

Proteçtio, inquit, brachij tui defendit me ab inimicis meis, & vt aduersitatibus non vinceret, fecit dextera tua, quæ me à sinistris omnibus liberauit.

Domine! retribue pro me.

Ego, inquit, debitor sum, & conditione proprii debiti liber esse non possum: tu, Domine! pro me retribues, qui nihil debes: & qui mortem, dum moreris, occidis, soluens mea, vt sequar tua.

Domine! misericordia tua in æternum: opera manuum tuarum ne despicias.

Illam, inquit, misericordiam quero, quæ temporalibus etuis, & ad æterna perducis, Domine! opera manuum tuarum ne despicias, quia sue in eo quod homines sumus, siue in eo quod ex nostra impietate mutati & iustificati sumus, tuarum manuum sunt opera, quibus nos & condis & renouas.

Malach. 1. Rom. 9.

Coloss. 1.

Rom. 1.

1. Cor. 3.

Math. 3. Philip. 2.

Esa. 58.

Math. 24. Psal. 18.

Psal. 14.

Psal. 33. Psal. 118.

1. Cor. 13.

PSALMVS CXXXVIII.

Domine, probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Ioan. 10.
Ioan. 11.

IN Prophetia Psalmi verba sunt ipsius Domini Iesu Christi, qui quomuis secundum deitatem conformis & æqualis sit Patri: tamen secundum quod verbum caro factum est, & habitum formæ seruilis accepit, dicit Patri: Domine! qui tu & Pater & Dominus est: Pater formæ Dei, Dominus formæ serui: Probasti, & cognouisti me; non quia non nouerat, sed quia notum aliis fecerat. Sedere autem est humiliari: surgere, exaltari: vnde sedit Dominus in Passione, resurrexit in resurrectione. Quod inquit, tu uoluisti Domine, approbasti: & ideo factum est, quia sic tibi placuit. Qui autem uocem capitis ex persona corporis maualt accipere, confessionem intelligat penitentium, qui fident per humilitatem penitentinis, & surgunt per iustificationem remissionis.

Intellexisti cogitationes meas de longè semitam meam, & limitem meam inuestigasti, & omnes vias meas prauidisti.

Agnoscamus hinc uocem illius filij minoris, qui dispersa substantia Patris in longinqua discesserat, & personam gerens gentium quæ disfluxerant in idolorum culturam, tandem respiciens ait: *Surrexam, & ibo ad patrem meum*: & qui reuertenti occurrit Pater, quia intellexerat cogitationes eius de longinquo. Semitam igitur, inquit, meam quæ discessi: & limitem meam, quousque perueni, inuestigasti, quia desertorem tuæ præsentia ubique concludebas: idem finem me laborare vias meas, vt si perpetuo miser esse nollem, redirem ad vias tuas.

Quoniam non est dolus in lingua mea.

Confiteor, inquit, quod mihi discedenti à te conteri miseris viæ fuit: Nam si bene mihi esset sine te, nollem forsitan redire ad te.

Ecce, Domine! in cognouisti omnia nouissima & antiqua.

Antiquum peccatum, quo in primis parentibus ruimus: nouissimam peccam, qua omnes per multos labores communi mortalitatis conditione dependimus.

Tu scrutasti me, & posuisti super me manum tuam.

Omnes in ueteris matrum Deo plasmante finguntur, sub ea lege quam superbæ merito humanum genus sustinet, superposita diuinæ potentia manu, quæ ut humiles erigat, elatos premit.

Mirificata est scientia tua ex me: inualuit non potero ad eam.

Mea, inquit, superbia & discessione factum est, vt obscuraretur cor meum, nec possent mihi tua patere iudicia: dum enim meæ potestatis libertate delector, factus sum egentior, atque tenior: ex me mihi ista difficultas conualuit: ex me extra lumen scientiæ tuæ factus sum, ad quod nisi ex te redire non potero.

Quò ibo à spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam?

Discedenti à spiritu Dei nullus inuenitur locus, qui eius presentia, & potestate sit uacuuus: nemo iram eius fugit, nisi qui ad iratum confugit.

Si ascendero caelum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades.

Si ad caelum extollar elatus, te inuenio resistentem: si ea quæ infra me sunt eligam, te experiar persequentem: quia sicut malum mihi est præsumptione erigi, ita malum est desperatione demergi.

Si sumptero pennas meas in directum, & habitauero in postremis maris.

Iam bono consilio vitur qui pennas suas, geminæ scilicet præsidia charitatis, quibus in directum uolet, mediatur assumere: & in vltimis maris, id est, in fine sæculi huius habitare, vt tota intentio animi & tem-

poralis vitæ conclusione sollicita, non iam vanis occupetur cupiditatibus, sed ad promissiones Dei de hoc sæculo valeat euolare. Verum hoc ipsum quis efficit suis viribus, nisi adiuuet ille qui iubet? Propter quod sequitur, & dicit:

Etenim illuc manus tua deducet me, & adducet me dextera tua.

Considerans autem longinquitatem viæ, & de laboris exitu timens, addit.

Et dixi, forsatis tenebra conculcabunt me.

Hoc est, forsatis superabor aduersis, & magis magisque tenebrabor, si perseverantiæ finem non apprehendero.

Et nox illuminatio in deliciis meis.

Quoniam tenebra non obscurabuntur à te, & non sicut dies illuminabitur: sicut tenebra eius, ita & lumen eius.

Tempus, inquit, laboris mei tempus est noctis, quam tamen gratia tuæ splendor illuminat: Verbum enim tuum lucerna factum estgressibus meis, vt quæ mihi erant tenebræ, inciperent esse delicia: quia tenebræ quæ à semetipsis obscurantur, à te lumen accipiunt. Qui idem agens opera tenebrarum flagellas, ne temporalium deliciarum oblectatione cæcatis, bona non desideremus æterna. Neque autem nobis lucere soles, & tanquam dies facis, quum per auctorem remedia ad vitam nos uocas, vt dulcia sint flagell. Patris, ne sit amara sententia Patris. Quia ergo & aduersa vitæ istius & secunda non carent temptationibus, ubi aut eleuamur, aut premimur, vt roneque fit nox, si desit illa lux, quæ nec superbit nos sinat, nec desperare permittat.

Quoniam tu possidisti renes meos, Domine!

Tu, inquit, Domine! non solum cor meum, sed & renes meos possidisti: & te habitante interiora mea, factum est, vt me aliquid lucis dellectaret in nocte.

Suscipisti me ex utero matris meæ.

Qui Paulum Apostolum segregauit ab utero matris suæ, ipse & nos segregauit ab utero matris suæ: ilius Babyloniæ, vnde in nouam vitam regenerati, noua spe, nouis deliciis, noua luce gaudemus: quoniam nec felicitas sæculi huius nos beatos facit: nec aduersitas miseris, si vera bona & mansura diligamus.

Confitebor tibi, quoniam terribiliter mirificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognosceat ualde.

Terrorum, inquit, mihi incutunt miracula gratiæ tuæ: & vnde est ratio gaudij, inde est causa formidinis: Cognosceit enim anima mea quanta operaris vt salues, & quæ mihi sint pericula cauenda ne peream.

Non est absconditum os meum à te, quod fecisti in abscondito.

Est quædam in sanctis hominibus Dei insuperabilis fortitudo, & inuisa patientia, quam in eis occulte finxit Deus, & absconditum fecit, habentem oleam firmitatem, quæ nec corrupturam secundis, nec frangatur aduersis. De qua virtute in alio Psalmo dicitur. *Veruntamen Deo subiicitur anima mea, quoniam ab ipso est patientia mea.*

Et substantia mea in inferioribus terræ.

In hac, inquit, substantia fragilis & in firmi corporis, quod est in infimis terræ, fortitudinem quærit, quæ inter sæuas tribulationes etiam carni perseverantiam daret.

Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scriberentur.

In his uerbis persona est ipsius capitis, quod nunc in se, nunc in corpore suo loquitur: quia duo sunt in carne vna. De illis ergo in quibus erat patientia roboranda constantia, vt ipsi pro Domino pati possent, qui in eius Passione titubauerant, dicit ipse: *Imperfectum meum uiderunt oculi*: Et quia uique ad desperationem expandantur,

Vide
leut. 235.

Psal. 110.

Gal. 1.

Psal. 61.

Ephel. 1.

expauerant, vsque ad victoriæ coronas, te aspiciente, coronati sunt, addidit. *Et in libro tuo omnes scribentur.* Igitur omnibus timidus, & de propria infirmitate trepidantibus sperandum est supernæ virtutis auxilium: vt inde non excidat charitas, vnde præstatur facultas.

Per diem errabunt, & nemo in eis.

Sive vt in quibusdam codicibus inuenitur.

Deformabuntur, & nemo in eis.

Imperfecti, inquit, mei, qui omnes erunt in vita æterna, per diem errabunt: hoc est, in te turbabuntur, & nemo erit in eis, quem non timoris tenebræ ad desperationem vsque perducant. Si autem legatione, die formabuntur: intelligendum quod hi quorum nemo conturbabitur, die formabuntur: hoc est, illuminatione illius visonis qua beatum Petrum nimis trepidum ad remedium patientiæ suo reformauit aspectu.

Mihi autem valde honorificati sunt amici mei, Deus! valde confortati sunt principatus eorum.

Diminuerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.

Ipsi, inquit, qui in die erauerunt, & quorum nullus fuit qui conturbaretur, amici mei & valde honorabiles facti sunt, & totius Ecclesiæ habuerunt principatum: & quamuis à me sint diminuerati, super arenam tamen multiplicabuntur: quia in infinitum & multitudo eorum crescit & gloria.

Exurrexi & aduersum sum secum.

Hoc tempus significat, quod adhuc in occulto est ad dexteram Patris, antequam reueletur in ea maiestate, in qua iudicaturus est viuos & mortuos. Vnde sequitur & dicit, quid interea per totum hoc tempus in Ecclesia agatur de bonorum & malorum pertraxione, & omnibus afflictionibus vitæ temporalis: obnoxium formasti occultum, dum eis differtur aduentus.

Si occideris Domine! peccatores: viri sanguinum declinate à me.

Qui dicit in cogitatione, accipiem in vanitate ciuitates suas.

Occidentur superbi, cum deseruntur à gratia Dei: quibus in cogitatione humilium, & veritate custodiendum Dominus dicit occulte, *Viri sanguinum declinate à me:* quod palam in iudicii sui manifestatione dicturus est. *Nunquam noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatem.* Viri autem sanguinum qui sunt, nisi qui oderunt fratres? sicut Ioannes dicit, *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Isti ergo ab vitate Ecclesiæ per superbiam recedentes, qui quasi offensi permissio- ne palearum, ante discretionis ventilabrum triticum deserunt, accipiem in vanitate ciuitates suas: id est, in reprobam societatem, & in vana se concilia congregabunt, quia qui Charitate Catholica non * vitur, hæretica vanitate dispergitur.

Nonne qui oderunt te Domine! odio habui? & super inimicos tuos habescebam?

Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.

Perfecta in Dominum dilectio est, non amare quod non amat, & ipsos inimicos Dei sic odio habere, vt prauitas eorum odiosa sit potius quam natura: quia aliud est in illis quod ipsi faciunt, aliud quod Creator instituit. Hoc est enim perfectè, id est scienter odisse, vt nec propter vitia homines oderis: nec vitia propter homines diligas.

Proba me Domine! & sciro cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.

Scrutare, inquit, semitas meas, id est, consilia & cogitationes meas probans & examinandis quo affectu diligam bonos, & quo animo tolerem malos, & deduc me in via æterna. Nisi ille qui dixit, *Ego sum via, veritas, & vita:* & qui est mediator Dei & hominum, ho-

mo Christus Iesus: per quem habemus accessum ad Patrem, & qui est exoratio pro peccatis nostris.

PSALMVS CXXXIX.

In finem Psalmus ipsi David.

Finis non alius intelligendus est, quam qui est ab Apostolo declaratus, dicente: *Finis enim legis Christus ad iustitiam omnes credentes.* Titulo ergo suo indicat Psalmus vnde locutus sit: nam & dicendo, *Ipsi David:* eum significat; qui est secundum carnem ex semine David: Ergo non secundum diuinitatem, quæ Creator est non solum David, verum etiam visibilibus atque inuisibilibus naturarum; sed secundum carnem filius David esse dignatus est, vt totum corpus eius, id est, Ecclesiæ, capitis sui vtratur auxilio; & omne membrum eius, voce ipsius dicat.

Eripe me, Domine! ab homine malo: à viro iniquo libera me.

Non ab vno maligno, sed ab vno genere malignorum? nec à vasis tantum, sed ab ipso principe: id est, ab ipso diabolo se erui cupit, qui vult ab iniustitiâ liberari. Dicit enim Apostolus: *Non est vobis fluctuatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum,* id est, rectores peccatorum, quibus præsidet & dominatur totius malignitatis incensor. Qui autem est homo malus, idem est & vir iniquus: nullus enim iniustus malitia caret, & in diffusibilibus peccatis vnius nomen est peccatoris; qui etiam si sic peccet, vt aliorum se læsione contineat, quolibet tamen modo sibi nocens, innocens non est.

Qui cogitauerunt iniustitiam in corde: tota die constituerunt bella.

Minus noxia est iniquitas aperta quam recta: & ille est insidiosior inimicus, qui in labiis portat bona, & in penetralibus animi occultat mala: in talibus autem secretis non nisi bella constituuntur, hoc est, ea ordinantur, quæ bonis sint aduersa & repugnantia: quia contra omnia vitia continua sunt bella virtutibus.

Acerunt linguam suam sicut serpentes: venerunt aspersionem sub labiis eorum.

Non est dubium quales sint qui serpentibus comparantur, qui sine strepitu ac sono leniter serpunt, sed nocenter irrepunt.

Conserua me, Domine! de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis erue me, qui cogitauerunt supplantare gressus meos.

Omnes quidem maligni, siue occulti, siue manifesti, solliciti sunt cauendi, ne quid exiderit periculi, ne quid inferant damni; sed in nullo magis eorum metuenda versutia, quam ne nos socios faciant, & gressus nostros à via recta in sua itinera morefque traducant. Ipsa est sæuissima supplantatio, quando Fideles & religiosi, relicto proposito bono in imitationem transeunt impiorum.

Absonderunt superbi nasusculam mihi, & vestes extendentes in laqueum pedibus meis.

Totum corpus diaboli breuiter explicauit, dicens: Superbi. Inde est enim, quod iustos se videri volunt, cum sint iniqui: & nihil magis refugiant, quam peccatorum confessionem: cumque sint falsi iusti, veris iustus inuideat, quia moleste ferunt illorum sinceritatem suam detegi simulationem. Agunt ergo omnia arte fallaciæ, vt subruant gressus bonorum, & imitatores sui faciant, quos ad condemnationem suam dolent esse meliores. Doli autem iniquorum idem testes dicuntur, quia insidiantes rectorum gressibus, adiciunt malitiam super malitiam, & peccatis peccata contemnant.

Iuxta à semitis scandalum posuerunt mihi: dixi Domino, Deus meus est tu.

Semitæ

Math. 7.
1. Ioan. 3.

* vitur.

Sent. est. 69.

Ioan. 14.
1. Tim. 2.
1. Ioan. 3.

Rom. 10.

Ephes. 6.

Semita iustorum mandata sunt Deum in quibus scandalum conficere mali nequeunt, sed iuxta insidias tendunt, & veris verisimilia adiungunt, ne à lege iustitiae discordare videantur. Non ergo discedat à semitis, & tendicula non nocebit. Ambulans autem per viam mandatorum Dei dicat Domino, Deus meus es tu, quæ vox proprie iustorum est, cum Deus etiam malorum sit Deus; sed hæc confessio non adiuvatur, quando Domino conditione potius quam voluntate subduntur.

Percipe auribus vocem deprecationis meae Domine!
Domine virum salutis meae.

Cum videatur rectè * potius se dicere; Percipe auribus deprecationem meam, id est, non sonum, qui est etiam animalium; sed vocem, quæ est sperantium acque viventium (nam inferorum soni sunt; voces autem nisi rerum viventium non sunt) magnus tamen affectus precantis ostenditur, cum & Domini appellationem reperit, & salutis suæ non in se esse causam, sed in Domini virtute proficitur.

Obumbasti super caput meum in die belli.

Præfens vita quæ tota tentatio, dies est belli: quia vel foras, vel intus nunquam deest adversitas, cui debeat repugnari. Laborans igitur in hoc bello, rectè sibi obumbrationem petit gratiæ Dei, ne æstu laborum fatigatus arefeat.

Næ radas me à desiderio meo peccatori.

Ited ait obumbratum se in die belli, vt non vteretur æstu desiderij: quo qui vincitur, traditur peccatori, & aduersè subicitur potestati. Pertinacia enim malæ voluntatis ducit in laqueum, à quo eximitur, cuius concupiscentia superna obumbratione sedatur.

Cogitauerunt aduersus me: ne derelinquas me, ne forte exaltemur.

Cogitatio aduersantium fraudulenta est; sed vt mihi, inquit, non noceat, ne derelinquas me, ne de mea abiectione latentur.

Caput circinuis illorum, labor laborum ipsorum teges eos.

Me, inquit, vmbra alarum tuarum tegat in die belli; illi autem mendacio suo te tegere laborabunt, & hoc erit caput circuitionis ipsorum: non enim vnquam quiescent in suis commentis veritatis inimici; qui volentes suis se opere mendacis, ad hoc laborant, vt non finiendis laboribus implicentur: quia velare se non poterunt, nisi mendacio laborent laborum.

Cadent super eos carbones ignis, in terra desicies eos.

Sicut prædicatio Crucis Christi aliis erat odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem; sic & isti carbones eius sunt operationis, quæ & illustrare valeat Fideles, & punire peccatores. Fit autem hæc malorum pœna in terra, id est; in hoc sæculo & in hac vita, cadente super eos igne supplicij temporalis, antequam veniat ignis æternus.

In miseris non subsistent.

Victi, inquit, tribulationibus cadent, & non subsistent, quia debitis plagis non emendabuntur, sed peiores fient.

Vir linguosus non dirigetur super terram.

Linguosus non capit scientiam veritatis: amans enim semper loqui, non potest erudiri. Prava ergo studia ipsius non diriguntur; quia loquacitas imperita maui docere quam discere.

Virum istam mala venabuntur in interitum.

Venient mala, & non subsistent: iniusti cum aliqua clade mala, pro iustitia patiuntur; & ided non subsistent, quia in miseris suis nulla possunt bonæ spei fiducia sustinere.

Cognoui quia facies Dominus iudicium inopis, & causam pauperum ostendit iniquis.

Pauperes sunt humiles & sancto semper desiderio suspirantes qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qua saturabuntur; quorum causam Deus non negligit: & in quorum gloria videbunt impij quid amiserint. Math. 5.
Sap. 1.

Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: habitabunt iusti cum vultu tuo.

Glorificabuntur, inquit, iusti, & æterna beatitudine ditabuntur: sed tamen nihil operum tuorum suis meritis vindicabunt. Confitebuntur tibi opera misericordiæ tuæ, & omne bonum suum tuæ gratiæ deputabunt: & in hoc inhabitabunt cum vultu tuo; hoc est, æterna vultus tui visione potientur. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Math. 5.

PSALMVS CXL.

Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci deprecationis meae dum clamauero ad te.

Ratio corporis Christi non separatur à capite, quod in suscepta membrorum natura manet, & orate totam Ecclesiam facit, dicente Domino, clamavi ad te, non alta voces sed forti fide. Nec quia exaudisti, ided clamare cessabo: cum humilitas mea conditionalis sit, vt non cessantibus tribulationibus semper gaudeat adiuvari.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuati manuum meorum sacrificium versipertinum.

Hoc de ipso capite intelligendum omnis Christianus agnoscat. Declinante enim die in vespertam, Dominus in cruce emisit spiritum, rursus inferendum corpori, vt spes omnium Fidelium hoc in se non dubitaret implendum quod in capite præcessisset. Supra omnia ergo holocaustomata hoc sacrificium fuit, quod imitantur corda Sanctorum, cum de bona fragrantia orationum tanquam de ara ad Deum odor tendit incensi. Cuius oblatio non fit in illa confessione, quam Christus ex persona sui corporis suam fecit, dicens: *Verba delictorum meorum*: vt agnosceremus semper nobis necessariam confessionem peccatorum, quæ inesse nobis, ipsius qui nos suscepit voce cognoscimus. Math. 17.

Pone Domine! custodiam ori meo, & osium circumstantia labii meo.

Nunquid hoc præsidio, & hac munitione indiget caput? Sed agit causam corporis sui, & quæ membri sunt, profutura sibi postulat: quoniam qui dicit: *Cum vni eorum fecisset, mihi fecisset*, & persequenti Ecclesiam, ait: *Quid me persequeris?* Ipse est, qui ex persona suorum poscit & dicit: *Pone Domine! custodiam ori meo, & osium circumstantia labii meo.* Apost. 5.
& 8.

Non declines cor meum in verba malitia ad excusandum excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem.

Custodiam ergo sibi apponi os Fidelium petit, & vt ostio continentia muniat: quod nec clauum sit ad confutenda, nec apertum ad excusanda peccata. Sunt enim qui scelera sua nolant sibi imputari, & pondera malæ consuetudinis ad necessitatem retorquent naturæ, vt accusatione conditionis defendant cecinita voluntatis: cum quibus homo corporis Christi non vult habere conturbatum, dicens.

Et non communicabo cum electis eorum.

Hoc est, Non sociabor cum electis eorum, quos in his excusationibus præcipuos habent quandam scientia timidus, & causam facinorum quasi doctus defendentes, ne videantur peccata esse hominum, quæ facta sunt fiderum. Nomen itaque electorum in bonis donum est gratiæ, in malis mendacium superbiæ: qui etiam perdit innocentia, defensione commissorum scelorum gloriantur. Math. 18.

*Corripit me iustus in misericordia, & increpabit me. Castigatio iusti non sequitur est odij; sed medicina charitatis, quæ non laudat, sed arguit delinquentem. Melior est seuera iusti misericordia, quàm blanda adu-
latio peccatoris, de qua dicitur.*

*Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Intima, inquit, conscientiæ meæ non oblectet falsa laudatio: quoniam argui me malo quàm decipi. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse à peccato, cum quotidie caro concupiscit aduersus spiri-
tum, & spiritus aduersus carnem: sciatque & scum esse quoddam patitur concupiscentem, & gratiæ esse quoddam superat rebellantem.*

*Quoniam adhuc oratio mea in beneplacitis eorum. Oratio, inquit, Christi, siue quam docuit, siue qua quotidie interpellat pro nobis, adhuc placebit eis, qui ridendam putant confessionem nostram, quàm dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus. In toto enim mundo hæc supplicatio conu-
alescit, & qui se falsò iustificat, probant hanc homines veram esse sapientiam: vt nemo de se præsumat, sed qui gloriatur, in Domino gloriatur.*

Aborsip i sunt iuxta petram iudices eorum. Iudices eorum, id est, magistri ipsorum, qui sibi iudicium vindicant de mundanorum dogmatum disciplinis, si petra iungantur, id est, si Christo comparètur, aborsipi sunt, id est, nihil loci habent: sed in sua vanitate deficient: quia etsi aliquid rectè verique dixerint, non eundem hominis, sed est ipsius veritatis.

*Adverte verba mea, quoniam præualuerunt. Euangelium veritatis nulla persecutione superabitur: cedunt impij, cedent loquaces, & ingenia aduer-
santium discipulos Christi facient doctores. Non eos exilia, non damna, non mortes, non crux ipsa terrebunt: quoniam præualebunt verba mea, & passionibus martyrum multiplicabitur gloria triumphantium.*

*Sicut crassitudo terra disrumpitur est super terram, differ-
ra sunt ossa nostra secus infernum. Mortibus martyrum, & sanguine occisorum San-
ctorum, quorum ossa dispersa sunt, inersata est ter-
ra: & sicut agri de cinere ac de stercore, ac de vilissi-
mis excrementis vires vberitatis accipiunt, ità cruore
cælorum testium Christi totus sæcundatus est mundus,
vt vbique seges martyrum crelesceret, & inferre-
retur cælo, qui deputabantur inferno.*

*Quoniam ad te, Domine! oculi mei; in te speraui, ne auferas animam meam. Contra seuitiam persecutionum vox ad Dominum
emittitur in tribulatione positotum: ne fidei fortitudi-
nem superet atrocitas passionum. Peritur igitur toleran-
tia, vt validior sit dilectio Dei, quàm magnitudo
supplicij.*

*Custodi me à miscipula, quam statuerunt mihi: &
ab scandalis operantium iniquitatem. Quæ erat miscipula, nisi vox persecutoris, dicentis:
Si consentis parco, vt per cibum præsentis vitæ iretur
in laqueos mortis æternæ? Quæ autem erant scanda-
la, nisi exempla lapsorum, quorum impio defectu pa-
tientia perseuerantium grauebatur.*

*Cadent in retinaculo eius peccatores. Non quia cuiquam virtutem non cadendi iustitia
sua dederit, cum gratia Dei multos etiam ex impijs
martyrio coronante: sed ideo dicuntur peccatores ca-
suri, quia iste casus etiam eos qui iusti videbantur,
facit peccatores.*

*Singulariter ego sum, donec transeam. Solus Christus martyrum fortitudo, pro quo nullus
est penitus mortuus, quàm ipse moretur, sicut dicit;
Cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me traham, &
Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit,
ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum
fructum adfert. Priusquam ergo moretur, & resur-*

gens transiret ad Patrem, singularis fuit; nec habuit
locos passionis, qui postea in multiplicem legetem
de vnus grani fecunditate creauerunt.

PSALMVS CXLI.

*Voce mea ad Dominum clamauit, voce mea ad Do-
minum deprecatus sum.*

Quod dixit, Clamauit, exposuit dicendo, De pre-
catus sum voce mea; id est, interiori affectu, nec
corporis voce, led mentis.

Effundit in conspectu eius precem meam.

Id est, in secreto cordis, quod solus Deus audit &
videt in quo cubiculo, clauso ostio, iubetur orare, ne
penetralia nostra pateant tentatori. Duo quippe sunt,
quibus maxime hominis interiora pulsantur, amor
scilicet, & timor: quibus geminis moribus animus aut
aperitur, aut clauditur? sed cum retentum est quod
cupit vt timeret, diabolo præbet introitum; cum autem
quæ furtim sunt sapit, non quæ super terram, Deus
recipitur, & tentator excluditur.

Tribulationem meam ante ipsam pronuntio.

Quod dictum est, In conspectu eius, hoc est, & Ante
ipsum; sed repetitione ostenditur quàm incessanter
hoc faciat, & quàm nihil sine Deo agat, qui semper ip-
sum se habere & aduotorem profiteretur & testem.

In confessione in me spiritus meus.

Confessio est humilitatis, quia potens sit qui in
tribulatione non deficit; vincetur enim qui spiri-
tum non profiteretur infimum; quia ille spiritu Dei
agitur, qui suo spiritu non inflatur.

Et in cognouisti semitas meas.

Quò, inquit, desiderium meum tendat, & ad
quem finem omnes meæ propent actiões, & scien-
tiam tuam non later, quia semitas meas cognouisti
esse misericordias tuas. Cognitio autem Dei salus est
cogniti; cum enim cognoscitur in quo opera sua & do-
na non inuenit.

*In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueos
mihi.*

Via Sanctorum omnium Christus est, in quo volen-
tes piè viuere, persecutionem patiuntur: *Quia crux* 1. Tim. 3.
Christi Indus quidem secundum salutem; gentibus autem scilicet 1. Cor. 1.
ria est. Qui ergo Christo aduersantur, in via se ponere
scandalum putant, cum Christianis crucifixi nomen
exprobrant. Sed cum ab eius Euangelio gressus Fide-
lium non absterent, nihil possunt in via collocare la-
queorum, quia in veritate salutas non later: nec valent
tenebræ in luce delitescere. Secundum animum ergo
insidiantium dictum est quod in via absconderunt la-
queos: qui proxima quæque suis fraudibus obfidentes,
nulli per viam gradienti nocere poterunt.

*Considerabam ad dexteram, & videbam: nec erat
qui cognosceret me.*

Dextra sunt, quæ Dei sunt, & ad Dei promissâ per-
ducunt: quibus animus eius qui persecutionem susti-
net, non auertitur. Hæc ergo quæ dextra sunt, in-
tuens promissâ perseuerantibus premia videt & acci-
pit: perseuerantium tolerantie & dilectionem Dei
adsequitur, ne superetur. Hanc tamen intentionem
nemo cognoscit: quia impossibile est homini penetra-
lia alieni cordis aspicere: vnde merito dixerat Deo,
Tu cognouisti semitas meas.

*Perit fuga à me, & non est qui requirat animam
meam.*

Circumclusus quidem à persecutoribus perdidit li-
centiam fugæ, quâ vti posset abique peccato, si ma-
nente fide, supplicii membra hærent: Sed cum in
proposito mentis sit lapsum magis timere quàm pec-
nari, perit ab eo fuga, qui mauult omnem seuitiam
tolerare, quàm cedere. Secundum autem multitudi-
nem persecutionum dixit, non esse qui requirat ani-
mam eius: quia præter donum Dei, nulla hominum

Matt.
Sep.

Prou. 40.
secundum
70.
Gal. 5.

Math. 6.
Heb. 7.

Ioan. 12.
Ibidem.

consolatio hoc cuiquam potest conferre praefidij, vt inter vrgentia mala fides illaeta permaneat.

Clamans ad te, Domine! dixi, in es spes mea, portio mea in terra viuensuum.

Ofc. audir vnde tribulationum magnitudinem tolerauerit, quia scilicet & hic tota spes ipsius Deus est, & in futuro totum praemium ipsius Deus est, qui erit omnia in omnibus.

1. Cor. 15.

Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus nimis: erue me a persequentijs meis.

Nimia humiliatio, nimia persecutio: cuius vium sola proteccio Dei vincit. Potest quidem praestare Sanctis, vt in eos non habeant aduersarij potestatem: sed mirabilis tribuens, vt omnem superent passionem. In persecutione autem non humana tantum cauenda sunt odia, sed multo magis inimicitia spirituum malignorum, qui opere ministrorum suorum Iustos Dei latenter impugnant, de quibus dicit Apostolus *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, & rectores huius mundi, tenebrarum harum.* Quem vero rectorem habent inquit, nisi diabolum? quin & Fideles non habeant nisi Christum, *Quomodo corroboreati sum super me?*

Ephes. 6.

Vox est Ecclesiae conquerentis quod multum creuerit numerus impiorum, quod abundet iniquitas, & refrigeret charitas multorum.

Educat de carcere animam meam, ad consistendam nonnisi tuo.

Omnes quidem angustiae & conclusiones turbationum carcerem faciunt, quia coarctant animam, & auferunt libertatem: sed ipsa inhabitatio corporis potest carcerem intelligi: non quia malum sit quod Deus fecit, qui omnia quidem bona condidit: sed corpus quod corruptor, ad grauat animam. Non a corpore, sed a corruptione corporis animam suam optat educi, vt confessionem laudationis Dei nulla necessitas mortalitatis impediatur.

Gen. 1. cap. 9.

Me expellens Iusti, donec retribuas mihi.

Totus Psalmus ipsius capituli voce concluditur: cui & quod membra eius patiuntur, inferitur, & in quo omnis Ecclesia glorificabitur, quae beatorum retributionum expectat auctorem, dicentem Patri: *Polo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum.*

Ioan. 17.

PSALMVS CXLII.

Domine! exaudi orationem meam, auribus percipe deprecationem meam in veritate tua, exaudi me in iustitia tua.

Titulus Psalmi Passionem indicat Christi: ipse est enim verus David, qui & in se & in suis persecutionem & saluorum fratrum, & saluorum sustinet filiorum. Clamat ergo ad Deum & caput in corpore, & corpus in capite; hoc est, Ecclesia in Christo, & Christus in Ecclesia; & cum orans in Dei iustitia poscit audiri, mirabili confessione exprimit gratiam Dei, ne quisquam in sua iustitia precem suam exsilium recipi, cum si quid boni meretur, ex Deo sit, nec possit peccator bene agere nisi ab illo iustificatus, qui neminem hominum nisi in peccatorum remissione iustificat.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Circa aperuit, quare nollet se diuina comparare iustitia, & cum Deo metueri iudicari: *Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Quomodo praesumptam de innocentia, cum a te conuincendus sim de iniustitia? Aut quid mihi boni proprij vindicabo, qui quod non dederis non habeo? Expauesco igitur discuti, metuo iudicari; quia nemo in hac mortali carne viuendum veraciter potest dicere se peccati contagia non habere: cum etiam ipsi praecipui arietes ouium Christi sic orare iubentur, vt dicant: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimissimus debitoribus nostris.*

Matth. 6.

Quoniam persecutus est inimicus animam meam: humilitatus in terra vitam meam.

Collocauerunt me in obscuris, sicut mortuos saeculi. Et a corpore hoc dictum & a capite congruenter accipitur; quoniam & diabolus persecutus est animam Christi: & Iudas animam magistri: Idemque diabolus ad persequendum corpus Christi manet, nec Iudas deest in falsis fratribus succedendo. Quid enim nobiscum quilibet aduersarius agit, nisi vt relicta spe caelestis coronam in terram? Sed contra hos vigilandum est, vt possumus dicere; *Nostra autem conuersio in caelis est.* Quod ergo dictum est, *Collocauerunt me in tenebris, sicut mortuos saeculi:* in quo melius quam in Domino intelligitur, qui solus fuit inter mortuos liber: & cum iniquus deputatus est: qui cum vnus fuit qui propter & singulariter diceret, *Non est inuenta in me iniquitas.*

Philip. 3. Dial. 37. Mat. 23. Dial. 16.

Axiatus est in me spiritus meus.

Agnosce tur Dominus, dicens, *Tribus est anima mea vsque ad mortem:* in quo vtrique & nos etiam, quia nostrae naturae illa tristitia, & vetus homo noster simul confixus est cruci cum illo.

Matth. 16. Rom. 6.

In me conturbatum est cor meum.

Conturbatio haec voluntaria fuit, & in ipso tantummodo mansit consilium misericordiae eius: Nam ceteri recesserunt non intelligentes magnae pietatis Sacramentum, nec resurrectionem credentes, qui & Passionis subdebar & morti.

Minoratus sum dierum antiquorum, & annos aeternos in mente habui: & meditatus sum in omnibus operibus suis.

Hae commemoratio antiquorum dierum, & recordatio omnium temporum aequae in eis diuini operum contemplatio, non ex capitis, sed ex corporis sensu est: Nam Auctori omnium rerum, quod vniquam non conspicuum est, apud quem & praeterita ad sunt, & futura iam facta sunt: Memborum igitur voce Dei gratia praedicatur, & opera misericordiae Dei in qua Ecclesiae consistetur: quae rotius aui seriem reuolvens nihil inuenit, nisi de Dei prouidentia, & bonitate subsistere: & a quo cuncta sunt condita, in ipso, & per ipsum esse renouata; quoniam *vetera transierunt, ecce facta sunt omnium noua.*

1. Cor. 5.

In facturis manuum tuarum meditatus sum, & extendi manus meas ad te.

Meditatio, inquit, mea, quae vidi omne bonum a tua bonitate manare, & tui esse operis quicquid in nobis tuae potest placere iustitiae, ad hoc me confirmauit, vt omnem spem meam in te constituerem, & tui per omnia peterem totis alimentum.

Animam meam velut terra sine aqua tibi: velociter exaudi me, Domine, defecit spiritus meus.

Ariditas, inquit, animae meae tibi sitit, quia a te desiderata irrigari, & tu accendisti aestum cordis mei, vt me exaudiri velociter petam: Defecit enim spiritus meus, vt implet me spiritus tuus, & fecisti me pauperem spiritu, vt tribuas mihi quod humilibus spondisti, quorum est regnum caelorum.

Ne aueris a faciem tuam a me, & ero similis descendentibus in lacum.

Auerio a me vultu tuo, conturbatus sum, & factus sum terra sine aqua, quia excitasti ergo desiderium, sed te conspectum, ne aueris a me facie tua, similis efficiar descendentibus in lacum. Qui autem isti sunt, nisi de quibus dicitur: *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit?* id est, non conuertitur. In quod profundum descendentis, in aeternae miseriae lacum descendunt: quia per contumacem superbiam remedia Confessionis penitentiae perdidit.

Prou. 18.

Auditus mihi fac mane misericordiam tuam, quia in te speravi.

Oriatur, inquit, in me lux misericordiae tuae, fiatque quod credidi, vt spes, quae auditu concepta est, impleatur.

Notum

Notam mihi fac, Domine, viam, in qua ingrediar.

Dux mihi sit veritas tua, & gressus mei tuâ gratiâ dirigantur.

Quoniam ad se levavi animam meam.

Quoniam non de me præsumo; sed ut mihi auxiliis posco.

Exime de inimicis meis, Domine, quoniam ad te confugi.

De illis se inimicis tui cupit, per quos etiam humano odio commouentur, id est, diabolo & angelis eius, qui sunt rectores tenebrarum, & incitatores impiorum; à quibus fugiens ad Dominum confugit, ut veteris hominis sequatur exemplum, qui se à facie Domini malâ conscientia conturbatus abscondit.

Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus.

Imple in me, inquit, affectu gratiæ tuæ, ut & hoc velim quod velle te noui; & non aliud fit in meo opere, quàm quod in tua est voluntate. Hoc autem idè peto, quia tu es Deus meus, qui operaris omnia in omnibus.

Spiritus tuus bonus deducat me in terram rectam: propter nomen tuum, Domine! visitabis me in misericordia tua.

Ab omni me errore bonus spiritus tuus eruet, & in terram rectam, quæ est viuorum regio, perducet, non propter meritum meum; sed propter nomen tuum: quia omnis mihi doni causa est misericordia tua.

Educes de tribulatione meam meam, & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam seruus tuus ego sum.

Quanta dignitas, & quanta beatitudo est, esse Dei seruum, cui nullo præcedente merito, tanta præstantur.

PSALMVS CXLIII.

PSalmi titulus rei gesta tangit historiam, qua Goliath bellator potens à puero Dauid singulari certamine superatus agnoscitur. Sed & Goliath significat diabolum, & Dauid indicat Christum, qui etiam in corpore suo, id est, Ecclesiâ, intelligitur: quia in nullo membra separantur à capite. Sic ergo accipiendus est Psalmus, ut historicas affectiones formas esse rerum spiritualium nouerimus; & victoriam Dauid quâ Goliath percussit, ad ipsam Dominum qui est ex femine Dauid, & ad omnia eius membra referamus.

Benedixit Dominus Deus meus, qui dicit manus meas in prælium; & digitos meos ad bellum.

VOx est membrorum corporis Christi, quibus ad superandum Goliath diuinum necessarium est semper auxilium, ut siue in prælio, siue in bello, & manus doceantur, & digiti. In manibus enim significatur omnis operis plenitudo. In digitis autem laborum quædam diuisio, ut totæ vires ad conscientia bella pertineant: ad partes animi virtutum diuersæ species præliorum. Unde quibus armis, quibusque prædijs milites Christi instruantur, manifestat Apollolus, dicens.

Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ: alij scientia secundum eundem spiritum: alij fides in eodè spiritu: alij donationes curarum in uno spiritu: alteri genera linguarum: alij prophetia: alij indicatio spirituum: omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuisis propria vnicuique prout vult. His ergo digiti, siue in bello, siue prælio pugnat corpus Christi, & omnem hostem, siue visibilem, siue inuisibilem lapidis iaculatione, hoc est, Christi soliditate præternit.

Miserericordia mea, & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.

Rectè & veraciter dicimus Domino. Miserericordia mea: quia non solùm miseretur nostri, sed & nos ipsos misericordiam facit, ne sit iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Refugium autem est, à quo reparationem & conscientiam lumit infirmitas.

Susceptor est, qui pugnanti præstat ne cadat. Liberator est, qui tribuit ne vulneretur dimicans, propter quod addit, & dicit.

Protektor meus, & in ipso speraui, qui subdit populum meum sub me.

Voce capitis dicitur videtur, Qui subdit populum sub me: id est, Ecclesiam mihi per fidem subdit. Voce autem corporis intelligi potest spiritualis quisquis bellator, qui populum rebellem cupiditatum, & mortum, carnalium desideriorum, legi mentis suæ per opera gratiæ subditum conficitur.

Domine! quid est homo, quoniam innotuisti ei: aut filius hominis, quoniam æstimas eum!

Magna dignitas hominis, qui sic à Deo creatus, ut sum nosset auctorem: & tanti æstimatus esset, ut vnguentus Dei sanguinè pro redemptione eius impenderet.

Homo uariati sensibus factus est: dies eius sicut umbra prætereunt.

Naturæ suæ homo immemor in similitudinem vanitatis voluntaria præanaricatione mutatus est, ut qui factus fuerat in æternis, esset in vanis, id est, in occiduis & non permanentibus, diesque eius sicut umbra transcurrerent: in comparatione quippe æternorum vana sunt temporalia, nec vera sunt quæ vel esse desinunt, vel quod sunt, perdunt. Mira ergo circa homines bonitas & dilectio Dei, quod etiam ad se cognoscendum vocat talem, & dignum æstimat, quem tanto pretio redimat, & ab umbra vanitatis educat. *Qui enim Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & eum illo æternis nobis donauit?*

Domine! inclina caros tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.

Corruca corrucaiones, & disperse eos; emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis.

Cæli sunt prædicationes veritatis enarrantes gloriâ Dei, per quorum inclinationem, & tolerantiam passio-num innotescit mundo crucifatio Euangelij, & fulgura miraculorum illustant corda credentium. Montes enim, id est, elati quique & tumidi, tangente eos Dei gratiâ, fumigabunt, & accensi cordis vaporem cum lacrymis confessionis emittent. Sagittæ autem Dei verba sunt Dei, quibus dissipatur confideratio superborum, & percutiuntur malè sani, ut sanentur benè vulnerati, & hoc fit per emissam manum Dei de alto; quoniam brachium Dei, quod est Christus, homo factus est, & membra sui corporis non relinquit, & eruit Ecclesiam suam de aquis multis: id est de populis infidelibus, siue foris oppugnantibus, siue intus insidiantibus.

De manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis.

De quibus aquis eruit Dominus humilitatem Dauid; id est, humilitatem corporis Christi, nisi de manu filiorum alienorum? Omnes enim infideles alienigenæ sunt, nec in filiorum Dei adoptione numerantur, & os eorum loquitur vanitatem, quorum lingua confessione veritatis aliena est: & dextera est in illis iniquitas, quia in his quæ iniusta sunt, gaudent, & prauis tanquam rectis lætantur.

Deus, gancium nomen cantabo tibi: in psalterio decem chordarum psallam tibi.

Canticum nouum est canticum gratiæ & noui hominis, ac noui testamenti, quod in decachordo, id est, in decem præceptis legis canitur: quia perfecta est in charitate cantatio: *Charitas legis est plenitudo.*

Qui dicitur saltem Regibus.

Hoc est, quia tangit montes & fumigabunt, ut humiliati subdantur tibi cum sanctificationis confessione.

Qui edimis Dauid se num uum.

Non caret Dauidis nomine, qui corpus est Christi, & cui contra Goliath decertatio est.

Ephes. 8.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Rom. 11.

1. Cor. 12.

Iacob. 2.

Rom. 9.

Ioan. 11.

Rom. 13.

De gladio maligno eripe me.

Non sufficit vt de gladio diceret, nisi adderet, & Maligno: quia est sine dubio & benignus, de quo Dominus dicit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.* Malignus ergo est, qui separatur à Christo: benignus, qui absconditur à mundo.

Es eripe me de manu filiorum alienorum.

Marc. 10.

Qui scilicet vultur gladio maligno: Filij quippe hominum dentes eorum arina & sagitta, & lingua eorum gladius acutus. Qui ergo sunt filij alieni, ipsi sunt gladius malignus, ipsi sunt aquae multae; & idem eadem subiungit, quae prius dixerat, vt de quibus loquatur, appetius pandat, dicens:

Psal. 30.

Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis.

Quam ergo vanitatem filij alieni loquantur, & quae sit dextera iniquitatis ipsorum, subiecta demonstrant.

Quorum filij sicut novellae confusibiles à iuvenute sua. Filiae eorum compositae, & ornatae sicut similitudo templi.

Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oves eorum flososae, abundantes in egressibus suis: boves eorum crassi.

Non est ruina aeterna: neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

Haec abundantia atque prosperitas communis est à malis, & bonis; sed à malis in dextera habetur: à bonis autem in sinistra reputatur: non quia & ipsa non Dei dona sunt, sed quia terrenis & temporalibus caelestia, & aeterna supereminet: & sicut vivunt Sancti praesentibus tantum non vrantur, sintque habentes quasi non haberent. Filij autem alienigenae, qui dextram sibi in transitoris bonis, & in lubrica felicitate constituunt, non de opulenta arguuntur; sed de peruerso rerum amissibilem amore culpantur; cuius & vanitas, & iniquitas eius sententia est, vt neque fide, neque spe, neque charitate, quae futsum sunt sapient, sed infirma & caduca praemia diligant, quae deserunt, & à quibus deferuntur.

Beatum dixerunt populum cui haec sunt.

Vanitate pleni, fide vacui, iniquitate armati, & à forte aeternae hereditatis alieni in hoc proruperunt, vt dicerent beatum populum cui haec sunt. Sed dicant filij promissionis.

Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius.

PSALMVS CXLIV.

Exaltabo te, Deus meus Rex, & benedicam nomen tuum in saeculum & in saeculum saeculi.

Totus Psalmus Dei laude contextitur: & cum in titulo Psalmi David sic praenotata laudatio, evidenter ille ostenditur praedicari, qui est secundum deitatem Dominus, Creatorque David: & secundum quod Verbum caro factum est, filius David est: & non duplex persona, sed vnus est Christus, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Huius ergo laudatio etiam in praesenti tempore continuanda est, quae in aeternitate mansura est: à quo officio qui in hoc saeculo alienus est, futurae laudationis Dei gaudia non intrabit.

Per singulos dies benedicam te, & laudabo nomen tuum in aeternum, & in saeculum saeculi.

Dubium non est, ad praesentem quoque vitam pertinere Dei laudem, quandoquidem per singulos dies benedictio Dei celebrandi disponitur, non obstante rerum mutabilium varietate: quia siue lætus de secundis, siue tristis de aduersis ducatur dies, nunquam à Dei laude cessandum est; qui enim nunquam tentatur, nunquam probatur: & melius est cum tribulatione exerceri quam cum prosperitate puniri.

Magnus Dominus, & laudabilis valde: & magnitudinis eius non est finis.

Nullo sine laudatio eius concluditur, cuius magni-

tudinis nullus terminus inuenitur: & in cuius praedicatione quicquid laudator poterit cogitare, non sufficit. Qui ergo omni laude semper est maior, sine fine laudetur: ex hoc ipso homo semper suae aeternitatis accipiat; quia nunquam non erit qui Dominum laudare non desinit.

Generatio, & generatio laudabit opera tua: & virtutem tuam adnuntiabunt.

Omne humanum genus generatio repetita significat, quae ab initio sui vsque in finem per considerationem creaturarum rationabiliter intelligit vniuersitatis autem, vt de his quae videre possibile est, & in quibus tanta admirationum materia est, ea quae cerni nequeant, æstimentur; & ille omnem aciem mentis exuperet, de quo parum dignè sentit, qui putat sufficere quod intelligit. Potest autem per vnam generationem prima significari vita mortalium; per alteram vero generationem resurrectionis accipi; quia & ipsa generatio nuncupatur: secundum quod dictum est: *in regeneratione autem cum sederit filius hominis in maiestate sua.* Laudatur ergo in hoc saeculo, & multo magis laudabitur in futuro: Nam si nunc hoc faciunt compediti, quomodo non amplius facient conorati?

Math. 19.

Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua enarrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam enarrabunt.

Memoriam abundantiae suauitatis tuae eructabunt, & iustitiam tuam exaltabunt.

Veri laudatores Dei nihil operum eius iudiciorumque non laudant, & sic omnia facta mirantur, vt mirabilior sit ipse qui fecit: quia quicquid in creatura laudabile reperitur, ad illius recurrit gloriam, qui operatur omnia in omnibus, vnde & terribilia eius laudis honore sunt plena: Non enim blanditur, & non minatur: si non blandiretur, nulla esset correctio: inuisi igitur eloquiorum Dei & misericordia eius, & iustitia praedicabunt: & sicut regni aeterni, ita regni perpetui non tacebant vt in via, quae ad retributionem tenditur, constituti, sciant quid eligere debeant, quid cauere. Magnitudinem autem Dei, quem non habet finem, quomodo enarrabunt, nisi quia semper hoc praedicabunt, quod finis eius nequeat inueniri: ineffabilem enim nullus eloquentior est narrator, quam qui factetur inexplicabile esse quae loquitur. Hi ergo, inquit, narratores magnitudinis tuae memoriam abundantiae suauitatis tuae eructabunt, quia non es oblitus nostri, nosque tui meminisse facis. Doctrina itaque sana hoc de abundantia suauitatis diuinae ructat, facitque eructari, vt omnes boni Dei grat à se regat, Dei gratiam nouerint custodiri, & per ipsam sibi, vt de illa possint gaudere, praestari.

1. Cor. 11. Scit. est 70.

Misericors, & miserator Dominus, longanimis, & multum misericors.

Suaui Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.

Misericordia & gratia, bonitas, & patientia Dei per omnia declaratur: & nemo desperet, nemo praesumat: quia sicut suauius est lenitate, ita iustus est vltione: & nihil longanimitatis eius perit, quem & conuersus benignum, & obduratus expulserit leuenter: miserationes enim eius in omnia opera eius, quia in his qui saluabuntur, damnauit aliena.

Constituatur tibi, Domine! omnia opera tua, & Sancti tui benedicant te.

Quaecumque sunt in vniuersitate rerum à su mmis vsque ad infima, opera vtiue sunt Dei: & quamuis rationales tantum intellectualesque creaturae diuinae laudis affectione moueantur, non frustra tamen ad confitendum Deo omnia opera ipsius incitantur: quia nihil est tam exiguum, tamque à sensu remotum, in quo non mirabilis sit Creator: quem cum Angeli, & homines confitentur & laudant ipse infinitae mundi partes

& species, atque naturæ suæ semper loquuntur Auctorem, & utilitate ac pulchritudine sua immensam dant materiam laudatoribus: & videntur laudentia, quæ sunt laudabilia, dum quod non possunt eloqui, faciunt non taceri.

Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Et non in filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.

Omnia species, & virtus, & pulchritudo creaturæ regnum est Dei, quia diversorum ipse est Author & Dominus: sed ab his quæ videntur, distinguuntur & ea quæ nondum innouerunt: & intelligitur ex decore visibilium quantum excellent, & in qua gloria emineant quæ regnum Dei specialius nominantur: unde quotidie dicimus, *Adveniat regnum tuum*: cuius nec magnitudinem, nec gloriam, nec decorem vlla possunt corda concipere: sed quia sicut promittitur, ita creditur, certissimo desiderio, donec adsit, expetitur.

Regnum tuum regnum omnium sæculorum, & dominatio tua in omni generatione: & progenie.

Reperitio generationis, & præsens sæculum indicat & futurum: quia & resurrectio generatio dicitur, quæ Sanctos ad incorruptionem beatæ æternitatis creavit.

Fidelis Dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Multa Dominus, & magna promisit, & quædam credita implerit: quæ iam servanda servavit, vt secuta esset expectatio, cui vires tot præcepta faceret.

Confirmat Dominus omnes, qui decidunt, & erigit omnes elisos.

Septies cadit iustus, & resurgit: impij autem infirmabuntur in malis. Aliter ergo Summi, aliter decidunt infideles: & horum nunc fit commemoratio, quorum nullos confirmat a Domino: ruit enim quodammodo videntur, cum omnibus temporalibus careant, & inhonori ac pauperes spernuntur à potentibus mundi, & inter abiecta quæque reputantur: Sed Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Oculis omnium in te sperant: & tu das escam illis in tempore opportuno.

Sicut bonus medicus novit quæ escâ ægrotus, & quo tempore sit cibandus: ita Dominus servos suos opportune salubribus cibis reficit: & quid cuique congruat, ineffabilis scientiæ benignitate discernit, vt subiectio Filii sui de omnibus proficiat, quæ illi adhibenda censetur, siue aspera. siue blanda, vt in nullo murmurent ægri: sed quodlibet curationis genus æquanimitè ab Autore siue salutis accipiant, dicentes, quod ad eruditionem patientiæ nostræ ipse Saluator dignatus est dicere. *Pateris fieri potest, transe ut à me calix iste: verum non quod ego volo, sed quo tu vis: Pateris voluitas tua.*

Aperit tu manum tuam, & implet omne animal benedictione.

Ex Dei largitate est quicquid benedictionis adsequitur: quia nemo eam concupisceret, nisi ad incitandum ipsum desiderium manum suæ bonitatis aperiret.

Iustus Dominus in omnibus vis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Vniuersa, inquit, *via Domini misericordia & veritas*: siue circa nos fecerit, siue sit mitior: quia qui etiam flagella meditatur, idè castigat, vt parcat.

Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus qui invocant eum in veritate.

Multi non in veritate invocant Dominum, aliud ab illo quàm ipsum desiderantes à quibus longè abest: quia diversum & remotum est ab ipsius voluntate, quod capiunt. Si autem id concupiscunt quod præcipit iustus, & bonus, propinquus omnino est his. quos inspiravit affectibus: & timentium se voluntatem facit: quia quæ Domini, esse cepit & serui.

Voluntatem timentium se facies, preces eorum exaudiet, & saluos facies eos.

Custodit Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.

Quos omnes peccatores, nisi perseverantes in peccatis, & quotidie contra Deum disputantes: Pars autem dextera, cui nullum est cum iustitia parte consortium, quia semper illi iudicia Dei vniuersa placuerunt, quid in æternum sit factura, profiteretur, & dicit:

Laudem Domini loquentur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum eius in æternum, & in sæculum sæculi.

PSALMVS CXLV.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quando in sum.

SANDA, & spiritualis anima ipsi se ad laudandum Dominum ei hortatur: excellentiore sui parte ea quæ in se minorâ sunt, incitat. Non enim alia est quæ dicit, & alia cui dicit: aur carnis hæc vox est, quæ ab anima & vitam fuit, & sensum: nec sine anima aliquid potest velle, & non velle. Quia vero ipsius animæ duplices actiones sunt, & alio quocumque erigitur ad Dominum, alio incinatur ad carnem; si bene spiritui seruit, bene præsidet carni: & per id quod adhæret Deo, id etiam, quod adhæret corpori, ad superiores inuitat affectus, vt rationali dominata tantum subilibus tribuar, quantum ad salutem fat esse: si Deo non est subiecta, minuatur. Mens itaque summa quædam pars animæ semetipsam in emulsibus suis incitans conatibus, dicit: *Lauda anima mea Dominum*: non quia hoc non faciet quantum potest; sed quia parum est, quod infirmitate corruptibilis corporis potest, ad illam perfectam & æternam laudationem proficere concupiscit, & memor præsentis conditionis, in qua desiderij sui non inuenit vires, quantum hoc per se factura, respondit, dicens; *Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quando in sum*. Nunc enim quamvis fides, & spe, & charitate roboretur, tribulationibus tamen & scandalis ac meretricibus non caremus: & inter innumera mortalitatis obitacula, & æternæ vitæ officia non implemur: Quoniam corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. In vita igitur mea, quam nulla ægrotudo infirmat, nolla egestas facit inquietam, laudabo Dominum tota mei libertate atque virtute, & psallam Deo meo, quando in sum, quia sicut esse erit mihi æternum, ita erit mea in Domino æterna laudatio.

Nolite considerare in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus.

Qui in defensione Principum & hominum præsidio gloriantur, in vanitate confidunt: solus enim Deus, de quo speranda fit salus; & bene ab eo expectatur, quo ipse non indiget. Nam quid sit Filius hominis breuiter in eo quod sequitur, demonstratur.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam; in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Totum ergo quod in hoc mundo agit, temporale est & transitorium; & nemo veteratit spondet alteri, quod præstare non potest sibi; mortalibus enim est emissio spiritui in terram suam terrena carne redeunte: quicquid disposuit, quicquid cogitavit, intercedit.

Beatus eius Deus Iacob aduersus eius, spes eius in Domino Deo ipsius, qui fecit caelum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Beatus, inquit, homo cui adiutor est Deus: non ille quem sibi ignorantia humana confingit, sed Deus Iacob, qui ipsum Iacob Israël fecit, vt fide & intellectu videat vniuersitatis Authorum.

Qui custodit veritatem in saculum, facit iudicium iniuriæ patientibus.

Et timendum Deum commendat & amandum, timendum; quia iniqua facientes veritate damnauit: amandum, quia pro iustitia laborantes, misericordia coronauit.

Math. 6.

Cr.

Iacob. 4.

Marc. 26.

* omne animal.

Psal. 44.

Dat escam esurientibus.

Dominus soluit compedidos, Dominus sapientes facit cecos.

Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas.

Omnibus quidem animantibus providentia Dei constituit & præstat alimoniam: sed hominibus non terrenum tantum, sed & spiritalem cibum præbet, quem hi accipiunt qui desiderant, de quibus dicitur: *Beati qui esuriant & sitiunt iustitiam, quoniam saturabuntur.* Talis ergo est compeditorum absolutio, qui mortalitatis compedes æternitatis adoptionis euadunt. Talis & illuminatio cæcorum, qui sapientes esse insipientibus sunt. Talis quoque elisorum eleuatio, qui voluntariè humilitate prostrati ad altitudinem celestium prouehuntur. Dominus enim diligit iustos, quoniam ipse est iustitia eorum: & ipse custodit aduenas, qui omnes gentes in Christo vnium facit, & in Abrahæ filios lapidea corda conuertit.

Pupillum, & viduam suscipiet, & viam peccatorum exterminabit.

Regnabit Dominus in æternum, Deus tuus Sion, in generatione & generatione in sæculum sæculi.

Itis quidem pupillis, qui mortuis patribus, indefensi remanent, Deus opitulatur, & omnes viduas Deus protegit. Sed hic illos orphanos, & illas viduas melius intelligimus, quibus in hoc sæculo nullum est præsidium, nulla est consolatio; sed spes eorum in Domino Deo. Ipsorum anima ergo, quæ in bonis temporalibus non sitit, sed mundi istius peregrina est, supernum patrem & supernam desiderans matrem, meritò pupilla appellatur & vidua: quæ donec & patrem videat & sponsum, nunc videtur esse longinqua. Via verò peccatorum exterminabitur, cum omnium iniquitatum defecerint actiones, & vanitas in latitudine ambulantium in supplicia æterna mergetur. In hunc autem finem prouentibus malis, quid audiet ciuitas Sion, quid assequetur ciuitas Dei? *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Quoniam tu Sion in Ecclesia regnum æris æternum Domini Dei tui, & regnante ipso, sine fine regnabis.

PSALMVS CXLVI.

Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus, Deo nostro iucunda laudatio.

Bonum est Dominum laudare, in gloriam Dei psallere, non voce tantum, quæ incessabiliter canere non potest; sed multò amplius modulatione rationalis vitæ, quæ nullo tempore omitenda est. Quoniam in conuersationem spirituales seruorum Dei, quicquid domi forisque agitur, laus illius est, cuius & doctrina & munere ita viuunt, vt nihil actionum non Deilaudè sit dignum, dicente Apostolo: *Sine manducatis, sine bibitis, sine aliud quid fecistis, omnia in gloriam Dei facite;* quod qui faciunt, nunquam à Dei laudibus silent: & à bonis operibus ipsorum, semper Deo iucunda est laudatio.

Ædificans Hierusalem Dominus: & dispersiones Israël congregans.

Extructio Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, pace confurgit: omnem Israël pax ad soliditatem colligit vnitatis. Non ergo ab operibus vox, nec à voce debent opera dissonare; & laus quæ voce promiuit, de bona conscientia profertur: Nam non est firma compago, si in officio laudis non vnus sonus est cordis, & vocis.

Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

Ecce quomodo colliguntur dispersiones Israël, vt sanentur contrito corde: quoniam cor contritum &

humiliatum Deus non spernet: vt humilitas sanet quod superbia vulnerauit. Per alligationes autem contritionum, significatur diuersitas remediorum, quæ summus medicus misericorditer, & scienter apponit: quia multarum elisionum non est curatio vna.

Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

Non est præcipuum in laudibus Dei stellæ cæli habere numeratas, cui capilli caputum numerati sunt. De illis ergo stellis dignè intelligitur hoc dictum, quæ in Ecclesia Dei ad consolandam præsentis temporis noctem bonæ conuersationis exemplo & cælestis doctrinæ luce resplendent, quibus dicat Apostolus. In ista natione praua & peruersa, in quibus apparetis tanquam luminaria in mundo, verbum vitæ habentes. Has ergo stellæ Deus numerat in æternam prælectas gloriam, & nominatim ex omnibus gentibus aduocatas. *Novit enim Dominus quis sunt eius:* cum quibus non computabuntur, quibus dicitur: *Discedite à me operari iniquitatis: non noui vos.*

Magnus Dominus, & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerata.

Multa in natura magna sunt, & multarum naturarum magna virtus est: sed in comparationem Dei nihil verè magnum, nihil verè dicitur potens, & in illo vera est magnitudo, & magna virtus. Vniuersa ergo excellentia habent limites suos; & intra modum sibi positum natura quæque subsistit; Deus autem magnitudine gloriæ suæ excedit vniuersa; & omnipotentia sapientia eius nullo numero comprehenditur; quoniam

ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram.

Non accedunt ad cognitionem Dei humiles atque mansueti, qui etiam quod nondum intelligunt, credunt; & reuelationem occultorum expectant. Hos erudiendos sufficit Dominus, & doctrinæ suæ capaces facit, quorum desideria delectatione exercuit, & accendit. Peccatores autem humiliat vsque ad terram: eos vtique peccatores, qui ad promouendum scripturarum intellectum mansuetudine carent: & ea quæ introspicere nequeunt, tanquam superflua & vana contemnunt. Horum contumaciam Deus in terrena demergit, cum ipsos tradit insipientiæ, vt qui spreuerunt gratiam illuminationis, subeant supplicium cæcitatatis.

Præcise Domino in confessione, psallite Deo nostro in cythara.

Desiderantibus intelligentiam Sacramentorum à confessione incipiendum est, vt semetipsos accusantes, & sibi adscribentes caliginem & tarditatem suam, radium superne lucis accipiant. Nec sit eorum ociosa confessio: sed psallant Deo in cythara: id est, in quadam bonarum actionum conscientia: vt misericordiam quam confitendo quærunt, operando mereantur: & quod rectè offerunt, rectè diuidant.

Qui operit caelum nubibus, descendit in terram sicut tem pluvia gratiarum.

Ad hoc enim Deus obsecrauit dicta prophetica, vt obumbratio pararet imbrem: imber verò & fructum gigneret & operiret serenum.

Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.

Vtilitas pluriæ spiritualis non solum valles, sed & montes vberes facit: in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum. Montes autem intelliguntur sublimiores quique hominum secularium, qui ita sæpè superioribus opimantur, vt vnde fructuosæ sunt valles, inde altitudines etiam montium sint feraces. Producit ergo Dei gratia in montibus fœnum, & potentes ac diuites accepto semine charitatis, præbent profuturam pauperibus: & ministrant herbam seruituti hominum,

Psal. 10.

Matth. 10.

Philip. 1.

1. Tim. Luc. 11.

Rom. 11.

Matth. 9.

Matth. 25.

1. Cor. 10.

Vide sent. 6.

Sap. 9.

nam, qui famulatum deuotionis suæ Deo Ecclesiæque dependunt.

Dat iuue-ri escam ipsorum, & pulis cornuorum inuocanti-um eius.

Iumentorum & pecorum nomine significatur multitudi- plebis, quæ necessario cibo non fraudatur; & dum spiritualium esse particeps, fit minister carnalium, vt impletur illud Apostoli, *Qui pascit gregem, & de lacte gregis non percipit*? Dispensatio igitur misericordiæ Dei, non tantum ad Israëliticum genus, sed ad omnium quoque gentium propaginem pertinet. Patres enim idola venerantes eorum habuere figuram, mortua & immunda scētantes: quorum pulli, id est, filij, Deum verum inuocant, & sancti Spiritus pascuntur alimonia: quia parentibus non inuocantibus Deum, sed in sua obdurate manentibus credit posteritas, quod ignorauit antiquitas.

Non in fortitudine equi voluntatem habebis, nec in tabernaculis viri te-plectum est ei.

Beneplacitum est Domino super immentes eum, & in eos, qui sperant in misericordia eius.

In equi potentia superbiz indicatur elatio, quæ Deo semper odiosa est. Tabernacula quoque sublimia & magnifica diuitiarum manifestant tumorem, in quibus nihil approbat Deus. qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: non enim illi placent nisi mites & pauperes spiritu, ad hoc timentes Dominum, vt sperent in misericordiam eius. Ille est enim vilis timor, qui spe erigitur, non qui desperatione demergitur.

PSALMVS CXLVII.

Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.

Cvm in titulo Psalmi Aggei & Zachariæ Prophe-
tatum nomina prænotentur, quos in Babyonia cum populo suo captos esse non dubium est, & reparacionem eius, ciuitatis Hierosalem præuidisse, ac sicut facta est, denuntiasset, intelligitur corroborari Psalmi ita ad vniuersam Ecclesiam pertinere, vt omnes ciues & filij Hierusalem in præsentia vita quadam se victos captiuitate cognoscant, & consolacionem de spe futuræ libertatis accipiant. Nemo enim Sanctorum sine laboribus ac molestiis potest præsens tempus exigere: & in quadam captiuitate se esse sentiunt, cum exurgentibus scandalis, & manantibus in spiritu carnemque discordiis, non omnia que volunt, faciunt, & multa aduersa patiuntur. Rectè ergo spe futurorum bonorum ipsam Hierusalem hortatur vox prophetica in laudem & gloriam Dei, vt cum sanctis tuis Angelis, quorum adipiscitur indiuiuam societatem, in gaudiis æternæ pacis exultet.

Quoniam confortauisti seras portarum tuarum.

Conclusio Hierusalem & serarum eius confirmatio securitatem indicat incommutabilem gaudiõrum; quia nullius mali ad bona parebit introitus, neque inde vllus iustorum timebit excludi.

Benedixit filiis tuis in te.

Extra Hierusalem nulla benedictio est; quia non sanctificatur, nisi qui Ecclesiæ, quæ est Christi corpus, vnitur.

Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti saturauit te.

Nulla eam ciuitatem bella perturbant, quæ pacis est septa limitibus, nec aliquid patitur inquietum, in qua nihil est à Dei voluntate diuersum. Ne autem tranquillitas istius pacis aliqua indigentia necessitate turbetur, adeps ei pacis indeficiens ministratur, vt iustitiæ cibus sit in epulis, qui sicut in desiderijs. *Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

Qui emittit verbum suum terra: velociter curris sermo eius.

Verbi missio Christi est incarnatio, cuius Euangelio currente per omnem terram, omnium gentium fit vocatio, præueniente gratiâ Dei credentium fidem. Nihil est velocius & scientia, & opera Dei; qui quæ futura sunt, nouit, & fecit; & quæ nondum sunt orta, iam apud illum sunt præordinata.

Qui dat nuuem sicut lanam; nebulam sicut cinerem spargit.

Spargit quidem ista ad opimandam terram, secundum literæ superficiem; quia & nubes decedentes habent vellerum speciem; & nebularum ros non aliter quàm cinis spargitur, atque ex eo terra pinguescit: sed sublimis in his gratiæ Dei opera sentiuntur, per niuium vellerâ vocatione gentium figurata, quæ ad conficiendum vestimentum Christi, quod est Ecclesia, in vnum confluit, & in idipsum tota extexitur, non habens maculam aut rugam, sed in illa puritate mansura, quæ æterna glorificatione resplendet, sitque in ea compage, de qua dicitur, *Domum amictus lumen sicut vestimentum*, ad quod significandum pertinet, quod vestis Christi transfugurati in monte, sicut nix legitur respluisse. Per nebulam autem caligo ignorantiz, quæ ad penitentiz cinerem confugit, indicatur. Nou enim quisquam ante vocationem dici iustus potest; quoniam *Filius hominis non venit iustos eligere, sed peccatores, & in pios saluos facere.*

Psal. 101.
Math. 17.

Math. 9.
Rom. 5.

Qui misit crys-tallum suum sicut frusta panis: ante faciem frigoris eius quis subsistet?

Niues antiquitatis obduratæ conuertuntur in cry-
alum: quo significantur obsticta nulla calorem Sancti Spiritus receperunt: sed tam potens est gratia Dei, vt tam alosam glaciem faciat superno igne feruescere; & eos qui crystallino frigore fuerant obdurati, afflatu suo faciat conalescere, vt etiam ipsi qui vitæ ciuim nesciebant, panem verbi incipient ministrare, sicut in B. Paulo factum est: qui cum esset credentium persecutor, factus est Euangelij prædicator. *Quis autem poterit subsistere, quem ab hoc frigore non liberauit Christus? qui venit ignem mittere in terram, & ad feruorem fidei, qui gelu infidelitatis obtorperat, excitare.*

Luc. 11.

Emittit verbum suum, & liquefacit ea; stabit spiritus eius, & fluunt aquæ.

Verbo Euangelicæ prædicacionis obduratio Infidelium soluitur, vt fiat hoc quod alibi dictum est: *Rupit petram, & fluxerunt aquæ.* Plante autem spiritu, calor charitatis emittitur, vt terram sitientem flumina rigent, & in aridis cordibus fiat fons aquæ salientis in vitam æternam.

Psal. 104.

A-munians verbum suum Iacob, iustitias, & indi-cia sua Israël.

Dans scilicet intellectum vocatis, & iustificatis; quia omnes ex quibuslibet gentibus electi, Iacob & Israël nuncupantur; & discunt omnia Dei iusta esse iudicia: nec aliquid ab eo fieri, vnde possit ignorancia humana causari, quia abundantem etiam circa iustos causæ vitiorum, nisi iustitiam suam misericordia temperaret.

Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Altitudinem diuitiarum sapientiæ suæ nulli genti Deus voluit esse perspicuum, neque cuiquam nationi iudiciorum secreta patuere; sed ex omnibus gentibus vna est gens, vnus est populus, qui se ab æternâ perditione non suis meritis, sed Dei gratiâ intelligit liberari, & vnumquemque Fidelium ministrum misericordiæ Dei, vt quod in ipsis factum est, etiam in alijs fiat, & in vnitatem confluat vniuersa dispersio.

PSALMVS CXLVIII.

Laudate Dominum de caelis: laudate eum in excelsis.

Philip. 3.

POpulus Dei cuius conuersatio est in caelis, & cuius spes in Domino Deo ipseus, ad supernam Hierusalem pertinens, & de aeterna sanctorum Angelorum societate iam gaudens, exaltat in spiritu Dei, & vniuersam creaturam in laudem accendit Creatoris. Non quia omnia irrationabilia & sensu carentia possunt Deum propria confessione laudare: sed quia nihil est in vniuersitate rerum & summis vsque ad infima, quod non sua aequalitate naturae potentiam sui proteatur Autoris. Duarum proprie creaturarum est tota ista laudatio, Angelicae scilicet & humanae: quae hunc affectum ex totius mundi consideratione concipiunt, vt cum laudatoribus Dei ipsa laudis materia Deum laudare dicatur. Quia ergo in hoc officio caelestia obtinent principatum, necesse ipsis primitus dicitur, vt de excellentia dignitatis ac pulchritudinis suae in Domino gloriantur.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes stellae & lunen.

Laudate eum caeli caelorum: & aqua qua super caelos sunt, laudent nomen Domini.

Nihil est in sublimitate caelestis, quod non pulchrum atque mirandum sit: & quia omnia in Creatoris sui concinunt laudem, non quasi cessantibus ab inferioribus dicant vt in confessionem diuinæ laudis exurgant, sed vt homo inspiratus, ostendat sibi placere quod faciunt, & eo se per spem fidei delectari, ad quod per exhortationes promissionum Dei etiam ipse prouehetur. Cum autem Dominus Iesus Christus Verbum sit Dei, in nullo Patris laude discernitur, dicente Psalmo.

Quoniam ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt.

Quod enim Deus dicit, Verbo dicit: & Verbum per quod facta sunt omnia, mandatum dicentes exequitur.

Statuit ea in aeternum, & in saeculum saeculi; praeceptum posuit, & non praeterit.

Omnia quae ad caelestem beatitudinem sunt creata, hanc plenitudinem sui officij susceperunt, vt in Dei laudatione permanent: cui operi etiam in natura humana sociatur, propter quod Apostolus dicit: *Quae sursum sunt, sapite, non quae super terram: Quae sursum sunt querite. vbi Christus est in dextera Dei sedens.* Bene ergo spiritualis quisque deuotionis se caelestium iungit, & in consideratione totius creaturae laudate attitem, vt pro modulo suo iam faciat, quod sine fine factura est.

Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procella, qui faciunt verbum eius.

Terrae nomine appellatur, quae vicina sunt terrae: & quicquid hoc nubilo aere aut humidum in rore, vel pluuiis; aut in niue, & grandine glaciale, aut in procellis turbidum, vel in coruscationibus apparet ignitum, terrae & abyssi appellatione perstringitur: quorum nihil fortuitis motibus subiacet, & singula quippe eius legibus seruiunt, qui vt vult, de omnibus atque in omnibus secundum causas occultae rationis operatur.

Montes, & omnes colles, ligna fructifera, & omnes arbori.

Bestiae, & omnia pecora, serpentes & volucres pennatae.

Nihil horum non in magna sapientia factum est: & idem quaedam perstringitur, vt vniuersitatis Creator in omnibus praedicetur.

Reges terra, & omnes populi: Principes, & omnes iudices terra:

Iuvenes, & virgines, seniores cum iunioribus laudent nomen Domini.

In multitudine hominum diuersitas est graduum, differentia sexuum, & dissimilitudo meritorum: sed in Dei laudibus omni ordini atque aetati vna materia est: Tota enim in Christo Ecclesia vnum corpus est, & quod recte agit qualibet portio, tota sibi bene vindicat plenitudo.

Quoniam exaltatum est nomen eius super caelum.

Confessio eius super caelum, & terram: & exaltatum cornu populi sui.

Super omnia enim * & omnium conditor, & vnus * ^{Foris est.} Authoris laus est quicquid in vniuersitate laudabile est; quod ipsa rerum pulchritudo multiformi conficitur ornatu. Ab ipso ergo est honor Sanctorum eius, & ipsos exaltat cornu populi sui. Quoniam qui magna contulit per naturam, ipse dat maiora per gratiam.

Hymnus omnibus Sanctis eius: filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Hymnus est canticum, quo laudatur Deus, & quo vtuntur omnes Sancti eius, omnesque filij Israel, non illi qui frustra carnali semine gloriantur: sed qui per illam, qua Abraham placuit, fidem nari, veri sunt filij Israel, appropinquantes Deo per ipsum qui est via, veritas & vita.

PSALMVS CXLIX.

Cantate Domino canticum novum, laudatio eius in Ecclesia Sanctorum.

Bene laudantes Dominum canticum novum canant, non in vetustate carnis, sed in spiritu nouitate viuentes, vt laus Dei in Sanctorum Ecclesia celebretur: quae sibi ex hinc & moribus & charitate concordat: Nam sine hac paritate nulla est canticum suauitas, nec est modulatio concinens, vbi est fides ac vita dissilientis.

Lateat Israel in eo qui fecit ipsum: & filij Sion exultent super Regem suum.

Qui sunt veri Israelitae, ipsi sunt filij Sion, siue Hierusalem. Vtrumque enim nomen vnus est ciuitatis, quae constat ex Angelis & hominibus, ad eandem societatem per fidem, & spem, & charitatem de longinqua peregrinatione tendentibus. Qui ergo spe credit, spe gaudeat; quia Deus est noui populi & Creatoris, & Redemptor, & Rector.

Laudent nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei.

Chori nomine concordia significatur laudantium, quorum voces nisi fuerint consonae, placere non possunt. Rationalis itaque cantus, cuius tota est in fide & charitate modulatio, neque in moribus, neque in confessione dissidet: sed bene vtrumque psalterio & tympano diligens Deum, diligens proximum: & in tympano & psalterio manus concinat voci, & impletur opere quod ore cantatur. In tympani autem & chordarum extensione crucifixio carnis accipitur: quia nerui quanto plus fuerint extensi, tanto acutius sonant.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltatus mansuetos in salutem.

Quid tam benignum quam est Dominus in populo suo, quem dignatur conuertere auersum, suscipere correctum, iuuare pugnantem, & coronare vincentem? Dabit enim exultationem humilibus: & inde erigantur mansueti, vnde premuntur elati.

Exultabunt Sancti in gloria; latibuntur in cubilibus suis.

Exultatio Sanctorum non in diuitiis, sed in honoribus, neque in vlla est prosperitate terrena: non in cubilibus suis: id est, in conscientia bona, quam tamen

non

non sibi; sed gratiæ Dei adscribunt, ne sint de hominibus sibi placentibus, sed sint de his qui in Christo gloriantur.

Exaltationes Dei in faucibus eorum, & gladij accipies in manibus eorum.

Gratias agentes Deo de omnibus profectibus suis, ipsum exaltant & ad ipsum referunt quod ei placere nouerunt, habentes in manibus sermones Dei, qui est gladius bis acutus, efficax, & carnales affectus diuidere, & peccata reserare.

Ad faciendam vindictam in gentibus; oburgationes in populis.

Potestas verbi, quod Infidelium corda feruntur, non solum præsentibus data est, sed omnibus etiam discipulis veritatis, qui possunt arguere errantes, & increpatione sua deos reuocare.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in vinculis ferreis.

Potentes mundi & Reges ac nobiles, nisi Deum timeant, quem timebunt; sed prædicatur illis Euangelium Christi, & percutiuntur frænea bis acuta; annuntiatur illis iudicium, & auditis æternis suppliciis sinistrotum ligantur, & compedes sapientiæ ab initio amoris accipiunt, vt dura præcepta molliant voluntatem, & si obedientibus blandum quod asperum videbatur auerfis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus Sanctis eius.

Omnium Sanctorum gloria hæc est, vt totus mundus subiciatur Deo, & diuinis legibus, quarum iustitia vniformiter vbique conscripta est, simili obseruantia seruiatur. Ad hoc enim vntur in omnibus gentibus spiritus potestate, vt vbique cantetur canticum nouum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

PSALMVS CL.

Laudate Dominum in Sanctis eius.

AD confessionem pertinet gratiæ, Dominum in Sanctis suis laudate, cuius habent sanctificatione quod sancti sunt. Vnde in alio Psalmo dicitur; *Mirabilis Deus in Sanctis suis*: vt quicquid in illis virtutum atque meritum est, totum ad Dei gloriam referatur.

Laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in potentatibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Omnia ista instrumenta laudum Dei, ipsi Sancti sunt, per quos ad Deum multiplex sonus concinentis confessionis emittitur; & idem in omnibus eorum officiis laudatur Deus; quia omnis canentium motus, eius spiritu quem prædicat, animatur.

Laudent igitur eum in sono tubæ.

Propter excellentissimam Euangelij in Christo declarationem: *In omnem enim terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Psal. 18.

Laudent enim in Psalterio & cithara.

De superioribus scilicet & inferioribus, tanquam cum qui fecit cælum & terram: vt psalterio cælestia, cithara autem terrena laudentur: quia cauum illud lignum, supra quod chordarum resulat extensio, in psalterio superius, in cithara habetur inferius.

Laudent eum in tympano & choro.

Dum ad similitudinem tympani, quod de sicco extensoque fit corio, ad confessionem Dei sensu mutæ carnis aptantur, & ad speciem chori societas canentium in omni modulatione concordet, vt nihil diuersum de eo cui canitur, sentiantur.

Laudate eum in choris & organo.

Id est, in quolibet instrumento musico, quod vel pulsū potest sonare, vel flatu.

Laudent eum in cymbalis bene sonantibus.

Dum vnusquisque honoratur à proximo, non à se ipso: Cum autem dicitur.

Laudate eum in cymbalis iubilationis.

Euidenter ostenditur per omnia opera musica non corporeos sonos; sed affectus animi designatos: siquidem nulla ratio finat vt iubilatio esse possit in cymbalis, nisi ipsa cymbala ad motus animi transferrantur: cum enim mens ceptas Dei laudes verbis non potest explicare, admiratio eius similis fit iubilationi, quæ in eo miratur sono, qui nullis syllabarum comprehenditur articularis. Nihil ergo extra ipsos Sanctos, quibus laus Dei indicitur, cogitetur, nec vliquispiritualibus officiis sentiantur: & quia sapere secundum carnem mors est.

Omnis spiritus laudet Dominum. Alleuia.

F I N I S.

Philip. 2.

Psal. 67.

Rom. 9.



D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS, DE VOCATIONE OMNIUM GENTIVM,

LIBER PRIMVS.

In Cambrensi nulla est capitulum in seq. libro diuersio. Cap. 1.

Proposit hoc libro tractanda: & non sanè sentire eos qui putant gratia predicatione negari liberum arbitrium.

CAPVT PRIMVM.



NTER defensores liberi arbitrij, & prædicatores gratiæ Dei, magna & difficilis dudum * queritur quæstio. Queritur enim. Vtrum velit Deus omnes homines saluos fieri. Et quia negari hoc non potest, cur voluntas Omnipotentis non impleatur, inquiritur. Cumque hoc secundum * voluntates hominum fieri * videatur, gratia videtur excludi; quæ si meritis redditur, constat eam non donum esse, sed debitum. Vnde iterum queritur. Cur hoc donum sine quo nemo saluus * est, ab eo qui omnes saluari vult, non omnibus confertur? Atque ita,

contrarium disputationum nullus terminus reperitur, dum non discernitur quid manifestum, quid sit occultum. De hac igitur compugnancia opinionum, quæ mensurâ & temperantiâ sentiendum sit, quantum Dominus adiuverit, annitar inquirere; exercens atque discutens modulum facultatis meæ in his quæ cordi meo sobrie (quantum arbitror) inhæserunt, vt si in eas regulas procefferit stylus, quæ nihil offensionis, nihil habeant prauitatis, non solum nobis, sed & aliis vile sit, ad aliquem nos limitem peruenisse, quem non debeamus excedere. Primitus itaque de voluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. Inter quam & gratiam Dei quorundam non sana discretio est, * existimantium quod prædicatione gratiæ liberum negetur arbitrium; nec aduertentium eadem regula sibi posse obici, quod gratiam negent, cum eam humanæ voluntatis non ducem volunt esse, sed comitem. * Si enim tollitur voluntas

* C. vertitur text.

* C. voluntatem.
* C. dicitur.
* C. esse potest.

* C. assistentium.
* C. sic enim tollitur voluntas, nisi ipsa est verarum origo virtutum.

Tollitur gratia, nisi ipsa est causa bonorum.

voluntas, ubi ipsa est verarum origo virtutum? Si tollitur gratia, ubi est ipsa bonorum causa meritum?

Omni anime humane naturaliter inesse qualemcumque voluntatem, qua aut sensualis, aut animalis, aut spiritalis est.

CAPVT II.

Sed iam auxiliante Christo, quod tractandum cocepimus, inchoemus. Omni anime humane quantum intelligere atque experiri datur, naturaliter qualiscumque inest voluntas, qua aut appetitur quod placet, aut declinat quod displicet. Huius voluntatis (quantum ad naturalem pertinet motum, ex vitio primæ prævaricationis infimum) genera sunt duo, secundum quæ voluntas hominis, aut sensualis, aut animalis est: Sed cum adest gratia Dei, accedit ei per donum Spiritus tertium genus, vt possit fieri

* C. spiritalis.

De voluntate sensualis.

CAPVT III.

Sensualis igitur voluntas, quam & carnalem possumus dicere, non erigitur supra eum motum, qui de corporis sensibus nascitur, qualis est in animis parvulorum: qui licet nullo iudicio rationis vtantur, ostendant tamen aliquid se velle, aliquid nolle, cum videndo, audiendo, odorando, gustando, tangendo, & ea quibus delectantur, amant: & ea quibus offenduntur, oderunt. * Quid autem est amare, nisi velle? aut quid est odire, nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi voluntatem suam, quæ * est providendi & consulendi imposita atque ignata * sit, in his tamen amat agere, quæ carnis sensibus blandiuntur, donec vigor * rationalis ingenij per maturiora ministeria corporis excitetur, & ad famulantium sibi membrorum vsum, non alieno * motu, sed sua lege moueatur.

* C. Quid est enim an * C. & * & * est c * C. rationalis. * C. iuuu.

De voluntate animalis: qua nihil supra mercedem temporalem gloria acquirunt, etiamsi dono Dei in ea sublimius sapiunt.

CAPVT IV.

Ab hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanent hi, quos etiam in annis maioribus excoordes videmus & fatuos, ad animale surgitur voluntatem; quæ priusquam spiritu Dei agatur, etiam si supra sensualem motum sese atollere potest, tamen sine * sui amoris participatione in terrenis occiditque * versatur. In hac humana etiam ingenia, si corporeæ voluptati non torpente feruunt, & cupiditates suas iustitiæ atque honestatis legibus temperent, nihil supra mercedem gloriæ temporalis acquirunt. Et cum præsentem vitam decenter exornent, æternæ tamen beatitudinis præmium non habent, quia rectas actiones & bona studia sua, non ad eius laudem atque honorem referunt, quo accepterunt vt * in ipsa animalis discretionem sublimius sapient, & excellentius cæteris enitescerent: Cum enim quidam non solum ad instituta vtilissimarum artium, & doctrinæ liberalium disciplinatum; sed etiam ad inquisitionem summi boni aciem mentis tenderent, & inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta confexerint: non agentes gratias tamen Deo, nec confitentes illum sibi esse huius facultatis autorem, sed dicentes se esse sapientes, hoc est, non in Deo; sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studijs atque rationibus propinquassent, euauerunt in cogitationibus suis: & quod illuminante Dei gratiâ, * inuenerant, obsecante superbâ perdididerunt; relapsi à superna luce

* C. summi. * C. Dei. * C. versatur.

* hæ voces, in ipsa animalis discretionem non sunt in c. Rom. 1.

* C. inuenerunt.

* ad tenebras suas, hoc est, ab incommutabili atque æterno bono, ad mutabilem, corruptibilemque naturam. Cum ergo tales in amorem sui recidunt, & ita sibi meti placent, vt totum quod in se laudabile iudicant, non ad dona Dei referant, sed sibi vindicent, & studio propriæ voluntatis adscribant, procul ab illa * spiritali * exulant voluntate, & nihil in se habent quo ad vitam prouehantur æternam, incipientes in semetipsis etiam illa temporalia Dei dona contumpe- & à bono eorum vsum in consuetudinem incommutabilium transire vitiorum.

* C. in.

* C. spiritali * C. exul- lant.

Omnes gentes in elementis accepisse præcepta legalia, vt inexcusabiles sint in idololatria.

CAPVT V.

Quamuis enim scriptum sit quod cum disperiret Excelsus gentes, quemadmodum disperiret filios Adam, statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei; & facta est portio Domini populus eius Jacob, funiculus hereditatis eius Isaac: & scriptum sit, Dominum dicere ad Isaac: *Erus mihi sancti, quia ego Sanctus sum Dominus Deus vester, qui segregauit vos ab omnibus gentibus esse mihi.* Et quauis scriptum sit in libro Hæster, dicente Mardocheo. *Gratias tibi Domine! quoniam fecisti noua signa & prodigia, qualia non sunt facta in gentibus, diuidens omnem sæculum in sortes duas, elegisti vnum tibi populum cui, relinquens aliam gentibus.* Et Paulus & Barnabas dicant. *Es nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis conuersi ad Deum vnum, qui fecit caelum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Quamuis ergo hæc & multa similia veritatis scriptura pronunciet; secundum ipsam tamen credimus & piissimè consistemus, quod nunquam vniuersitati hominum diuinæ providentiæ cura defuerit. Quæ licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit, vt propheticas voces & præcepta legalia conuincerentur in elementorum obsequiis ac testimonijs accepisse. Vnde & inexcusabiles facti sunt, quia deos sibi dona fecerunt: & quæ creata erant ad vtendum, venerati sunt ad colendum.

Deut. 32.

Leuit. 19.

Hest. 10.

Iuxta 70. Interp. Act. 14.

Quod abique diuinâ gratiâ voluntas tantò citius propinquat iniquitati, quantò acrius intenditur actioni, iniqua non in gloriam Dei uiuit.

CAPVT VI.

In quam impietatem etiam illa gens, quam sibi ab omnibus gentibus Domini segregauit, tota transisset, nisi misericordiam suæ propositum sustentandis electorum lapibus prætendisset: Nam plena sunt pagina veteris testamenti de Israeliticæ defectionis relatu: vt aperte appareat diuinæ semper fuisse gratiæ, quod non omnis ille populus discessit à Domino. Ità humana natura in primi hominis prævaricatione vitia, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, semper in deteriorum esse procliuor voluntatem, cui committi non est aliud quam dimitti. Hæc itaque voluntas vaga, incerta, instabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus caeca, in honoribus tumida, curis anxia, suspitionibus inquieta, gloriæ quam virtutum audior, famæ quam conscientia diligentior, & per omnem sui experientiam miserior fruendo his quæ concupierit, quam cetero; nihil in suis habet viribus, nisi periculose facilitate; quoniam voluntas mutabilis, quæ non ab incommutabili voluntate regitur, tantò citius propinquat iniquitati, quantò acrius intenditur actioni. Quamdiu ergo homini ea placent quæ Deo displicent,

plient, voluntas eius animalis est: quia etiam si in bonis moribus agat, malè adhuc vivit, si non in Dei gloriam vivit. Hoc est enim proprium & præcipuum pium, vt in Domino gloriatur, nec se nisi in Deo diligant. Bene enim se amant, qui in se opera Dei amant: Nam & Deus hoc amat in nobis, quod ipse fecit: & hoc odit, quod ipse non fecit. Si ergo opus Dei amamus in nobis, bonam voluntatem rectè amamus in nobis, quæ vtique si opus Dei non est, amanda non est. Quis autem homo (nisi malè voluntatis * fuerit) bonam in se non * amat voluntatem, quæ * C. amor. Math. 15. superni agricolæ prima plantatio est? Dicente enim veritate: *Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur*: Quicquid non est eradicandum, manifestum est à Patre esse plantatum. Bona autem voluntas, omnium virtutum germen est primum. Quæ iuncta origini suæ in illa æterna, & incommutabili voluntate requiescit, vt verè sit * spiritualis, quoniam *quis adhaeret Deo, vnus spiritus est*, dum per communionem illuminantis & illuminati; iustificantis & iustificati, regentis & subditi, omnis actio ad vnum refertur: & quod ad vnum refertur, vtique est. Quia nec à Deo alienari potest quod dedit, nec ab homine quod accepit.

In homine, cum ad pietatem redit, non aliam in eo creati substantiam, sed eandem quæ fuerat labefacta, reparari, nec aliud ab eo auferri, nisi vitium, priore voluntate correctâ.

CAPVT VII.

Cap. 3.

Hic tractandum videtur: Vtrum cum bonæ voluntatis esse homo incipit, eadem quæ in ipso erat, corrigatur voluntas, an alia ei quam non haberat, & quæ priori repugnet, detur. Quod vt eidentius appareat, aliud id non pigeat inquirere. Omnes homines in primo homine sine vitio conditi sumus, & omnes naturæ nostræ incolunitatem eiusdem hominis præuicatione perdidimus, inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis * animæque corruptio, inde ignorantia & difficultas, cæta inuites, illicitas cupiditates, sacrilegi errores, timor vniuersus, amor noxius, iniusta gaudia, prænitenda consilia, & non minor miseriarum multitudo quam crinum. His ergo atque aliis malis in naturam humanam intruentibus, fide perditâ, spe relicta, intelligentia obsecata, voluntate captiua, nemo in se vnde repararetur inuenit. Quia etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit vitium relinquit, huius tantum temporis vitam sterilitatis ornauit, ad veram autem virtutis æternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim veri Dei, etiam quod virtus videtur esse, peccatum est, nec placere vllus Deo sine Deo potest. Qui verò Deo non placet, cui nisi sibi & diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur, non voluntate, sed voluntatis libertate priuatus est: quia nec detruhi ab innocentie statu potest, nisi voluntate peccatet. Quæ ergo naturâ erat bona, qualitate facta est mala, & ille animi motus, qui nunquam potest sine aliquo esse amore, hoc est, sine aliqua voluntate, non perdidit appetitum, sed mutauit affectum, id recipiens desiderio, quod debuit refutare iudicio. Cum igitur homo ad pietatem redit, de quo ideo dictum est, *Spiritus vadent & non rediens*: quia nisi illum Deus conuerteret, non rediret: non fit nouum figmentum, nouaque creatura, non alia in eo creatur substantia, sed eadem quæ fuerat labefacta, reparatur. Nec aliud ab eo auferitur, nisi vitium quod natura non habuit.

Gratiam sic reparare opus Dei, vt liberum arbitrium non auferat: sed potius per ipsamet illud sanet.

CAPVT VIII.

Vit enim in Adam natura sine vitio, qui per voluntatis inobedientiam mala multa contraxit, & in posteros magis atque multiplicanda transfudit. Quæ vt vincantur atque in nihilum deducantur, non * effecit nisi gratia Saluatoris, qui opus suum opere suo reparat. Sicut enim dicit Ioannes Apostolus: *In hoc apparuit Filius Dei, vt soluat opera diaboli*. Et sic rumpit vincula captiui, sic vetit nuditatem spoliati, sic fanat vulnera fuscii: vt quod in vitam agit, etiam per ipsum geratur. Cui vtique contra hostem suum non expedit sine protectore configere: Cum illo enim haberet certamen, à quo aliquando superatus est. Non ergo fidat * de virtibus suis, quæ etiam cum essent integræ, non steterunt; sed per illum quarat victoriam, qui solus non est victus; sed omnes vicit: Et si querit, non dubitet querendum affertum ab illo se accepisse quem querit. Nec quia spiritus Dei agitur, idè se putet liberum arbitrium non habere: quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo, voluntate se dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum est. Quod ergo non * interfectum est per voluntatem, non tollitur per medentem: vultus sanat, non natura remouetur. Sed quod in natura perit, non restituitur nisi ab Autore naturæ.

* Cessauit. I. Ioan. 1. Marc. 3. Luc. 10.

* vox de, non est in C.

Rom. 8. * Cereptum.

Hæc quæ sequuntur ex manuscripto Bibliothecæ Cambrensis Codicè rectè Iupplentiâ transcriptibus.

Idem ca. 16. cont. Collat.

Apud quem quod perdidit natura, non perit; æterna est enim sapientia, æternaveritas, æterna bonitas, æterna iustitia: omnium denique virtutum lumen æternum est, eorumque quod virtus est, Deus est. Quis non operatur in nobis, nullius possunt participare esse virtutes. Sine hoc quippe bono, nihil est bonum: sine hac luce nihil est lucidum: sine hac sapientia, nihil sanum: sine hac iustitia nihil rectum. Dicit enim per Esaiam Dominus, Ego sum, ego sum Deus, & non est præter me qui saluet, & Hieremias: Scio (inquit) Domine! quia non in homine via inueniuntur: vt dirigit iter suum. Homo namque mortalis datam in Adam origine, carnalis natus, ad spirituale non generis dignitatem, nisi Spiritu sancto regenerari non potuit. Sed nec vllò hanc desiderio appetit, qui calorem ipsius desiderij non accipit à Deo; de quo dicit Dominus: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat: Ignis autem iste, dilectio est Dei, quam amator mundi corde captiuo non potest concipere; plenus est enim amore vanitatis, quas etiam si potuerit ex aliqua parte vitare, & transcurris temporalibus ac visibilibus ad æterna & inuisibilia intelligendo profecerit; si à colendis quoque simulacris recesserit, & venerari saltem ac terram, omniaque mundi huius elementa desierit; fidei tamen dilectionemque Christi, conturbatus de eius ipsa humilitate, non caput, & scandalum Dominica naturæ ac mortis, proprio iudicio euincet. Propter sapientiam enim mundi resistentem sapientia Dei, vt superbia præsumentium de se cacaretur, placuit Deo per sublimitatem predicationis saluos facere credentes. Vnde qui doctrinis secularibus inuent, ridendam magis quam adorandam crucem Christi asserunt: & quanto sublimitatis quisque ad humanarum disciplinarum constituta ascendit, tanto magis predicationis nostræ humilia & infirma suscipit. Nec mirum si Evangelio crucis Christi Philosophia obstitit, cui etiam Iudæa ex iudicio reluctatur. Nec docti igitur, nec indocti, cuiuslibet stirpis, aut ordinis, humana ratione ad Deum dicuntur; sed omnis homo qui ad Deum conueritur, Dei primum gratia conuocetur. Non enim ipse sibi lumen est, nec cor suum radio propria lucis accendit.

Si enim Beatus Iohannes, quo nemo hominum maior natus est, erat lumen, quia non in splendore lucbat; sed de illo vero lumine quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ut lux esset accepta; quis ille erit qui tot opinionum collucitationes, tot vincula consuevit, tot prauidicia vetustatis, suo tantum iudicio abruptat; & sola voce extrinsecus sonante doctoris hoc tantum de gratia habet quod audiuit, & totum de voluntate quod credidit? Quod si ita esset, nihil inter gratiam legemque distaret, nec indulgentia quatenus spiritus viuificaret, si occidens littera permaneret. Lex enim quod fieri aut non fieri iubet, non praestat ut aut fiat aut non fiat, quoniam severitati eius non libertate, sed timore seruitur. Dominus autem ut legem non solueret, sed impletet, per gratia auxilium effuax fecit legis imperium; & multiplicando clementiam, suscipit panam; ut peccatum non vivificando plecteret, sed remittendo deleteret. Unde adulteram ex legis constitutione lapidandam, & veritate liberauit, & gratiaque excoecatos precepti de conscientia terribi tremorem ream sub illius iudicio reliquisset, qui venerat quare & saluum facere quod perierat; & ideo inclinatus, id est, ad humana demissus, & in opus nostra reformationis inflexus digito scribebat in terram, ut legem mandatorum per gratia decreta vacuaret, & ostenderet se esse qui dixerat; Dabo leges meas in sensu ipsorum & in corde ipsorum scribam eas. Quod utique quotidie facit, dum cordibus vocatorum suam inserit voluntatem, & filio Spiritus sancti quicquid in anima pugnat diabolo invidendo falsavit. Cum igitur verbum Dei per ministerium praedicationis auribus carnis infertur, misceatur operatio potentiae divinae cum sono vocis humanae; & qui incitant evangelicantis officium, audiens quoque firmavit affectum. Dulce est anima cibum verbi, ut tenebrae nova luce pellantur, & obtutus interior caligine antiqui erroris exiit; transit animus de voluntate in voluntatem: est illa quae pellitur, aliqua contagione remoratur; ea tamen quae gignitur, electiva quoque sibi vindicat. Vt lex peccati, & lex Dei diversis atque discretis in eodem homine habeant mansiones: & concupiscente carne adverses spiritum, carnis etiam concupiscentis spiritus repugnant per exteriora quidem insidiari tentator audeat, sed mens auxilium Dei munia praevalat. Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est reservata certaminum, ut non superbiat sanctus, dum pulsatur infirmitas. Unde & Apostolus dicit: In magnitudine reuelationum me extollar, datus est mihi angelus Sathane qui me colaphizat. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet à me: sed dixit mihi: sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Querat ergo Dominus imaginem suam, & errantem quem bonus pastor inveniat, nec dedignetur agrum diu in iniuria fatigatum humeris suis ferre, & non renovando tantum, sed etiam portando saluare. Querat Dominus imaginem suam, & omnium que in eam incidunt sordium concrectione deterfa, speculum humani cordis enubilet. Scriptum est enim: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? Querat Dominus imaginem suam, ut in relevatione ac iustificacione eius gratia reformatis appareat, sicut in se factum Paulus Apostolus prosequitur & dicit. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudaeae quae erant in Christo, tantum auditum habebat, quod is qui persequabatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem quam expugnabat, & in me clarificabat Dominum. Sic ergo tunc Christianus populus didicerat, & illi primitiva Ecclesia quorum erat vnum cor & vna anima, sic credebant, & cum viderent quemquam ad agnitionem veritatis ab errore conversum, glorificarent Dominum; & fidem correcti confiterentur numeris esse divini. Ipse quoque Dominus discipulos suos magistros omnium gentium sic docebat dicens: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes opera vestra bona, magnificent Patrem vestrum qui in caelis est. Fixa

ergo hac fide in cordibus nostris, immoliterque fundata, quia saluberrime credimus omnia bona, ac maxime ea quae ad vitam aeternam prodeunt, Dei munere custodiri puta quod pius sensus non debeat in ea questione turburi, quae de omnium & non omnium hominum conversione generatur: si ea quae clara sunt, non de his quae occulta sunt, obscuremus, & dum praecaciter irrisivimus clausi, excludamur ab apertis, cum succedere debeat, ut in eo quod pervenimus, ambulemus. Quid enim mirum si quaedam ad vita sacramenta non pervenient de quibus dicitur. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Quorum similes sunt illi qui ore profitentur Dominum scire, factis autem negant. Nam cum scriptum sit: omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit: De quibusdam tamen Dominus ait: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Et: Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc dicam illis, Nunquam novi vos: discedite à me, operari iniquitatis. Tales non invocant nomen qui non habent Spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba Pater. Nemo autem potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto, Et: Quicumque spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei, Qui ad Dominum per Dominum veniunt, & salvari volentes omnino salvantur, quia ipsius desiderium salutis ex Dei inspiratione concipiunt; & per illuminationem vocantis in agnitionem veniunt veritatis. Sunt enim filii promissionis, merces fidei, spirituale genus Abrahae, genus electum, regale sacerdotium profectum & preordinatum in vitam aeternam, sicut testatur Spiritus sanctus per Hieremiam Prophetam dicens. Ecce dies veniunt; hinc iam sequitur c. 9. in vulgatis codicibus.

Quod Scriptura sine de bonis, sine de malis loquatur, sine de electis, sine de reprobis, ita meminit vnius partis, & quasi neminem hominum praetermittat.

CAPVT IX.

Dicit Dominus; Et disponam domus Israel, & domus Hier. 31.
 Iude testimonium novum, non secundum testamentum quod dispositi patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti; quia ipsi non perseveraverunt in testamento meo, & ego eos neglexi, dicit Dominus: quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas, & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum, Hier. 31.
 quia omnes cognoscunt me a puillo eorum usque ad magnum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum memor non ero. Et dabo illis viam alteram, in 70.
 & cor aliud, ut me timeant omnes dies in bonum ipsi & filii eorum post eos, & constitui in illis testamentum aeternum, quod non auertam post eos: & timorem meum dabo in cor eorum me discedant à me, & visitabo eos, ut bonos eos faciam. Per Isaiam quoque de gratia sua Dominus, Eia. 41.
 quae ex omnibus hominibus novam creaturam facit, eadem praenuntiat, dicens: Ecce faciam novam quae nunc * orientur, & cognoscentis ea, & faciam in deserto viam, & in sicca terra flumina. Benedicenti me bestia agri, serena & filia struthionum quod dederim in deserto aquam, & flumina in sicca terra ad potandum genus meum electum, & populum meum quem mihi acquisivi, ut erarent virtutes meas. Et iterum: Per * meipsum iuro, nisi * exibat de ore meo iniustitia, & verba mea non auertentur, quia mihi fietur omne genus, & confitebitur omnis lingua Deo.
 Si ergo

Si ergo impossibile est ista non fieri, quia nec incerta presentia Dei est, nec mutabile consilium, nec inefficax voluntas, nec falsa promissio, omnes isti de quibus hæc prædicta sunt, sine cuiusquam exceptione salu- n- tur. Dat enim leges suas in suis iustorum, casque in cordibus eorum digito suo scribit, ut agnitionem Dei, non doctrinam humanæ opere, sed magisterio summi eruditores accipiant. *Quia neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquis, sed qui incrementum dat Deus. Omnes hi à pulvis usque ad magnum cognoscunt Deum, qui venient ad Christum, à Patre audierunt atque didicerunt, omnes educti ab errore, didicerunt in viam vitæ, omnibus corde mutato, recta sapere & recta velle donatur, omnibus timor, quo in mandatis Dei * erudiantur, inspiratur. Fit in deserto via, & terra arida fluminibus irrigatur, ut qui prius ad confitendum Deum os non aperiebant, & velut mura atque irrationabilia animalia in feritatem transierant bestiarum, diuino eloquiorum fontibus mandati, benedicunt & laudant Deum, enarrant virtutes & mirabilia misericordie eius, qui elegit eos, & in filios adoptauit, ac noui testamenti fecit heredes. Si autem (vt Apostolus loquitur) hominis confirmatum testamentum, nemo spernit aut superordinat, quomodo fieri potest, vt ex vlla parte diuina promissio relaxetur? Monet proci- & quotidie impletur quod Abrahæ Dominus sine conditione promisit, sine lege donauit. Quia etsi quidam quibus hæc * prædicata sunt, non crediderunt, incredulitas * eorum fidem Dei non euacuauit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Et illi quidem qui audio euangelio credere noluerunt, inexcusabiliores facti sunt, quam si nullum præconium veritatis audissent. Sed certum est, eos apud præscientiam Dei abrahæ filios non fuisse, nec in illorum sorte non ueratos, de quibus dictum est. *Benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ.* Credituros enim promisit qui dixit. *Et non docetis vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum, quia omnes cognoscent me à pulvis eorum usque ad magnum.* Reconciliandos promisit, qui dixit. *Propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum memor non ero.* Obediuros promisit qui dixit. *Dabo illis viam alteram; & cor aliud, ut timeant me omnes dies; Perseueratis, os promisit qui dixit. *In uerbum meum dabo in cor eorum me discant ad me, & visibilo eos, ut bonos eos faciam.* Pultendō, omnes sine cuiusquam exceptione * promisit qui dixit. *Per me in eis sum iuro, nisi * exibat de ore meo iustitia, & uerba mea non auertentur, quia mihi sceleret omne genus, & confitebitur omnis lingua Deo.* Hæc si dicantur non fieri quod Deus iurauit esse faciendum, fallitatem Deo (quod abest) & mendacium adscribimus ueritati. Si autem, vt pietas fideique persuadent, Dei uerba non excidunt, & fit omnino quod statuit: quomodo nobis promissionis firmitas apparebit, cum in uita adhuc hominum millia dæmonis seruiant, & in his gentia hæcant? Nisi huiusmodi denuntiationes Dei secundum illam incommutabilem scientiam editas nouerimus, in qua * quod illum iam ueneritas humana diceret etia, & siue de bonis, siue de malis loquatur, ita uisus patris meminit, quasi neminem hominum pretermittat. Nam cum dicit Apostolus: *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua;* nunquid non omnes homines uideret dixisse renouatos? Aut cum dicit: *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipsum reconciliari omnia in ipso, in quid non ita loquitur, quasi neminem uelit * exortem huius reconciliationis intelligi? Aut cum ait: *Nouissimis istis diebus locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem uniuersorum;* Nunquid aliud sonat forma * sententia, quam omnes homines in Christi hereditate à Patre esse transscriptos, secundum Prophetiam Dauid dicentis: *Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessio-****

*nem tuam terminos terræ? Dicente * enim Domino: Si exaltatus fuero à terrarum in irabam ad me; Nonne uinceretur uideret promissa conuersio? Aut cum de Ecclesia prophatur & dicitur: *Omnes uallis re; lebitur, & omnis mons & collis humiliabitur; & erunt praua in directis, & aspera in uias planas;* Nunquid uilus hominum uideret amissus, qui non significat fit Christo esse subdendus? Quid cum dicitur: *Et uenit omnis caro in conspectu meo, ut adoret in Hierusalem, dicit Dominus;* Aut illud: *Et erit in diebus istis: Eijundam de Spiritu meo super omni in carnem; ut illud: *Alleluia Dominus omnes qui corrunt, & erigit omnes elisos;* Nunquid non ita pronuntiatum est quasi ab hoc Deo manere ne mo discretus fit? Habet ergo populus Dei plenitudinem suam; & quamuis magna pars hominum saluati s; gratiam aut repellat aut negligat, in electis tamen & præfatis, atque ab omnium generalitate discretis specialis quædam censetur uniuersitas, vt de toto mundo totus mundus liberatus, & de omnibus hominibus omnes homines uideantur assumpti. Sicut etiam cum de impiis sermo est; ita loci ionem suam diuinus stylus ordinat, vt ea que de quadam parte dicuntur, ad omnes homines pertinere uideantur, ueluti est illud quod ait Ioannes: *Qui de celo uenit, super omnes est; quod uidit & audiuit resurrexit, & resurrexerunt eius nemo accipit.* Aut illud Apostoli: *Omnes que sua quarunt, non que Iesu Christi.* Aut illud quod Paltmus Dauidicus canit: *Dominus de celo prospectus super filios hominum, ut uideat si est intelligens, aut requiritur Deum; Omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt, non est quis factus bonum, non est usque ad unum.* His igitur & aliis documentis que possunt ab inquirentibus non erofora proferri, non dubie demonstratur interdu & pro parte terræ omnem terram, & pro parte mundi totum mundum, & pro parte hominum omnes homines nominari. Quorum tamen diuinitatem plerumque scripturacitò aperit, vt sensus legentis ab uniuersitatis appellatione ad partem que intelligenda est, transferatur. Sicut est illud Apostoli dicentis: *Prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudais quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis uero uocatis Iudais atque Græcis Christum Dei uirtutem & dei sapientiam.* Nunquid ipsis Christus uirtus, quibus scandalum, aut ipsis sapientia quibus stultitia? Sed quoniam quidam ex eisdem * iustificabuntur fide; quoniam autem sua impietate * obdurabuntur: unum credendum & non credendum genus sub uocatum appellatione discreti, vt quos à fide significabat alienos, eos, quamuis audissent euangelium, ostenderet uocationis ex- traneos.**

* autem G. Ioan. 2. Eia. 40. Eia. 86. Ioc. 1. Phil. 1. 44. Ioan. 3. Philip. 1. Plal. 13. I. Cor. 1. * C. Cipis. * iustifica- bantur. * obdura- bantur.

* C. custo- dianur. Gal. 3. * C. prædi- cta. * C. rramen add Rom. 3. Gen. 16. Hier. 31. Eia. 45. * Forte sibi oblectu- ros. * C. exier. Vide Rom. 14. Philip. 2. a. Cor. 5. Coloff. 1. * C. extor- rem. Heb. 1. * C. scienti- z.

Quod Scriptura de electis & reprobis eiusdem populi loquitur, tanquam de iudæis.

C A P V T X.

Hæc * regula per Elaiam promittit sermo diuinus, * Hanc re- gulari. * Educam cacos in uiam quam non noverunt, & senarios suos nescios, calcabunt. Et faciam illis tenebras * illucescere, & praua in directum. Hæc uerba faciam, & non derelinquam eos. Sed quod sequitur: *Ipsi autem conuersi sunt retrò, ad partem quamdam C. in lucem C. generis ipsorum referendum est, non ad eos de quibus ait: non derelinquam eos. Iterum dicit Dominus ad Iacob: *Noli * metuere, quia tecum sum. Ab Oriente ad- ducam semen tuum, & ab occasu colligam te. Dicam Aquiloni, adduc: & Africo, noli uetare, adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à summo terra; omnes in quibus uocatum est nomen meum. In gloriam enim meam parauit illum, & sinxi, & feci illum. Quod autem sequitur: *Et produxi plebem cæcam, & oculi eorum sunt cæci, & surdas aures habent;* non potest esse uilla ratione congruere, quos in gloriam suam parasse de dicit. In his quippe**

* C. time- ric. Eia. 43. * C. occi- dente.

quippe omnibus verbis quæ de vno hominum genere dicuntur, aliis personis priora, aliis posteriora conueniunt. Apud Apostolum quoque quod in parte populi agitur, sub totius populi nuncupatione narratur, & in reliquis plenitudo censeatur. Cum enim de Iudæorum obsecratione differeret, & quosdam ex ipsis gratiæ saluos fieri demonstraret, *Dico ergo*, inquit, *Nunquid repulit Deus populum suum? Afris. Nam & ego Israëlita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin*, non * repulit Deus plebem suam quam præcisiuit. Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, hi sunt qui in Christo iustificati sunt. Et quod de omni Israëlè dici videtur, in his tantum quos sibi gratiæ electio reliquos fecit, ostenditur, sicut sequentia Apostolici sermonis enarrant. Adiungit enim & dicit. *An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersus Israël: Domine! Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & querunt animam meam.* Sed quid dicit illi responsum diuinum? *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt * genu Baal.* Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquia * per electionem gratiæ salua facta sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Non ergo omnis Israël reprobatum, nec omnis electus est, sed partem cæcitas * voluntaria auerit, partem sibi * illuminatio gratuita referuauit, & tamen ita de eis sermo habetur, vt in his qui percutit, & in his qui salui fiunt, nulla totius generis videatur facta discretio: Nam cum legitur, *Secundum euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem * dilecti propter patres*: ista locutio sanar, tanquam eisdem dicat dilectos, quos dixit inimicos. Sed hanc calignem Apostolus ipse detersit, dicendo; *Quia cæcitas ex parte in Israël contigit*, vt vnum genus in duas species intelligeremus esse diuisum, & omnem hominem, omnem plenitudinem, omnem Israëlè non semper ad vniuersalitatem, sed plerumque ad partem esse referendum.

Quod Scriptura de diuersorum temporum hominibus loquitur, quasi de eiusdem temporis generatione.

CAPVT XI.

*omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre lumininum, apud quem non est transmutatio, nec uicissitudo obumbratio. Voluntarie enim genus nos uerbo ueritatis, ut sumus initium aliquid creaturæ eius. Cui & Zacharias Propheta concinit, dicens: Saluauit Dominus in die illo sicut oues populum suum, quoniam lapides sancti uoluerunt super terram ipsius. Quia si quid bonum ipsum est, & quid optimum, ab ipso est. In Euangelio uero secundum Mattheum quod scientia & intellectus dona sint Dei, quibus uolent largiatur, ita dicitur: *Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt: Quare in parabolis loqueris ad eos? At ipse respondens, ait illis: Quia uobis datum est nosse mysteria regni caelorum, illis autem non est datum.* Ioannes quoque Euangelista pronunciat, neminem aliquid boni habere, nisi quod desursum acceperit, dicens: *Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo. In euismod uero euangelio doctrina est ipsius ueritatis, quod nemo ueniat ad Filium, nisi attractus a Patre, quia uenturum Deus & intelligentem & obediendem facit: Nemo, aut, potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est enim in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a Patre & didicisset, uenit ad me. Et infra: Propter hoc dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo. In fide autem & in operibus bonis proficere ac perfectare usque in finem, muneri atque auxilij esse diuini sanctarum Scripturarum confirmat auctoritas. Etenim scribens Paulus Apostolus Philippensibus ait: *Considerans hoc ipsum quia qui capiti in uobis opus bonum, perficis usque in diem Christi Iesu. Huius autem testimonij uirtutem quidam uolens ad sui sensus prauitatem conuertere, ita quoque dictum est: Qui cepit in uobis; uolebat intelligi, quasi dictum esset: qui cepit ex uobis, ut & initium & consummatio operis non ad Deum, sed ad hominem referretur, qui & incipere, & percipere uoluisset. Sed haec infanillimam superbiam in eadem epistola excellentissimum gratiae prædicator elidit dicens: *In nullo uestramini ad aduersarius, qua est illius causa perditionis, uobis autem saluus, & hoc a Deo. Quia uobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo pati mini. Et iterum: Cum meo inquit, & iremore uestram salutem operantur: Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Item in 1. ad Thess. docet ex Deo esse principium & profectum, consummationemque uirtutum, dicens: *Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus Iesus dirigat uiam nostram ad uos, uos autem Dominum multiplicet, & abundare faciat charitatem in inuicem & in omnes, quem admodum & nos in uos ad confirmandam corda uestra sine querela in sanctitate uita ante Deum, & Patrem nostrum in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Ad Corinthios quoque scribens, & omnium uirtutum proficientem perseverantiam Dei donum esse commendans; *Gratias inquit, ago Deo meo semper pro uobis in gratia Dei, que data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & sapientia; sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis, ita ut nihil uobis desit in illa gratia, expectantibus reuelationem Domini Iesu Christi, qui & confirmabit uos usque ad finem sine crimine, in diem aduentus Domini Iesu Christi. Item ad Romanos de charitate Christi, qua eos quos diligit, inseparabiles facit, id est, usque in finem perseverantes. Nam quod est aliud perseverare, quam tentatione non uinci? *Quia nos inquit, separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an famis? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oues occisionis; sed in uobis dominus superamus per eum qui dilexit*******

1. Cor. II.

Ephes. 4.

2. Cor. 3.

1. Cor. 9. * abundantem. Psal. 111.

Eph. 2.

* C. Scire etiam add.

Iacob. 1.

Zach. 9.

Matt. 13. * C. scientia.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Philipp. 1.

1bidem.

Philipp. 2.

1. Thess. 3.

1. Cor. 10.

Rom. 8.

Psal. 41.

dilexit nos. Item ad Corinthios de victoria, quam perficit Christus: Stimulus (inquit) mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum.

Item ad Thessalonicenses de perseverantia quam Deus tribuit: Ipse autem (ait) Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in advenum Domini nostri Iesu Christi servetur. Fidelis est qui vocavit vos, qui etiam faciet.

Item ad Thessalonicenses quod omnia bona nostra, sicut in operando, sive in loquendo, & in eis perseverantia, dona sunt Dei, ita predicat, dicens: Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem aeternam & spem bonam in gratia exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono. De cetero, fratres! orate pro nobis, ut sermo Domini currat & clarificetur, sicut & apud vos, & ut liberemur ab importunitatibus hominum & malis. Non enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est, qui & confirmabit vos & custodiet a malo. Petrus quoque Apostolus, unde effertur temeritatis doceret, audiamus: Deus autem (inquit) omnia gratia, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficit, confirmabit, solidabitque cui est virtus & potestas in saecula saeculorum. Ioannes vero Apostolus, quod victoria Sanctorum opus Dei sit, habitantis in Sanctis, ita loquitur: Vos ex Deo estis, filioi, & vicijus mundum, quonia maior est qui in vobis est, quam qui in mundo. Item idem: Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum, & hac est victoria qua vincit mundum, fides nostra. In Evangelio autem secundum Lucam, Deum dare, vt in virtute perseveretur, ita promittitur. Dixit autem Iesus Petro: Simon, Simon! ecce Satanas postulat vt vos cerneret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, Petre! ne deficiat fides tua, & tu conversus confirma fratres tuos, & roga ne intretis in tentationem. In Evangelio quoque Ioannis, de omnibus Christi quae de manu ipsius a nullo rapiuntur, haec legimus dicere veritate. Sed vos non creditis, qui non estis de omnibus meis. Omnes meae vocem meam audiant, & ego novi illas. & sequuntur me, & vitam aeternam do illis, & non peribunt in aeternum, nec quisquam rapet eas de manu mea. Item in eodem Evangelio, de his quae Pater dat Filio, qui & omnes veniunt ad Filium, & quorum nullus perit, haec ipse Domini ore dicuntur: Omne quod dicit mihi Pater, venit ad me: & cum qui venit ad me, non eiciam foras, quia descendit de caelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me Patrem, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitem illud in nouissimo die.

Quaestionem, cur potius hic quam ille accipiat gratiam, esse impenetrabilem, nec posse ex libero arbitrio solui.

CAPVT XXV.

Multa sunt alia in canonicarum serie scripturarum, quae vitandae prolixitatis studio praetermittuntur, quoniam quae assumptissimum, nec pauca sunt, nec obcura, nec leuia: quibus plenissime declaratur, omnia quae ad promerendam vitam aeternam pertinent, sine gratia Dei nec inchoari, nec augeri posse, nec perfici: & contra omnem electionem de libero arbitrio gloriantem, illam inuictissime teniti sententiam dicentis Apostoli. *Quis enim te discerens? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?* Igitur profunditas illius quaestionis, quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur, per liberi arbitrij velle & nolle non soluitur: quia licet insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet donum bonum velle: & aliud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam; sed quod illud sit quod haec eadem natura in omnibus hominibus ante reconciliationem mala, in omnibus misera, non in omnibus iustificatur, & a pereuntibus quadam sua parte discernitur ab eo qui venit quaerere & saluare quod perierat, humano sensu prorsus non potest indagari. Quantumlibet enim impiorum malignitas acculetur, resistens gratiae Dei, nunquid probabuntur, eam quibus est collata, meruille: aut illa virtus gratiae, quae sibi quos voluit, subdidit, conuertere eos qui inconuertibiles permanere, non potuit? Tales fuerunt qui sunt attracti, quales hi qui in sua duritia sunt relictii. Sed illis tribuit gratia stupenda quod voluit, istis tribuit veritas iusta quod debuit, vt iudicium Dei magis infernabile sit in electione gratiae, quam in retributione iustitiae. Verutamen illa pars fidei, qua pie credimus Deum velle, vt omnes homines veritatis agnitione saluentur, per hoc quod de effectibus gratiae euidenter ostenditur, infirmiora videatur, annitendum est auxiliante Christo, vt nobis stabilitas huius definitionis appareat. Sed quia necessitate inquisitionis negotium non leuem operam sibi poscit impendi, securitatem disputationem ab exordio alterius voluntatis inchoemus.

* elatio-
nem. C.
recti.

Nota:

* C. velle
& nolle.

* C. rea:
Luc. 19.

* C. pro:
babunt.

* C. retr:
buit.

* definiti-
tionis.

1. Cor. 15.
2. Thess. 1.
Ibidem 3.
1. Pet. 5.
1. Ioan. 4.
1. Ioan. 5.
Luc. 22.
** C. pro-
mittit.*
** cerneret
pro scer-
nere, cri-
brae.*
Ioan. 10.

Ioan. 6.



D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS, DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM,

LIBER SECVNDVS.

Trias esse in hac quaestione certa, Deum velle omnes saluos fieri, cognitionem veritatis & saluem esse ex gratia, & iudicia Dei esse impenetrabilia.

CAPVT PRIMVM.



REMOTIS abdicatice omnibus concenterationibus, quas intemperantiam disputationum gignit animositas, tria esse perspicuum est, quibus in hac quaestione de qua secundum volumen incipimus, debeat inhaereri. Vnum, quod profitemur est, Deum velle omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire; Alterum, quod dubitandum non est. Ad ipsam cognitionem veritatis & perceptionis salutis, non quisquam meritis, sed * ope atque operae gra-

tiae peruenire; Tertium quod confitemur est. Altitudinem iudiciorum Dei humane intelligentiae penetrabilem esse non posse; & cur non omnes saluet, qui omnes vult saluos fieri, non oportere disquiri, quoniam si quod cognosci non potest, non quaeratur, inter primam & secundam definitionem non remanebit causa certissima, sed secunda ac tranquilla fide vtrumque praedicabitur, vtrumque credetur. Deus quippe, apud quem non est iniquitas, & cuius viuere viae misericordia & veritas, omnium hominum bonus conditor, iustus est ordinator, neminem indubite damnans, neminem debite liberans, nostra * plectens, cum punit noxios, sua tribuens cum facit iustos, vt obstruat os loquentium iniqua, & iustificetur Deus in sermonibus suis & vincat cum iudicatur. Nec

* C. quo:

* C. ho-
mines non
s q. o. ho-
mines. v.
Rom. 9.
2. Par. 19.
Psal. 14.

* C. com-
plectens.
Psal. 26.
Psal. 30.

damnati

** C. quo.
* C. agni-
tionem.
* ope
atque
ope. C.*

damnati iusta querimonia, nec iustificati vera est arrogancia, si vel ille dicat non meruisse se pœnam, vel ille asserat meruisse se gratiam.

Scriptura docet Deum velle omnes homines saluos fieri.

CAPVT II.

Sicut autem ea quæ ad manifestationem gratiæ ex diuinis profuerunt eloquiis nulla possunt ratione differendi arte violari, vt perspicue consonantesque in tanta numerofitate sententiæ ad aliquod præuæ interpretationis trahantur incertum: ita etiã quod de saluatione omnium hominum in eodem Scripturarum corpore reperitur, nulla contraria argumentatione temerandum est, vt quanto hoc ipsum difficiliore intellectu capitur, tanto fides laudabilior credatur. Magna enim fortuito ede confessionis, cui ad sequendam veritatem auctoritas iustitiam, etiam lateat ratione. Proinde vigilanter consi-derentur, prædicatoribus Euangelij

quid à Dom^o n^oubeatur. Secundum Mathæum quippe sic ait: *Data est mihi p^o. estis omnis in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docete eos seruare omnia quacunque mandami vobis. Et ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Secundum Marcum verò eisdem Apostolis ita dicitur: *Et in orbem vniuersum, prædicare Euangelium vniuersæ creaturæ: & qui crediderit & baptizatus fuerit, ipse saluus fiet: qui vero non crediderit, damnabitur.* Nunc quid hæc præceptione viliatum rationum vltorumve hominum facta discretio est? Neminem merito excepit, neminem * separauit genere, neminem conditione distinxit. Ad omnes pœrsus homines missum est Euangelium crucis Christi. Et ne prædicantium ministerio humano tantum viderentur opere peragenda.

*Ecce ego (inquit) vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, id est, cum sicut oues introieritis in medium luporum, nolite de vestra infirmitate trepidare; sed de mea potestate considerare, qui vos vsque ad consummationem sæculi in omni hoc opere non derelinquam: non ad hoc vt nihil patiamini, sed quod multo maius est, præstiturus vt nulla seuentium credulitate * superemini. In mea enim potestate prædicabitis, & per me fiet vt inter contradicentes, inter furentes Abrahæ filij de lapidibus suscitantur. Ego insinuo quod docui, ego faciam quod promisi. Tradent enim vos in concilis, in synagogis suis flagellabunt vos, & ante Reges & præsidis stabitis propter me, in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Apparuit ergo (vt Apostolus ait) gratia * saluatoris Dei omnibus hominibus; & tamen ministri gratiæ odio erant omnibus hominibus. Et cum alij essent qui oderant, alij qui odii persequendum premebantur, neutra tamen pars nuncupatione omnium hominum priuabatur, habente quidem salutis suæ damnatum, rebellionem portione; sed obtinente plenitudinis censum, fidelium dignitate. Dicit enim Ioannes Apostolus: *Sed & si quis peccauerit, adiuuatum habebimus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.**

Inscrutabile esse cur Deus iudicari quorundam uocationem differendam.

CAPVT III.

Magni autem & inenarrabilis sacramenti mysterium est, quod prædicatoribus, quibus dictum

est. *Et in orbem vniuersum & predicare Euangelium vniuersæ creaturæ, isilem prius dictum fuerat: In vnam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis; sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël.* Quamuis enim ad omnium hominum uocationem Euangelium dirigeretur, omnesque Dominus saluos fieri & in agnitionem veritatis vellet venire, non tamen sibi dispensationem suarum abstulerat potestatem, vt aliter quam occulto iustoque iudicio statuerat, consilij sui ordo derederet. Vnde locum non habent contumacium murmura querelarum, quia quod Deus fieri voluit, constat non aliter fieri debuisse quam voluit. Posteriore vero tempore, cum iam Dominus Iesus in Dei Patris gloria consideret, & prædicatores verbi suscepto negotio deseruirent, volentes Apostoli euangelizare vebum in Asia, vetiti sunt ab Spiritu sancto, & disponentes ire in Bithyniam, prohibiti sunt ab Spiritu Iesu, non vtique negata illis populis gratia, sed, quantum apparuit, retardata: nam * postea etiam apud ipsos fides Christiana conualuit. Quæ autem fuerit differendæ uocationis causa, non claret, & tamen rei gestæ docerunt exemplo, quod inter generalia, vel promissa, vel opera, vel præcepta, quædam Deus à communibus excepta caulis, occultiore nouit ordinare ratione. Credo vt interpositis quibusdam * obumbrationibus, ea quæ secretis micant, mirabilibus innotescant, ne negligenter fiat acies de facilitate cernendi, & quodammodo dormitet assuetis, si non exciterentur insoliis. Has autem incognoscibiles illuminationum dilaciones, inter quas vtique multi in infidelitate deficiunt, non solum in populis remotioribus impiorum, sed etiam in ciuitatibus fidelium pro plurimas domos ac familias nouimus fieri, dum Christianæ fidei etiam qui Christiani futuri sunt, aduerfantur. Multi enim quod oderunt, amantur, quod non recipiunt, prædicantur. Et quis inter hæc * querulis aut * curiosis notum faciet, cur adhuc Sol infusitæ quibusdam gentibus non oriatur, & à tenebris cordibus, etiam nunc radios suos * veritas reuelanda contineat? Cur corrigendi tamdiu sinantur errare, & quod sensibus in fide præstantium est, per tam longam non tribuatur ætatem? Cur filij iam in Christum credentibus, necdum credant parentes? Et rursum, à religiosis parentibus soboles praua discordet? Cum tamen Deo (qui initiorum fidei, incrementique largitor est) secundum ipsius præceptum quotidie pro omnibus populis applicetur, vt etsi exaudiat, nota sit gratia miserationis: & si non exaudiat, intelligatur iudicium veritatis.

In præteritis sæculis semper admonuit diuina bonitas homines sui cultus per elementa: sicut populum Israël, peculiariter per legem & prophetas.

CAPVT IV.

Sed ne in præteritis quidem sæculis hæc eadem gratia (quæ post Domini nostri Iesu Christi resurrectionem vbiq; diffusa est, & de qua scriptum est: *Illuxerunt conseruationes tuæ orbi terra*) desuit mundo. Quamuis enim speciali curâ atque indulgentiâ Dei populum Israëlicum * constet electum, omnesque aliæ nationes suas vias ingredi, hoc est, secundum propriam permissæ * sint viuere voluntatem, non ita se tamen æterna Creatoris bonitas ab illis hominibus auerit, vt eos ad cognoscendum se atque metuendum, nullis significationibus admoneret. Cælum quippe ac terra & mare, omnique creatura quæ videtur atque intelligi potest, ad hanc præcipuè disposita est humani generis utilitatem, vt natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum, ad cultum & dilectionem sui imbuetetur. Auctoritas, implente omnia spirita

* vox rationis re-ctæ abest à C.

Matth. 28.

Marc. 16.

* C. in add.

* C. genere sepe-riunt.

Matth. 28. Matth. 10.

* C. separa-ramini. Matth. 3.

Matth. 10.

Tit. ad 1. * C. saluatoris nostri.

1. Joan. 2. Ma. c. 16.

1. Tim. 2.

Act. 16. * C. poll-modium.

* C. vmbra-tionibus.

Malach. 4. * C. que-riulus aut curiosus. Sap. 1. * C. veri-tatis.

Psal. 67.

* C. con-stat. * C. iun-ct. Act. 14.

spiritu Dei in quo viuimus, mouemur & sumus. Quoniam etsi longe est à peccatoribus salus, præsentia tamen salutis ipsius ac virtute nihil vacuum est. Igitur, sicut dicit Propheta, misericordia Domini plena est terra: quæ nullis vnquam seculis, nullis generationibus defuit, eamque providentiam, qua vniuersitatem rerum administrat & continet, regendis alendisque naturis semper impendit, dispositum habes ex * incommutabili C. C. quid. quibus t. d.

* incommutabili C. C. quid. quibus t. d.

* Calluxit. * quam. * C. c. c. rogauit.

* C. c. c. om. parationem. * C. a. d. i. * C. a. d. i. bus. Act. 15.

* C. quia. * C. ait.

1. Cor. 2. Caput 2.

Qui inter gentes Deo placuerunt, spiritus fidei & gratia sunt discreti.

Ed cum in illo populo (cui vtraque eruditio præfuit) nemo nisi gratia iustificatus sit per spiritum fidei, quis ambigat eos, qui de quibuscunque nationibus quibuslibet temporibus Deo placere poterunt, spiritu gratiæ Dei fuisse discretos? Quæ etsi parior * antea atque occultior fuit, nullis tamen seculis se negauit virtute vna, quantitate diuersa, consilio incommutabili, opere multiformi.

Notis omnibus, etiam nunc, eadem mensura gratiæ confertur.

CAPVT V.

Ed cum in illo populo (cui vtraque eruditio præfuit) nemo nisi gratia iustificatus sit per spiritum fidei, quis ambigat eos, qui de quibuscunque nationibus quibuslibet temporibus Deo placere poterunt, spiritu gratiæ Dei fuisse discretos? Quæ etsi parior * antea atque occultior fuit, nullis tamen seculis se negauit virtute vna, quantitate diuersa, consilio incommutabili, opere multiformi.

CAPVT VI.

Nam & in his diebus quibus totum mundum ineffabili donorum flumina rigant, non idem modus omnibus, nec eadem mensura confertur.

Quamuis enim per ministros verbi & gratiæ Dei eadem cunctis veritas prædicetur, eadem cohortatio adhibeatur. *Tamen agricultura est, Dei adificatio, cuius virtus inuisibiliter agit vt incremento proficiat quod edificatur aut colitur. Sicut attestat Paulus Apostolus, dicens: Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit: Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, et aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui plantat autem & qui rigat, vnus sum. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei adificatio estis: Agricultura ergo huius atque adificationis in tantum quisque adiutor, operarius ac minister est, inquantum vnicuique Dominus dederit. Et hi qui ministrorum labore excoluntur, ad eum proficiunt modum ad quem illos incrementi auctor euerit. In agro enim Domini non vniformis, nec vna platio est. Et quamuis in vnum decorem totius templi structura conueniat, non idem tamen locus est, nec idem vnus omnium lapidum, sicut & in vno corpore non omnia membra eundem actum habent, dicente Apostolo: Nunc autem posuit Deus membra, & vnunquodque eorum sicut voluit.*

Cum omne bonum ex Gratia Dei sit, imparitas meritorum nec in liberum arbitrium est referenda, nec in querelam est vocanda.

CAPVT VII.

Hæc vero membra vnde apta, vnde vitia, vnde sunt pulchra, idem Doctor exponit, dicens: *Ideo rotum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere Dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministrarionum sunt, idem autem Dominus, & diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alij quidem per spiritum datur sermo sapientia, alij sermo scientia, secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu * alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discernitio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Hæc magister gentium tanta luce, tanta euidencia prædicante, * quâ ratione, quâ causâ dubitandum est, an omnium nobis virtutum petmen ex Deo sit? vel quis nisi insipientissimus de differentia diuinitum munerum conquaratur. Aut imparibus adscribendum meritis arbitretur, quod non aequaliter de superna liberalitate confertur? Si enim hæc distributio secundum præcedentium operum merita proueniret, nemini ipsorum donorum catalogum tali conclusione Apostolus terminaret, vt diceret: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Vbi vtrique hic meritorum causas voluisset intelligi, diceret: Diuidens singulis prout merentur, sicut plantatoribus * aut rigatoribus præmium deuotionis spondit, dicens: Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.*

Vnicuique sine merito datur, vnde tendat ad meritum, & à gratia iam donato expectatur, vt id quod accipit, auget per illum qui dat incrementum.

CAPVT VIII.

Atur ergo vnicuique sine merito, vnde tendat ad meritum, & datur ante vllum laborem vnde quisque mercedem accipiat secundum suum laborem.

1. Cor. 3.

1. Cor. 12.

Ibidem.

* C. alij gratia finitatum in eodem spiritu add. * C. que ratio, quæ causa dubitandi est.

1. Cor. 12.

* C. &

2. Cor. 3.

Quod

Quod ita esse, etiam * evangelicæ veritatis testimonio agnosceatur, ubi per comparationem dicitur, quod homo peregrè proficiens vocavit seruos suos, & tradidit illis substantiam suam, & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, id est, secundum propriam & naturalem possibilitatem; non autem secundum proprium meritum, quia aliud est posse operari, aliud operari; & aliud est posse habere charitatem, aliud habere charitatem, & aliud est capacem esse continentie, iustitie, sapientie, aliud verò esse continentem, iustum, atque sapientem. Non itaque omniter reparabilis reparatur, nec omnis fanabilis * sanatus est; quia reparabilem & sanabilem esse, de natura est; reparatum autem & * sanatum esse, de gratia Dei. Denique isti quibus secundum modulum capacitatis suæ, quem in eis distributor substantiæ præuidebat, dispar creditus est numerus talentorum, non meriti remunerationem, sed operis accipere materiam. In qua duorum seruatorum vigilantissima industria non solum gloriois laudibus honestatur, sed etiam in æterna Domini sui gaudia intrare præcipitur. Tertij verò pigrum otium & desidia nequitia sic punitur, vt & vituperationis decoratur opprobrio, & portione quam acceptat, exuatur. Dignus enim erat perire inuilem fidem, qui non exercuerat charitatem. Vnde & in subsequenti sermone, quo apertissime declaratur futuri forma iudicij, sedente Filio hominis in sede maiestatis suæ, antequam facta congregatione omnium gentium, alij ducantur ad dexteram, alij ad sinistram constituendi, laudatis dextris de operibus charitatis; nihil aliud sinistris obicitur, quam misericordie benevolentieque neglectus. Accepterant ergo etiam isti fidem, sed non lectati fuerant dilectionem. Nec de non seruato, sed de non aucto munere damnabuntur. Quamuis enim omnia bona, dona sint Dei, * & à Deo tamen quedam etiam non petita tribuuntur, vt per ipsa quæ accepta sunt, ea quæ nondum sunt donata querantur. Senuis quippe quod iacitur in terram, non ob hoc feritur vt ipsum solum maneat, sed vt fructum afferendo, multiplex atque numerosum sit. Qui quidem profectus ab illo est, qui dat incrementum, sed terra viuens, * & de gratiæ iam imbre fecunda, habet quod ipsa expectetur ad id quod accepit, augendum.

Variata per diuisa tempora gratia causa à nobis non est inuestiganda.

CAPVT IX.

His rectè (vt arbitror) quantum Dominus tribuit, pertractatis, ad id vnde digressa est disputatio, reuertamur: Ad considerationem scilicet differentiarum, quibus diuina gratiæ opera ea dona variata sunt: Altitudo quippe diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cuius inuestigabilia sunt iudicia & inuestigabiles viæ, sic * per misericordiam suam & iudicium temperauit, vt secretissima æterni consilij voluntate, noluerit in omnibus * super omnes generationes yaur super omnes homines, æquales donorum suorum esse mensuras. Siquidem aliter eos inuenit, quos ad cognoscendum se, cæli & terræ testimoniis conueniebat; aliter illos, quibus non solum elementorum famulatur, sed etiam doctrinæ legis, Prophetarum oraculis, miraculorum signis, & Angelorum cooperationibus consulebat, & multò magis aliter misericordiam suam vniuersis hominibus declarauerit, quando Filius Dei factus est filius hominis, vt inueniretur ab eis qui cum non quærebant; & apparetur his qui illum non interrogabāt, & non vno tantum populo Israeliticæ stirpis excelleret; sed in omni iugēte quæ est sub cælo, multiplicatum Abrahæ semen oriretur: in quam

heredum successionem non filij carnis, sed filij promissionis intrarent: & quanta in præteritis seculis super cæteras nationes, tanta nunc esset in gente Iudæa particitas gratiæ; cum tamen introducta plenitudine gentium, etiam ipsorum ariditas earundem rigationum inundatio ponderaret. Quæ itaque cause sint harum sub eadem gratia dissimilitudinum, quæve rationes, sanctis Scripturis non loquentibus quis loqueretur? Et cum in eis scientia Pauli A postolorum à dispensatione transeat ad stuporem, cuius erit tanta presumpcio, qui hæc differendo * existimet aperienda potius quàm silentio miranda.

Omnibus seculis misericordia Dei & corpora almis, & mentes inuit.

CAPVT X.

Patenter igitur & æquanimiter ignoretur tam remotum ab humana * cogitatione secretum. Nec tamen quia nequeunt clausa penetrari, idè etiam referatorum est præterendum introitus. Manifestauerunt enim diuiniorem eorum multæ autoritates, & continua omnium seculorum experimenta docuerunt, iustam Dei misericordiam, misericordemque iustitiam nec alendis inquam corporibus hominum, nec docendis iuuandisque eorum mentibus defuisse: Semper etenim pluit super bonos & malos, semper solem suum oriri fecit super iustos & iniustos, semper vitales auras præbuit, semper diei & noctis vicissitudines ministravit, vbertatem agris, multiplicationem femminibus, fecunditatem generandis hominibus semper * impendit. Et si quando aliquid horum minuit, benignis correptionibus auctorem desiderium male ventium caltigauit, vt miserationes eius quærent in aduersis, cuius iustitiam non timuerat in secundis. Denique si ad ipsa mundi exordia recurramus, inueniemus, omnium Sanctorum qui diluuium præcesserunt, Dei Spiritum fuisse rectorum, propter quod & Filij Dei nominati sunt: quoniam, sicut ait Apostolus, *quicumque Spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei.* Et cum eidem neglecta obleruantia parum, illicitis se reproborum conubiis miscuissent, atque ob nefariam societatem digni exterminio iudicarentur, Deminus ait: *Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt.* Vnde apparet quod iste populus quæsi generationes discreto ordine cum annorum numero digeretur, * spiritualis antea fuit, ea vti que voluntate cui Spiritus sanctus præsidebat; impendens moderaminis sui regimen, vt declinandi ad vitia non adimeret potestatem: quia potestate hic populus si non veretur, non relinqueret Deum, nec relinqueretur à Deo, esseque ille de quo dictum est: *Relique qui potuit transgredi, & non est ingressus.* Quamdiu ergo apud Deum mansit, eà voluntate mansit, quam Deus inspirauit & rexit. *Preparatur enim (sicut scriptum est) voluntas à Donis.*

Homnibus ferè paulatim & particulatim accreuit, quod superna largitus eis dure decreuit.

CAPVT XI.

Sed huius preparationis non vnus semper proutectus, nec vna mensura est. Quoniam multis modis & innumerabilibus differentis gratiæ opera & dona variantur, inque ipsis singulis generibus munerum dissimiles sunt gradus & impares quantitates. Sicut enim in gemminibus herbarum atque lignorum quæ terra producit, non vna species, nec vnus in omnibus genus est; sed singula quæque in sui seminis forma, & in suæ stirpis qualitate gignuntur, plenum autem decorum non statim vt eduntur, accipiunt; sed certis & ordinatis prouehuntur augmentis, donec ad perfectam

Cæx doctrina e v. agnosc. Matth. 25.

* C. fanus. * C. sanum.

Matth. 25.

* idè tam.

Ioan. 12.

1. Cor. 3. * C. & rationalis, hab. quod ex ipsi.

Cap. 7.

Rom. 1.

C. semper rect. * C. temporibus add.

R. 6.

Act. 14. Rom. 11.

Ibidem. * C. affimet.

* C. cognitione.

Act. 1. Matth. 5.

* C. imperit.

Rom. 6.

Genes. 6.

* spiritalis C.

Eccles. 31.

Prout. 8. secundum 70.

fectam sui habitus quātitatem per succedentia sibi incrementa perueniant, itā & femine charifinatum plantę que virtutum, non in omni agro cordis humani totum hoc pariter, quod sunt futura, nascuntur: nec facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequenter potens & misericors Deus mirabiles istos suę operationis effectus, & quibuldam mentibus non expectatā profectum morā, totum simul quicquid collaturus est, inuehit. In Abraham lumbis Leui sanctificatur, & simul cum eo domus Aaron & Sacerdotalis Ordo benedicitur. In Isaac de re promissione concepto, & contra spem steriliū senum nato, omnium gentium vocatio, & tota Christo forma præconditur. Iacob nullo merito suffragante, dilectus p̄surgam nascitur, eligitur. Hieremias dicitur: *Prisquam te formarem in utero, nomi te: & prisquam exires de vulua, sanctificauit te.* Ioannes intra Elizabeth matris viscera, Spiritu sancto repletus exultat, & vt nullus inter natos mulierum maior sit, prius sentit initia gratię quā naturę. Sed cum & alia similia documentorum exempla non desint, quę breuitatis studio præterimus, multo tamen crebrior, multoque numerosior pars illa hominum est, cui particularitatem quicquid superna largitas donat, accrescit, vt conferendorum munerum causę, de his que sunt collata, patiantur. Quidam accepta fide, diffidentia non carent, quam vtique inesse sibi nouerāt, qui dicebat: *Credo, Domine! adiuua incredulitatem meam.* Quam nec illi abesse penitus à suis animis sentiebant, qui dixerunt: *Domine! adauge nobis fidem.* Quidam quod credunt, non intelligunt, & multi eorum diu in suę simplicitatis modulo derinentur. Multi vero citò intellectus lumen accipiunt. Ipsa autem intelligentia non in omnibus eundem habet vigorem, aut similem facultatem. Et licet cum fide & intellectu videantur ornati, laborant tamen indigentia charitatis, & his que fide & intellectu vident, sequuntur inhzere, quoniam perseverari in eo non potest, quod non toto corde diligitur. Donum ipsius charitatis non semper eiusmodi est, vt quicquid ad plenitudinem ipsius pertinet, simul & percipiente sumatur. Est enim amor qui potest ab amore sperari, & sæpe dilectio Dei ex mundi dilectione marcescit, nisi ad eum feruore, Spiritu sancto inflammante, profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo possit tempore languere. Cum itaque in hoc inenarrabili dono Dei, omnium summa donorum & quędam sit cunctarum vita virtutum, ad hoc cetera conferuntur, vt habeat animę fidelis intentio per que ad perfectam charitatem possit eniti. Que quoniam non solum ex Deo, sed etiam Deus est, stabiles & perseverantes atque insuperabiles facit quos flumine suę voluntatis impleverit. Qui autem istarum aquarum dulcedinem nesciunt, & adhuc de mundi huius torrentibus bibunt, aut etiam aliquid primoribus labris de vitę fonte gustauerunt, inebriati tamen auro Babylonis calice delectantur, suo profuro decipiuntur arbitrio, sua voluntate labuntur, & si in hac deficiunt perseverant, ipsi se his que acciperent, dispoliant. Facile enim quælibet bona suę charitate possunt perire, quę non possunt sine charitate prodesse.

Diuina constitutionis non est nostra à Deo auersio, sed propria voluntatis: ideoque meriti hominis esse si steterit, quia cadere potuit.

CAPVT XII.

Cap. 4. **H**ęc autem summam breuiterque perstricta, ad id valeant, vt certissimè nouerimus nullum Fideiū à Deo non descendentem relinqui, neque cuiusquam ruinam ex diuina esse constitutione dispositam: Sed multis qui iam iudicio rationis vtuntur, ideo libe-

rum esse discedere, vt non discessisse sit præmium: & vt quod non potest nisi cooperante Spiritu Dei fieri, * C. eius. eorum meritis deperatur, * quorum id potuit voluntate non fieri. Quę voluntas in malis * actionibus sola esse potest, in bonis autem sola esse non potest. Quamuis enim secundum naturam sit * homini, vt bonę sit voluntatis, vitium tamen quod per malam voluntatem intruit in naturam, non naturę superatur virtute, sed gratiæ.

Bonitas em Dei non solum sanctis, sed & impiis insistentibus affuisse ante diluuium.

CAPVT XIII.

Regebatur ergo primus ille populus Dei Spiritu Dei & à maledicti ac prædamati populi fobitate ac moribus per eruditionem sancti Spiritus abtinebat, custodens discretionem suā à permissioe carnalium: quorum mala tandem sustinuit patientia Dei, quamdiu boni per id quod eos non imitabantur, place-re potuerunt: vbi vero etiam boni malorum imitatione corrupti sunt, & per * voluntatis defectum in eandem nequitiam conspirauit vniuersitas: quos excepta Noë domo, vna impiauit prophetauit, sententiã vnã deleuit. Bonitas autem Dei ne illi quidem parti defuit, quę in charitate non stetit, & ab initio sui veneno diabolici liuoris intumuit. Principem enim gentis impia, sancti fratris meritis inidentem, eademque eius particulari corde meditantem, dignatur Dominus paterno mitigare consilio, dicens ad Cain: *Vt quid tristis factus es? vt quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, rectè autem non diuidas, peccasti? quisce. Ad te enim erit conuersio eius, & tu dominaberis eius. Depone (inquit) oram de inuidiã emulatione tristitiam, & flammam odij crudelis extingue, nihil tibi Abel nocuit, nec mihi placendo te læsit. Despexi munera tua meo iudicio, non illius voto. Opus enim bonum negligenter egisti: recta fuisset oblatio tua, si fuisset recta discretio, sciens eius offerret, scire deberas quod videres. Non dignè inter me & te diuisisti, quoniam tibi electiora seruasti. Tuus ergo hic error est, tuumque peccatum, quiesce, & noli in insontem fratrem moueri, ad te potius tua culpa reuocetur. Noli peccato regnum in te dare, sed tu potius in ipsum sume dominatum. Penitentem enim nec in maius facinus progredieris, & ab eo in quo te dolens displicuisse, mundaberis. Cùm ergo talia ad Cain loqueretur Deus, nunquid ambiguum est voluisse eum, & (quantum ad illum medendi modum sufficiebat) egisse vt Cain ab illo impietatis furore respiceret; sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, vnde debuit esse correctior. Et vtique præciebat Deus, ad quem finem insanientis esset progreditura conceptio. Neque ex eo quod falli scientia diuina non poterat, necessitate peccandi vrgebat facinus voluntatis. A cuius vtique intentione atque affectu potuit incolumitas Abel illa defendi, nisi placuisset Deo cum magna laude patientiæ suę, vt temporalis furor impij fieret perpetuus honor iusti. Posteros vero istius * fratricidæ quamuis in progenitoris sui moribus viuerent, nunquam se diuinam bonitatem negasse, quis non facile aduertat, si consideret quantum eis prodesse poterit tam longa patientia Dei, tam diues bonorum temporalium copia, & multiplicatę sæcunditatis tam numerosa propagatio: Quę beneficia licet obduratis nihil remedij & emendationis attulerint, probant tamen auersionem eorum non diuinę fuisse constitutionis, sed proprię voluntatis.*

In diluuió, & postea vsque ad Christum reuelata sunt opera diuina gratis, & Christiana gratis miracula presignata; est abundantia gratia qua nunc mundum rigat, pari largitate non fluxit.

uerlum mundum rigat, pati antea largitate non fluxit. Meliora non nasci nunc ingenia, quam ante Christi aduentum; quibus in tempore aduentus Christi, inuenta est iniquitas robustior, vt gratia Dei manifestaretur.

CAPVT XIV.

CAPVT XV.

* C. conuersione. Genes. 7.

IN * conuersione autem Noë filiorumque eius & iurum, in quibus omnium gentium feminarium disponebatur, quanta diuinae gratiae opera reuelata sint, sancta Scriptura manifestat, dum in illa mirandae capacitatis arca, vniuersi generis animalium, quantum reparations aderat, receptice congregata ad se mne hominum genus Ecclesia figurat: dum per lignum & aquam redemptio crucis Christi, & ablutio regenerationis appetitur: dum in his qui ex illa mundi visitatione saluati sunt, omnium gentium plenitudo benedicitur; dum donum fecunditatis iteratur, & solo * esu suffocatorum & sanguinis interdicti libertas edendi quod placuerit, augetur, salutisque securitas in testimonio versicoloris arcus, hoc est in signo multiformis gratiae consecratur. Quae vtique mysteria atque sacramenta non vnus tantum familiae paucissimos tunc homines, sed in ipis omnino eorum posteros imbebant, vt quod eruditioni impendebatur parentum, proficeret scientiae filiorum. Iam vero procurrente humanae propagationis augmento, cum ipsa mortalium numerositas de suis multiplicationibus superberet, & secundum elationis suae altitudinem, caelo cuperet moem immodice instructionis inserere, quam mirabilis erga cohibendam hanc insolentiam fuit diuinae censura iustitiae: Quae vnam illorum populorum loquelam notis sibi inuicem significationibus consonantem, septuaginta & duarum linguarum varietate confudit, vt inter dissonas voces operantium perente concordia, insane molitionis machina solueretur, & habitando orbis terrarum daret incolae male congregationis opportuna dispersio. In isto autem opere prouidentiae Dei praedordinabantur miracula gratiae Christianae, quae omnem hanc dispersionem in illius adificationis erat * vocatura compagem, in qua omne genu flectitur Deo, & omnis lingua confitetur quoniam Iesus in gloria Dei Patris est. Hanc latitudinem gratiae, in plenitudine dispositio temporum reuelandae facta ad Abraham promissio Dei, & signis iam luculentioribus indicabat, quando duplex eius successus (filij scilicet carnis, & filij promissionis) multitudini aeternam comparabat & fidem, & vit senex per apnolam vxoris sterilitatem, ab spe iam prolis alienus, credebatur laudabili fide per getmen vnus filij patrem futurum esse de mundi, prospiciens illum in femine suo, immo conspiciens, qui dixit: Abraham diem vnum vidi, & gauisus est. Qua fide Abraham cum iustificaretur, nondum mandatum circumcisionis acceperat; sed cum esset in praepucio naturali, reputata est fides eius ad iustitiam. Et * eadem fides signaculum circumcisionis acceperat in eo corporis membro, per quod semen procreationis peruenitum erat ad eam carnem, in qua fine carnali femine Dei Filius Deus Verbum caro feret, ac de Abraham filia Maria Virgine naceretur, assumptis omnibus in huius natiuitatis consortium, qui in Christo per Spiritum sanctum regenerati, quod Abraham credidit, credidissent. Haec autem fides antequam veniret hoc semen de quo Abraham dictum est; In semine tuo benedicentur omnes gentes terrae, intra vnus stirpis populum coinebatur, vigente apud veros Israelitas spe redemptionis nostrae. Quonia etis fuerunt ex alienigenis, quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit, tametiam pauci fuerunt, vt vix cognoscantur aut fuerint. Neque ob hoc excusabiles sint nationes, quae alienae & conuersione Israel, spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo sub ignorantiae tenebris perierunt, quia haec abundantia gratiae quae nunc vni-

A Dhibita enim semper est vniuersis hominibus quaedam supernae mensura doctrinae, quae etiam paucioris occultioris gratiae fuit, sufficit tamen sicut Dominus iudicauit, quibuldam ad remedium, omnibus ad testimonium: vt non dubie, sed euidenter appareat, quod nisi vbi abundauit peccatum, superabundaret & gratia, nunc quoque vniuersum genus humanum similis obcaecaret impietas. * An forte (vt plerique garrunt) meliora quam veterum ingenia nostris saeculis orta sunt, & aptiores diuinis donis animas tempora extrema pepererunt? Quod etiam si ita esset, ad bonitatem illi referendum esset auctoritas, qui vocandis ad vitam aeternam populis, ea quae non retinerentur, corda definixisset. Sed nihil prorsus nouatum est in generatione carnali, nec generosior auis minorum orta successu est, cum potius in hominibus illius temporis quo mundi Redemptor aduenit, quando erat propago tardior, tanto sit iniquitas inuenta robustior. Probauit hoc Iudaici furoris impietas. Et quam apta Euangelio Christi fuerit illa generatio, non solum populi, sed etiam Scribarum & Principum ac Sacerdotum corda docuerunt. Quibus parum fuit in agnum Dei tollentem * peccatum mundi, contra testificationem legis, contra oracula prophetarum, contra diuinatum experimenta virtutum, seditionibus, contumeliis, spuitis, alapis, colaphis, lapidibus, flagris, & ad postremum crucis atrocitate saeuisse, nisi etiam testes resurrectionis eius eadem persequerentur insaniam. Quam Apostoli quando a Pontificibus flagellati sunt, ostenderunt in Psalmo Dauidico * prophetatam, dicens: Domine, tu es qui fecisti caelum, & terram, & mare, & omnia quae in eis sunt, qui Spiritus sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Assisterunt Reges terrae, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim vbi in ciuitate ista aduersus sanctum filium tuum Iesum (quem vnixisti) Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quae manus tua & consilium decreuerunt tibi. Igitur ad manifestandam gratiam Dei quae ex alieno eius incommutabile consilio in salutem omnium gentium disponebatur, non priora quasi incapacia declinata sunt tempora; sed ista electa, quae tales populos ediderunt, quorum ferox & voluntaria iniquitas non consulendi affectu, sed intentione facienda persisteret facere quae manus Dei & consilium decreuerunt fieri, vt mirabilis esset gratia & potentia Dei, quae de tam duris animis, tam tenebrosis mentibus, tam inimicis cordibus fecit fidei populum fidellem, subditum, sanctum, qui non per sapientiam huius mundi peruenit ad lumen sapientiae Dei; sed per illius donum, de quo testatur Ioannes Apostolus, dicens: scimus quia Filius Dei venit, & deus vnus secundum, vt cognoscimus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Cui testimonio Apostolus Paulus consonat dicens: Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de tenebris & de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis suae. Et iterum idem: Erasmus enim (inquit) aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderij & voluptatiuus variis, in malitia & inuidia gentes, odibiles, odientes inimice; Cum autem benignitas & humanitas apparatus Saluatoris nostri, non ex operibus iustitia quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lacrum regenerationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum,

Genes. 8.

Genes. 9. * vox eius abest a C.

Genes. 11.

* C. cooptatura. Philip. 1. Ephes. 3.

Genes. 15.

Ioan. 8. Rom. 4. * C. ea fig. cir. accepti.

Cap. 5. Genes. 22.

* & cognoscantur. Ephes. 2. * conuersione.

Rom. 1. * C. ante.

* C. peccata. Ioan. 1.

* C. profuturum. Act. 4. Pal. 2.

1. Ioan. 5.

Coloss. 1.

Ad Titum 1.

vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite aeternae. Potuitne pleniùs, luculentius, verius explicari, quae merita hominum Christus inuenierit, & quos sibi mores lubiecerit, quae ad fide corda conuerterit, quando venit mederi non sanis, sed male habentibus, & vocare non iustos, sed peccatores? Quoniam gentium populus, qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam, & sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est illis.

Matth. 9.

Esa. 9.

Frangant gentes, irascantur populi, sauebant Reges, & potestates contradicebant, superstitiones & totius mundi reluctabantur errores. Sed de resistentibus, furentibus, persequentibus populum suum Christus agebat, ac per vincula ac supplicia mortisque Sanctorum roborabatur fides, vincebat veritas, perque vniuersum mundum dominici agri fegetis multiplicabantur vberitas. Tanta enim desuper praebebat constantia fides, fiducia spei, fortitudo tolerantiae, vt ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus sanctus accendat, nullo modo ab opprimentibus posset extinguì: cum & qui cruciabantur, vehementius inardescerent, & qui sauebant, eandem quam persequebantur, flammam sepe conciperent, quae beatus Apostolus Paulus ignitus, fidenter fecerenterque dicebat? Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Dominum nostrum Iesum Christum, per quem & accessum habemus fide in gratiam vitam in qua stamus, sed & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Est iterum? Quis nos se arabit à civitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificatus est iustus, & exestimatus sum, quos occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à christo. Deique est in Christo Iesu Dominus nostra. Hae charitas diffusa per Spiritum sanctum, fecit vt mundus Fidelium mundum vinceret impiorum. Hae Neronis crudelitate, & Domitiano furorem, multorumque post eos Principum, glorioso innumerabilium martyrum sine confudit, donante Christo imitatoribus suis, de persecutionibus Regum, aeternarum stemmata coronarum.

Rom. 5.

Rom. 8.

Psal. 43.

* Cra- bicem add.

uant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexisset. De seipso vero quid pronunciet, audiamus: Fidelis, inquit, sermo, & omni acceptioe dignus, quia Christus venit in hoc mundum mandatum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam. Sive ergo circuncisiosus praeputium, peccatum vniuersaliter concluderebat, vniusque omnes reatus obstrinxerat, & inter magis minusque impios nemo erat qui posset absque Christi redemptione saluari; quae redemptio vniuerso sese intulit mundo, & omnibus hominibus indifferenter innotuit, quandoquidem in die quinquagesimo ab illo Pascha, in quo se hostiam Deo verus agnus obtulerat, cum A postoli & qui cum eis vnanimes erant, repleti Spiritu sancto, linguis omnium gentium loquerentur, conueniebat excita miraculo diuersi generis hominum multitudine, vt Euangelium Christi in eis qui aderant, totus mundus audiret. Confluxerant autem (sicut scriptum est) Parthi, & Medii, Elamitae, & qui habitant in Mesopotamiam, Iudaeam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyae, quae est circa Cyrenen, & adhaerens Romani, Iudae quoque & Proselyti, Creetae & Arabes, audientes eorum linguas praedicari magnas Dei: quorum tunc fictio etiam in eas gentes quae remotiores sunt, longe lateque procureret. Ad cuius rei effectum credimus prouidentia Dei, Romani regni latitudinem praeparatum, vt nationes vocandae ad uitam et corporis Christi, prius iure vnius confociarentur * impietatis: quammis gratia Christiana non contenta sit eisdem limitibus habere quos Roma, multoque iam * populorum (cepto crucis Christi illa subderit, quos armis suis ista non domuit. Quae tamen per Apostolice sacerdotij principatum amplior facta est arce legionibus quam solio potestatis.

1. Tim. 1.

Actora.

* C. omnes linguas tuas p. m.

* imp. iij. recte. C. populo.

Nationes quibus nondum gratia Saluatoris illuxit, disposito tempore vocandas esse ad Euangelium.

C A P V T X V I I.

Quod si forte, quemadmodum quassam gentes, quod ante non norunt, in confortium gloriam Dei nouimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquae nationes, quibus nondum gratia Saluatoris illuxit: non ambigimus, etiam circa illas occulto iudicio Dei tempus uocationis esse dispositum, quo euangelium quod nondum viderant, audiant atque suscipiant. Quibus tamen illa mensura generalis auxilij, quae desuper omnibus semper hominibus est praebita, non negatur: quammis tam acerbo natura humana vulnere sauciata sit, vt ad cognitionem Dei neminem contemplatio spontanea plene valeat erudire, nisi obumbrationem cordis vera lux discuffuerit, quam inscrutabili iudicio Deus iustus & bonus, non ita * praeteritis saeculis, quemadmodum in nouissimis diebus effudit. Vnde et Beatus Apostolus Paulus scribens Colossensibus, ait: *Mysterium quod absconditum fuit à saeculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus uoluit Deus nos facere diuinitatis gloriae sacramenti huius gentibus, quod est Christus in nobis.*

* C. non olim in confortio rect.

* quod non uolunt.

Tempore prosperi ad Christum uenere Scotti opera Coelestium, vt in fine libri contra Collatore legitur. * C. in ad. Colof. 1.

Prioribus saeculis absconditam fuisse Gentibus gratiam Christi, non tamen Prophetais.

C A P V T X V I I I.

Nunquid hoc mysterium etiam Prophetis incognitum fuit? & illi per quos Spiritus sanctus loquebatur, ea quorum ab ipsis * fiebant denunciationes, nesciebant? Non ita plane intelligendum puto, sed ita ipsis gentibus * absconditum fuisse mysterium, quod Dominus quando uoluit, & quibus uoluit, reclusit;

Cap 7. * C. si eba denuncia tio.

* C. hoc * add.

Quod Christus pro omnibus impiis mortuus sit.

C A P V T X V I.

NVlla igitur ratio dubitandi est, Iesum Christum Dominum nostrum pro impiis & peccatoribus mortuum, à quorum numero * liber inuentus est, non est pro omnibus mortuus Christus. Sed proflus pro omnibus mortuus est * Christus: Nemo ergo omnium hominum ante reconciliationem, quae per Christi sanguinem facta est, non * autem peccator aut impius fuit, dicente Apostolo? Si enim Christus cum adhuc infirmi essemus, iuxta tempus pro impiis mortuus est: vix enim pro isto quis mortuus, non pro bono forsitan quis audeat mori: commendat autem suam charitatem Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati sanguine ipsius, salui erimus ab ira uer ipsam. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati solui erimus in uita ipsius. Idem autem Apostolus in secunda ad Corinth. ait. *Charitas enim Christi urget nos, indicantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, ut & qui uiuunt, iam non sibi ui-*

Caput 6. * C. si aliquid add. * deit C.

* C. aut rect. Rom. 5.

* Cor. 5.

Rom. 9.
Deut. 12.
Pfal. 15.
Pfal. 71.
Tbidem.
Esaiz 2.
Esaiz 53.
Esaiz 52.
Esaiz 54.
Esaiz 55.
Osee 1.
Osee 2.
Act 11.
Act 15.
Amos 9.
Luc. 2.

Nam de vocatione gentium, quæ non erant populus Dei, & quibus prius non miseratus est, nunc autem miseretur, in Deuter. ita dicitur. *Et vidit Dominus, & zelavit, & iratus est propter iram filiorum suorum, & filiarum, & dixit, Auertam faciem meam ab eis, & ostendam quid erit in novissimo, quia generatio perversa est filijs, in quibus non est fides in illis. Ipse in zelum compulerunt me in hoc quod non est deus, irritauerunt me in idolis suis, & ego in zelum incitabo eos in eis qui non erant gentes, super eos insipienter iritabo eos. Et David hæc de adoraturis Deum omnibus gentibus præcinit: Omnes gentes que cum quæsi fecisti, venient & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. Et iterum idem: Et adorabunt eum omnes reges terra, omnes gentes servient ei. Et iterum; Benedicentur in ipso omnes tribus terre, omnes gentes magnificabunt eum. Esaiz quoque familia annunciat dicens. *Quoniam eris in novissimo diebus manifestus nomen Domini, & domus Dei in cacumine montium, & exaltabitur super colles, & venient ad eum omnes gentes. Et iterum idem: Et facies (inquit) Dominus Sabaoth omnibus gentibus: in monte isto bibent in iucunditate vinum, ungentur unguento in monte isto: tradet hæc omnia gentibus: hoc enim consilium super omnes gentes. Et iterum idem: Et revelabit Dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium: & videbunt omnes gentes terræ salutem que à Domino est. Et iterum. *Ecce advena ad te per me accedent, & ad te fugient. Et infra: Gentes que te non cognoverunt, invocant te; & populi qui te nesciunt, ad te confugient.* Osee quoque paria prophetat dicens: *Et eris in loco in quo dictum est tu. Non populus meus vos, ibi vocabuntur Filij Dei vivis, & congregabuntur filij Iuda & filij Israël in idrisum. Et iterum: Miserebor non dilectæ, & asciam non populo meo. pulvis meus es tu; & ipse docet, Deus meus es tu.* Sub Apostolis verò cum ij qui in Christum ex circumcisione crederant, eos qui gentiles erant, dicebantur prætipium, iustificacionum gratiæ arbitrarentur participes esse non posse, docet beatus Apostolus Petrus, quæ nondidicerat apud Deum veterque sit populus, si in vnitatem fidei ambo conuenerint. *Cum autem* (inquit) *copissem loqui, decidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat: Iohannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus sicut & nobis qui credidimus in Dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere Deum? His auditis, tænerunt, & glorificauerunt Deum dicentes: Ergo & gentium Deus pœnicentiam ad vitam dedit. Iacobus quoque Apostolus de hac vocatione gentium dicit: *Viri fratres! audite me: Simon narrauit quemadmodum primus Deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc veniet, & redificabo ebernaculum David quod cecidit, & diruta eius edificabo, & erigam illud, ut requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc, non iam à saculo est Dominus opus suum. Simeon quoque ille cui responsum erit à Spiritu sancto, non eum virtutum mortem, priusquam videret Christum Domini, de salute omnium gentium que in Christo reuelabatur, hæc dixit: *Nunc dimittite seruum tuum, Domine! secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutem tuam, quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tue Israël.* His & alijs testimonijs Scripturarum non dubie demonstratur, istam ditissimam, potentissimam, benignissimam gratiam, qua in nouissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocantur, prioribus seculis in occulto Dei absconditam fuisse consilio.****

Deus pro omni tempore vult omnes homines saluos fieri, aut generalibus donis, aut etiam peculiaribus.

CAPVT XIX.

ET cur hæc manifestacione qua nunc vniverfis nationibus innotescit, antea reuelata non fuerit, nullam posse comprehendere, nullam intelligentiam penetrare, cum tamen illud quod de bonitate Dei piissime creditur, quia omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non oporteat, nisi perpetuum æternumque sentiri, secundum eas mensuras quibus Deus dona generalia specialibus nouit cumulare muneribus; vt & qui exortes gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur, & qui eius lumine enutrient: non in suo merito, sed in Domino glorientur.

Obiectio, ex parulis contra illud: Qui vult omnes homines saluos fieri.

CAPVT XX.

IN hoc sanè angusto quidem, sed tamen recto intelligentiæ tramite, non parùm difficultatis opponit consideratio parulorum, qui nullo iudicio rationis vntur; quo authoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem valeant veritatis accedere, nec videntur de neglectu opitulantis gratiæ iuste argui, in illa ignorantia naturaliter constituti, quam dubium non est nullam recipere scientiam, nullam sentire doctrinam. Vnde cum omnes homines velit Deus saluos fieri, quid est quod alienatur à salute perpetua tanta infantium multitudo, totque in his ætatibus hominum millia extra vitam relinquuntur æternam: quasi ad hoc tantum conditi sunt ab eo qui neminem odiens creauit, vt quia in hunc mundum cum peccati carne venient, insolubilis culpæ vincula sine reatu propriæ actionis incident? quid hoc profundius, quid mirabilius esse potest? Neque credi fas est, eos qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad vllum Beatorum pertinere consortium. Et magis stupendum, magisque sit mirum, quod vbi actio non offendit, vbi arbitrium non resistit, vbi eadem miseria, similis imbecillitas, crassa communis est, non vnum esse de tanta pituitate iudicem, & quales reprobat abdicatio, tales adoptat electio.

Iustè agi cum parulis pereuntibus, tam in hoc saculo quam futuro, propter originale peccatum.

CAPVT XXI.

Veruntamen de hac altitudine discretiõnis Dei non conturbabitur cor nostrum, si firma & stabilis fide omne iudicium Dei iustum esse credamus, nec appetamus habere cognitum, quod voluit esse secretum, vt vbi inuestigari non potest quare ita iudicet, sufficiat scire quod iudicat. Quamquam non ita cognoscibilis ista sit quæstio, vt nihil sit quod de ea eruditionis possimus acquirere, si ad contemptandum quod videri potest, tranquistis sobriet cordis adhibeat intuentus. Cum enim consideramus inter paganos, inter Iudæos, inter hæreticos, inter ipsos Catholicos Christianos, quam multiplex pereat numerus parulorum, quos quantum ad proprias pertinet voluntates, neque bonû aliquid, neque malum constat egisse, discimus super eos illam manere sententiam, quam humanum genus præuocatione primi parentis excipit, cuius sententiæ rigor, dum etiam circa tales non resoluitur, quam pagnum illud peccatum fuerit, demonstratur. Nemo autem putaretur non innocens nasci, nisi etiam talibus esset noxiu non renasci. De immaturitate verò mortis non est ratio conquerendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas noxiu sibi omnem vitæ nostræ fecerit diem. Esset enim quoniam secundum aliquem modum immortalis dicitur

* Cab...
* C. fac...
* C. cen...
* C. humi...
* C. inde...
* C. q. ad...
* C. eorum...
* C. m. i...
* C. m. i...
* C. m. i...

dici homo posset, si esset tempus, intrā quod moti omnino non posset. Sed nunquam corruptio itā incorruptionis est particeps, vt non semper obnoxium sit defectu, quod debetur occasu. Vita huius principium mortis exordium est, nec prius incipit augeri ætas nostra, quam minui. Cui si quid aduenit spatij temporalis, non adhuc accedit vt maneat, sed in hoc transit vt pereat. Quod ergo ab* initij sui die mortale est, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec vnquam ei vicinus est posse viuere quam posse deficere. Quamuis autem ex vna causa omnium hominum sit orta mortalitas, non in vnam tamen, sed in multiplicem imbecillitatem corruptibilis natura distrahitur. Et vite motus, siue debilitatus, siue vulneratus, non solum ante mensēs vel dies ætatis humanæ, sed & omnes horæ, omniaque momenta subiciuntur. Nec est aliquid mortis genus, aut vllus obdudus, qui non intrā vniuersitatem mortalium in aliquam incidat portionem. Manet enim graue iugum super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, in diem sepulturæ, in matrem omnium.

Diuina iustitia cuiuslibet mensuram & modum miseria ordinat.

CAPVT XXII.

Sed huius asperitimi iugi pondeta, non ita in Adæ filios irruerunt, vt diuina iustitia nihil eis suæ dimensionis adhiberet: quæ defectu non egibus ita defectura subiecit, vt ab eis moderationem suam non auerteret potestatem. * Ideo omnia omnes incidere mala, quia per communem conditionem omnes omnia subiacerent: sed vt generali necessitate variata, causas sibi Dominus indulgentiæ correptionisque seruaret, effectusque in vno omnium debito quod & misericors remitteret, & iustus exigeret. Cùm igitur iusta & omnipotens prouidentia Dei ineffabiliter vniuersa diiudicet, & nemo in hunc mundum veniat, neque ab hoc mundo exeat, nisi eo ortu atque discessu, * quem rerum arbiter secundum altissimum scientiam suam sapientiamque decernit, sicut scriptum est in libro Job: *Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fieri.* In cuius manu anima omnis uiuens * spiritus vniuersæ carnis hominis? Et iterum: *Breues dies hominis sunt & numerus dierum eius apud te est.* Quis audeat causas operum & consiliorum eius inquirere? Inscrutabile enim est, valdeque secretum, qui tantis differentiis conditio humana variata sit. Illum in infantia vsque in senectute longæuæ carpit infirmitas, nec inter perseverantes dolores statim deficit tempus ætatis. Illum integris valentem vitibus annosissimus vigor vegetat. Hinc in pueritia licet, illi in adolescentia. Hinc ultra iuuentutem non licet progredi, illi impossibile est vsque ad loquendi rudimenta grandescere. Quas vitæ metas multo fermiter inuales, nisi acerbis experiretur caduca mortalitas, si præsentis tantum seculi detrimenta pateretur; & non in æternas miseras caderent, qui hinc sine lauacro regenerationis exissent.

Paruulis perennibus gener. lis gratia tribuitur, dum ea parentibus datur.

CAPVT XXIII.

Sed cum * inseruabilis sit causa tam donorum quæ gratia tribuit, quam miserationum quas natura promeruit, ipsa nos intelligens difficulas ad nostrum remittit auctorem. Et cum querimus: *Quomodo omnes homines saluos fieri velit,* qui non omnibus illud tempus * impertit, in quo per voluntariam fidem percipiendæ gratiæ sint capaces: Non irreligiosè arbitror credi, neque inconuenienter intelligi quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper vniuersis est impensa nationibus: quæ

vtique si bene eorum viderentur parentes, etiam ipsi per eosdem iuauerent. Omnium namque exordia parvulorum, totaque illa principia necdum rationalis infantia, sub arbitrio iacent voluntatis alienæ, nec vlllo modo eis nisi per alios consuli potest & consequens est illos ad eosdem pertinere consuetum, quorum vel recto vel prauo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non credunt. Et cum ipsi nec præsentis vitæ desiderium habuerint, nec futuræ, quam ipsorum factum est nasci, tam ipsorum efficitur non renasci. Sicut autem circa maiores præter illam generalem gratiam parcius atque occultius omnium hominum corda pulsanter excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute vocatio specialis exciuit; ita etiam circa innumeros paruulos eadem manifestatur electio. Quæ quidem nec illi qui renati non sunt, in parentibus defuit, sed iis qui tenari sunt, preparantibus affuit: ita vt multis sepe quos suorum impietas deleuit, alienorum cura seruetur; & ad regenerationem venierit per extaneos, quæ eis non erat prouidenda per proximos.

Non esse iustam querelam ex discrezione partium paruulorum, sed magnam diuinam iustitiam & gratiam Curia commendationem.

CAPVT XXIV.

IN quo opete gratiæ, quis nisi arrogantissimus atque vanissimus de diuina iustitia conqueratur, quod non omnibus paruulis similis prouidentia consulat, omniaque pericula, quæ mortuorum regenerationem prohibere possunt, aut potestate submoueat, aut misericordiam præueniat? Quod vtique erga omnes ita fieri, si ita fieri omnino debet. Non autem later, quantum * cordibus Fidelium desideria gigneretur, si in baptizandis paruulis nihil de cuiusquam negligentia, nihil de ipsorum esset * mortalitate metendum: quandoquidem vt tales baptismo fraudarentur, nullo modo posset accedere. Hac veto tam inamissibili felicitate infantium, vehementissimè opinio illius roboraretur erroris, qui gratiam Dei secundum meritum hominum dari, audeat contra fidem Catholicam prædicare. Videretur quippe inculpabilis innocentia hoc tota æquitate debere, vt neminem eorum adoptio præteriret, quos nullus reatus perstringeret: nec impie à quodam de paruulorum baptismo dictum fuisset. Habet gratia quod adoptet, non habet vnda quod diluat. Sed hoc detestabiliter prædicatum omnes discipuli veritatis intelligunt: & inde manifestum est eos qui salui sunt, non merito, sed gratia liberari, quia sine baptismo mortuos petisse non dubium est. Qui vtique nisi grauissimi peccati essent particeps, non petissent. Nunc autem occulta quidem Dei discrezione, sed infla * sic ostenditur & quid conferat gratia, & quid præuaricatrix mereatur natura: vt nec contra donum eleuetur superbia, nec contra periculum cesset industria.

Deum ob generalem gratiam omni tempore velle omnes saluos fieri: ac peculiari gratia quosdam tantum.

CAPVT XXV.

Sic igitur nouissima contempler secula, seu prima, seu media, rationabiliter & pie creditur, omnes homines saluos fieri Deum velle, semperque voluisse, & hoc non aliunde monstratur, quam de his beneficiis * eaque prouidentia Dei, quam vniuersis nationibus communiter atque indifferenter impendit. Fuerunt enim ac sunt huiusmodi dona ita generalia, vt * per ipsorum testimonium ad querendum verum Deum possent homines adiuuari, quibus donis auctoritatem suam per omnia secula protestantibus, specialis gratiæ largitas superflua est. Quæ licet copiosius nunc

* Cab initio sui imo est.

Eccles. 40.

* C. nec ideo recte.

* C. que

Iob. 12.

Iob. 14.

* C. in add.

* C. mor. te.

* C. inseruabilis l. c. d. g. 1. Tim. 2.

* C. im. perit.

* C. que prouidentia Dei vni. g. d. 1. Tim. 2. C. vt. forum testimonio.

quàm antè præsteret, causas tamen distributionum suarum Dominus apud scientiam suam tenuit, & intrà secretum potentissimæ voluntatis occultavit: quæ si omnibus uniformiter affluerent, non lateret. Et quàm nulla est ambiguitas de benignitate generali, tam de speciali misericordia nihil quod suspensum esset, existeret, ac proinde illa esset gratia, illa non esset, Deo autem placuit & hanc multis tribuere, & illam à nemine submovere, vt ex veritate appareat non negatum vniuersitati, quod collatum est portioni, sed in aliis præualuisse gratiam, in aliis refluuisse naturam.

Quod in omnibus iustificacionibus gratia quidem principaliter præcineat, sed voluntas ei subiungatur, quia gratia primo sibi, tanquam receptivæ & sanctam donorum suorum preparat voluntatem.

CAPVT XXVI.

* C. ita cr- dimus benignum v n m.
* C. si quid inf. Caput 9.
* C. omni iustificacione.

Hanc quippe abundantiore gratiam ita credimus atque experiri potentem, vt nullo modo a biternum esse violentam, quo * quicquid in saluandis hominibus agit, ex sola Dei voluntate peragatur, cum etiam ipsis parulis per alienæ voluntatis subueniatur obsequium. Gratia quidem Dei * in omnibus iustificacionibus principaliter præcineat, suadendo exhortacionibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, in spirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuedo: sed etiam voluntas hominis subiungitur ei atque coniungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata prædiis, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat excecere ad meritum quod * superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabile si deficit, de gratiæ opitulatione si proficit. Quæ opitulatione per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos, omnibus adhibetur; & quod à multis resecatur, ipsorum est requiritæ: quod autem à multis suscipitur, & gratiæ est diuinæ, & voluntatis humanæ. Siue igitur incipit, siue proficit Fidelium, siue vsque in finem * perseverantium cogitamus * genus, nulla species cuiusquam virtutis occurrat, quæ vel sine dono diuinæ gratiæ, vel sine consensu nostræ voluntatis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, vt in o quæ vocat, primam sibi receptivæ & famulam donorum suorum preparat voluntatem: Nam virtus nolentium nulla est, nec potest asseri vel fidem, vel spem, vel charitatem eis inesse, quomodo ab his bonis consensu alienum est.

Consensum voluntatis per gratiam gigni, non solum ex doctrina & illustratione, sed etiam ex errore & metu.

CAPVT XXVII.

* etiam C. Prou. 9.
Eccles. 7.
* C. quo auctore eodem proficit timore q. c.

Hinc autem consensum non solum cohortatio prædicantium & incitamentum doctrinæ, sed * & metus gignit, propter quod scriptum est: *Principium sapientiæ timor Domini.* Qui quantilibet terroribus inferatur, non aliud agit, quàm vt quem fecerit timentem, faciat & volentem, nec solum volentem, sed etiam sapientem. Vnde & illud scriptum est: *Beatus cui donatum est habere timorem Dei.* Quid enim tam beatificæ est? In cuius virque deuotione deuota est & voluntas, * quæ auctore gratiæ eodem proficit timore quo capcit. Cui ergo hic timor etiam per quandam vim magni terroris immitatur, non ibi ratio exinguitur, nec intellectus auferatur; sed illa potius quæ mentem premebat, caligo discutitur, vt voluntas deprauata prius atque captiua, recta efficiatur & libera. Vnde sicut animus nihil virtutis capit, nisi radium veri acceperit luminis, ita gratia nihil ei quem vocat, confert, nisi oculos in eo aperuerit voluntatis. Quæ in ple-

risque, sicut superius disputatum est, ab ipso initio sui ardentissima * fideis & magnis ditatur augmentis, in ple-
risque autem tardè & contanterque proficiens, vix ad ea incrementa proceditur, quæ idoneam ad perseverandum habeant firmitatem. Dicit quidem Dominus. *Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum.* Sed hoc idè dictum est, vt illam fidem, sine qua nemo ad Christum venit, ex patris haberi munere nouerimus, secundum illud quod apostolus * dicitur: *Beatus et Simon Bar-Iona, qui caro & sanguis non reuelauit tibi; sed Pater meus qui in calis est.* Qui in cordibus trahendorum hoc egit vt crederent, hoc effecit vt vellent. Non enim esset vnde traheretur, si sequaces fide & voluntate non essent: quoniam qui non credunt, nec trahunt omnino, nec veniunt; neque accedunt qui dissentiant, sed recedunt. Qui ergo veniunt, amore ducuntur: dilecti enim sunt, & dilexerunt: quæriti sunt, & quæsi sunt: & quod eos vult Deus velle, voluerunt.

* C. C. recti.
Ioan. 6.
* C. Petre add. Marc. 16.

Posse eos qui gratiæ Dei in Christum credunt, non credere, & eos qui perseverant, à Deo recedere.

CAPVT XXVIII.

Qui * ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat, vt etiam à perseverantibus illam mutabilitatem quæ potest nolle, non auferat. Alioquin nemo vnquam Fidelium recessisset à fide: neminem concupiscentia vinceret, neminem tristitia elideret, neminem iracundia debillaret, nullius charitas refrigeret, nullius patientia frangeretur, & collatum sibi gratiam nemo negligeret; sed quia hæc possum fieri, & in consensum talium tentationum, facillimè nimium procliuus descensus est, nunquam debet in aurbus Fidelium vox illa Domini non sonare, qua Apostolus dicit. *Vigilate & orate ne intressis in tentationem.* Vbi si de vigilando tantum, non etiam de orando discipulos admoneret, solas liberi arbitrii vires videretur hortatus. Sed cum addidit: *Et orate,* satis docuit superni futurum muneri vt eos etiam vigilantes tentacionis procella non vinceret. Tale est & illud quod ait. *Simon, Simon! ecce Satanas populusauit vt vos * carneret velut triticum, ego autem rogatus pro te, ne d sciat fides tua, & tu tandem conuersus, confirma fratres tuos, & roga ne intressis in tentationem.* Si ergo defutura erat fides tanti Apostoli, nisi pro * co Christus oraret, inerat ei proculdubio mutabilitas, quæ posset in tentatione nutare. Et non ita iam perseverantia fuerat virtute solidatus, vt nullis periculis esset obnoxius. Siquidem tam grauius eum perturbatio etiam post ista conculserit, vt in Caiphæ domo vniu ancillæ interrogacione pauefactus, vsque ad trinam negacionem Christi (cui mortuum se sponderat) constantia deficiente perductus sit. Qui ergo tunc contritum cor Apostoli non humanis, sed diuinis conuenit oculis & ad largos pœnitentiæ fletus potenti incitauit aspectu, potuit hanc firmitatem animi præcipuo conferre discipulo, vt sicut ipsum Dominum nihil ab explendæ Passionis proposito deterrebat, ità nec beatus Petrus vlla tunc formido superaret. Sed hæc stabilitas illius tantummodò propria fuit qui solus verè poteratque dicebat: *Potestatem habeo ponere animam meam, & potestatem habeo sic illum sumere eam.* In ceteris vero hominibus, donec caro concupiscentiam aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & donec spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, incommutabilis animi fortitudo non potest reperiri, quoniam non huius, sed alterius vitæ est * verè perfecta & secura felicitas; in præsentis autem agonis incerto, vbi tota vita tentatio est, & ab * in fidiarij superbia nec ipsa est tuta victoria, mutabilitatis periculo non caret. Et licet innumeris Sanctus fuis donet virtutem perseverandi vsque in finem diuina protectio, à nullis tamen auferat quod ipsis repugnat ex ipsis, vt in omnibus

* C. add.
Matth. 10.
Luc 11.
* C. Caribaret.
* C. Regate. * C. Ca.
Ioan. 10.
Gals. Matth 16.
* C. Verz pacis per.
* C. In fidiarij.
Iob 7.
* C. Aucter.
Itudis

* C. de-
certent.
* C. ipsi.
Ioan. 21.

studii eorum atque conatibus semper inter se velle & nolle * decertent. Quam compungentiam idem beatissimus Petrus etiam in ipsa palmarum omnium consummatione perpeffus est. Si quidem hoc * ipse Dominus protestetur & dicat: *Amen, Amen dico tibi; quando iuuenis eras, praecingebas te & ambulabas ubi volebas, cum autem senueris, exendes manus tuas, & alius te praecingat, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esse Deum. Quis ergo ambigat, quis ignoret hanc fortissimam petram, quae ab illa principali petra communionem & virtutis fumpfit & nominis, hoc desiderium semper habuisse, vt ei * moriendo pro Christo constantia donaretur? Veruntamen ita inexcitabilis erat oblectatio trepidationis, vt viri martyrij auidissimos, adepturus quidem denunciaretur victoriam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igitur non solum ab incipientibus, verum etiam * ab prouectissimis Sanctis vniformiter Domino supplicatur & dicitur: *Ne nos * inducas in tentationem, sed libera nos a malo.**

Matth. 16.
* C. mori
pro Chri-
sto con.

* proue-
ctis C.
Matth. 6.
* C. infir-
mas.

Vniuersis enim qui in fide & dilectione permanent, ab ipso donatur ne in tentatione superentur, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Ipsamque gloriam iisdem quibus eam impetit, ascribit: vt quamuis auxilio Dei steterit, tamen, quia in fe habebant vnde cadent, ipsorum sit meritum quod steterunt. Igitur si qui crediderunt, iuuantur vt in fide maneant: sic & qui nondum crediderunt, iuuantur vt credant. Et quemadmodum illi in sua habent potestate vt exeant; ita & isti in sua habent potestate ne veniant. Fitque manifestum quod diuersis atque innumeris modis omnes homines vult Deus saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: sed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non veniunt, sua pertinacia reluctanter.

1. Cor. 11.

1. Tim. 2.

Promissa benedictionis omnium gentium ita compleitur quotidia, vt nec peruenitibus sit excusatio iusta, nec saluatis de sua iustitia gloriatio.

CAPVT XXIX.

* C. enim.
Ila. 40.

Quamuis * autem multi amantes tenebras suas, splendorum non recipiant veritatis, & multi qui illuminati fuerant, tenebrescant, verbum tamen Dei manet in aeternum, & de promissionibus veritate nihil excidit. Intra quotidia praecita & promissa gentium plenitudo, & in Abrahæ femine omnis gens, omnis tribus, omnis lingua benedicitur. Quod enim Pater Filio dedit, filius non amittit, neque quisquam potest de manu eius * eripere quod accepit. Firmum fundamentum Dei stat, & mansuri in aeternum templi aedificatio non vacillat, praeterea super omnes veritate & misericordia Dei: à quo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in iis quos promittit, efficitur. Ipse enim operatur omnia in omnibus. Sed omnia proculdubio iusta & bona. *Vniuersa enim via Domini misericordia & veritas.* Qui sicut praecituit ante saecula, quantum totius mundi hominum multitudine vel communibus via donis, vel specialibus adiuta praedictis, declinans tamen ab itinere veritatis & vitae, ingressura esset latitudinem erroris & mortis: ita semper praecogitatum habuit quantum piorum numerus per opem gratiae & per seruitutem obedientiae ad aeternam beatitudinem pertineret: vt nullo excidente de plenitudine promissorum, qui nec prouectu erat fallendus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret praeter omnibus quos elegit ex omnibus. Vniuersitati quippe hominum, quod abunde probauimus, ita multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper & consulit, vt neque vlli pereuntium excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis, neque cuiquam sit liberum de sua iustitia gloriari, cum & illos propria nequitia demergat ad penam, & istos Dei gratia perducat ad gloriam.

Ioan. 6.
& 10.
1. Tim. 2.
* C. rapere.
rc.

1. Cor. 12.
Pla. 24.

Repetitio primi capitis libri secundus.

CAPVT XXX.

Capit. 10.

Quod itaque in principio secundi huius voluminis insinuauimus, hoc nunc iterum commendamus, vt cum de gratia profunditate & altitudine disputatur, tribus illis saluberrimis & veracissimis distinctionibus finis innixi. Quorum vna profectura aeternum & proprium diuinæ esse bonitatis, vt omnes homines saluos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire. Alia simul praedicat, omnem hominem qui saluus fit, quique in agnitionem veritatis venit, Dei auxilio iuari & regi, vtque in fide quæ per dilectionem operatur, permanent, custodiri. Tertia vero temperanter & sobriè protestatur, non omnem voluntatis Dei comprehendi posse ratione, & multas diuinorum operum causas ab humana intelligentia esse subductas: vt cum in temporibus, in nationibus, in familiis, in parulis, in nondum natis & * genitis quædam aut variè aut insigniter gesta noscuntur, non * ambigimus ea ex illis esse quæ iustus & misericors Deus in hoc * transitorio saeculo noluit sciri. Quod quidem ad vtilitatem nostram depositum sentiendum est, vt quoniam * salui facti sumus, cui praeparauit Deus quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, sicut constanter credimus videndum quod nondum videmus, ita patienter expectemus intelligendum quod nondum intelligimus. Si ergo esset insidiosa malignitas; si insolens praesumptio conquelescat: his recedè (vt arborum) pertractatis, nullius superest causa certaminis, neque vltra necesse est nos interminabilibus quaestionibus operari.

Omnibus saeculis adfuisse omnibus hominibus generaliter Dei bonitatem; sed tantum saluandis peculiarem gratiam.

CAPVT XXXI.

ELaboratum est enim, quantum Dominus adiuuit, vt non solum in nouissimis diebus, sed etiam in cunctis retrò saeculis probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus affuisse, prouidentia quidem pari & bonitate generali; sed multimodo opere, diuersaque mensura: quoniam fide occultè, sine manifestè, ipse est (vt Apostolus ait) Saluator omnium hominum, maxime fidelium. Quæ sententia subtilissimè breuitatis & validissimè roboris si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc (de qua agimus) controuersiam dirimit. Dicendo enim: Qui est Saluator omnium hominum, confirmauit bonitatem Dei super vnuiuersos homines esse generalem. Adiciendo autem, Maxime fidelium, ostendit esse partem generis humani, quæ merito fidei diuinitus inspirata, ad summam atque aeternam salutem specialibus beneficiis prouehatur: quod vtique nulla iniquitate agitur iustissimi & misericordissimi Dei, cuius iudicium in his dispensationibus non cum arrogantia discutiendum, sed cum tremore laudandum est.

Inter Fideles varius esse gradus numerum Dei, idque non ex merito eorum, sed iusto & laetenti Dei iudicio.

CAPVT XXXII.

Si quidem in ipsis quoque Fidelium populis (quod iam superius ostenuim) non eadem omnibus, nec paria conferantur, & ante vlla humanorum pondera meritorum, dissimillima diuinorum mensura sit numerum. Si enim de parentum carnalium iudiciis conquiri non audeamus, cum aliquos filios suos ante vlla morum examina, ante aliqua pietatis obsequia,

indulgentiore amplectuntur affectu: in dominis quoque erga famulos libera est dispositio, nec iuste à quoquam reprehenditur, qui d. vnus conditionis familia quosdam sibi quos benignius honestat, & quos liberius erudit, elegit: nuquid de summi patris & veri domini benevolentissima equitate caudandum est, quod in magna domo eius innumeris differentiis vniuersa variantur? Cumque nemo aliquid boni habeat quod non ille donauerit, non omnes tamen iisdem virtutibus micant, aut eadem charitatum dote ditantur. Nec possimus hanc diuersitatem graduum causis aptare meritorum, cum totius boni meriti principalis causa sit gratia, de cuius opibus sumitur quicquid in singulis probabile reperitur.

Nemo perit, qui perire non debet: sed omnes ab aeterno electi salui fiunt.

CAPVT XXXIII.

Sicut ergo de iis quæ intra Ecclesiam multiforiter Spiritus sanctus operatur, ita etiam de illa prouidentia quæ Insuperabilibus præsidet, nullatenus murmurandum est. Quoniam & iustus & bonus arbitrii rei voluntatis iniquæ est, nec discretionis incertæ, vt sub immensa omnipotentis Dei misericordia atque iustitia putemus quod quisquam peccat, qui perire non debeat. Nulla pars mundi ab Euangelio vacat Christi. Et licet illa generalis vocatio quiescat, tamen etiam ista specialis iam vniuersis est facta communis. Ex omni gente, & ex omni conditione adaptantur quotidie millia senum, millia iuuenum, millia paruulorum: & affectibus gratiæ Christianæ, etiam ipsa quibus mundus atteritur, arma famulantur. Quam multos enim qui in tranquillitate pacis sacramentum baptismatis suscipere differunt, ad aquam regenerationis * confugere instantis periculi metus impulsi: & lentis tepidisque animis quod diu cohortatio quæta non suauis, minax subito terror extorsit? Quidam Ecclesiæ filij ab hostibus capti, dominos suos Christi Euangelio mancipant, & quibus conditione bellica seruebant, eisdem fidei magistero præfuerunt. Ad alij barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis locis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad sedes suas cum Christianæ religionis institutione remeant. Ità nihil obfistere diuinæ gratiæ potest, quominus id quod voluerit, impleatur, dum etiam discordiæ ad vanitatem trahunt, & plage in remedia vertuntur, vt Ecclesia vnde metuit periculum, inde sumat augmentum. Ad quoslibet igitur rerum humanarum exitus nostra conuertit inspectio, nulla sæcula, nulla negotia, nullo generationum ortus atque decessus ab æternis & inscrutabilibus iudiciis Dei vacare reperiet. Omnes varietatum compugnantia, & vniuersæ dissimilium prouentum causæ, quas inuestigate & discernere non valeamus, in illa æterna scientia simul notæ, simulque diuise sunt. Et nihil ibi inordinatum est, etiam de necdum existentium qualitatibus actionum.

Quoniam non est in Deo accidens motus, aut noua voluntas, aut tempore consilium, nec cogitatio eius cum rerum mutabilium inæqualitate variatur, sed cuncta pariter tempora & temporalia, sempiterno ac stabili comprehendit intuitu, de omnibus omnia iam retribuit, * qui quæ sunt futura, iam fecit. Hinc illud est beati Pauli Apostoli scribentis ad Ephesios. *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in Christo, sicut elegit nos in ipsorum mundi constitutione, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum Dominum nostrum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ,*

& cætera quæ sibi eiusdem sensus prædicatione conueniunt, docens donum atque opus gratiæ in æterno semper Dei manifeste consilio; omneque adoptionis filios non solum in eo tempore quo iam existentibus vocati sunt, sed etiam prius quam mundus * conderetur, electos. In qua electione quicquid hominum in Christo præcognatum non est, nulla eisdem ratione sociabitur. Omnes enim qui in regnum Dei de cuiuslibet temporis vocatione venturi sunt, in ista quæ sæcula cuncta præcessit, adoptione signati sunt. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratus, ita nullus piorum ab hac sorte discretus est. De plenitudine quippe membrorum corporis Christi, præscientia Dei, quæ falli non potest, nihil perdit, & nullo detrimento minui potest summa præcognata, atque in Christo ante sæcula æterna præelecta, sicut ad Timotheum scribens Apostolus, dicit: *Collabora Euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna.*

Non frustra laborari ad acquirenda bonorum operum merita, vel orationibus insisti: quauis incommutabile sit Dei propositum super salute electorum.

CAPVT XXXIV.

Contra hanc inuictæ veritatis splendidissimam lucem solent quidam non sobriè dicere, superflua ad acquirenda bonorum operum merita laborari, frustra etiam orationibus quibus Deus exorandus spectari, insisti, si ex incommutabili proposito eius Christianæ gratiæ subsistit electio, nec aliter quicquam procedere potest, quam omnipotentis voluntate dispositum est. Sed qui se in geniosè hoc arbitrantur opponere, non intelligunt scientiam Dei, quæ & præterita, & præsentia, & futura complectitur, temporum non tenet, & tam in conspectu eius astare ea quæ gerenda sunt, quam illa quæ aut geruntur, aut gesta sunt. Quod cum verissimum sit, non indiget mora cernendi & discernendi illa virtus quæ perpetuo vitæque contuiti creata & creanda, orta & oriunda, acta & agenda simul aspiciat; & quicquid in vniuersitate rerum per sæcula præfinita evoluit, ac multitudine varietatibus explicatur, id totum in eo iam ordine comprehendit quem ex ipsius summo illo perfectoque iudicio mundi huius finis acciet. Hæc autem æterna & semper tranquilla cognitio, nulla vos virget necessitate peccandi, nec inde manat iniquitas, vnde iustitia. Quia cum bonus Deus omnia bona fecerit, & mali nulla sit omnino natura, à liberis voluntatibus, quas vtique bonum fuit liberat fieri, spontanea est orta transgressio, & natura mutabilis, cuius incolumitas ab incommutabili pseudære essentia, à summo fe bono, dum proprio peruersè delectatur, abrupti, cui nunc ruina medetur gratia Dei.

Gratia datur electis, non vt orientur, vel à nullo hoste impetentur: sed vt bene operentur, & hostem vincant.

CAPVT XXXV.

ET propterea Iesus Christus venit in hunc mundum, vt soluat opera diaboli: quæ vtique sic soluantur, vt in destructione eorum etiam ab iis quibus succurrit, laboretur, quoniam & hoc à saluante donatur. Ideo beatus Apostolus: *Non solum autem, inquit, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum*

* C. con-
surgere.* C. quæ-
Ephes. 1.* C. con-
stitueret

1. Ioan. 5.

Rom. 5.

*rum sanctum, qui datus est nobis. Itemque idem ad Ephesios; Gratia, inquit, salutis estis per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur: Ipsius enim sumus signemum, creati in Christo, in operibus bonis, quae preparavit Deus, ut in illis ambulemus. Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat unde ornentur & meritis. Et fuisse dicitur, quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur ut electi sint. Virtutum quippe munera otiosa esse non possunt: Quoniam, sicut veritas ait, omni habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet, auferetur ab eo. Non igitur ad hoc datur continentia, ut concupiscentiis non repugnet. Nec ideo cuiquam tribuitur sapientia & intellectus ut non die ac nocte in Domini lege meditetur. Quid agit donum dilectionis, si benevolentiae sollicitudo non vigilet? Qui fructus est patientiae, si non habet fortitudo quod toleret? Aut quomodo in Christo pie vivere ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur? Vel pax quae est à Deo & cum Deo, non quid bene quaerit, si non discordat à mundo? Aut amor Dei poterit sine diaboli inimicitia obtineri? Neminem propterea Dei gratia intentabilem facit. Neque ob hoc caelestium armorum praesidio à dextris & sinistris instruitur Christiana militia, ut nullo cum hoste confligat, cum laudabilis sit * atque * felicius pugnantem non potuisse vinci, quam desiderem non potuisse tentari.*

Electio non tollit orandi studium; sed eius effectum per orationem & bona opera completur.

CAPVT XXXVII.

Orationum verò sollicitudinem diuinæ electionis proposito non resolu, vno testimonio euidenter probabo, ut caetera studio breuitatis omittam. In libro igitur Tobiae ad filium eius Tobiam Raphael Angelus dicit: *Memor esto mandatorum patris tui, quoniam praecepit tibi accipere debere uxorem de genere patris tui. Et nunc audi me, frater! noli computare demonium tuum, sed postula eam. Et scito quoniam dabitur tibi haec uelle*


*uxor, & cum intraueris in cubiculum, tolle de iecore piscis illius, & impone super carbones, & odor manabit, & odorabitur illud demonium, & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum ceperis uelle esse cum illa, surge prostratum ante, & d. precamini Dominum caeli, ut detur vobis misericordia & sanitas. Et nolite timere; tibi enim destinata est ante secula, & tu eam sanabis. Quamuis enim quod statuit Deus, nulla possit ratione fieri, stulti tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propositum liberi arbitrii deuotio relaxatur; cum implendæ voluntatis Dei ita fit præordinatus effectus; ut per laborem operum, per instantiam * supplicationum, per exercitia virtutum finit incrementa meritorum; & qui bona gesserint, non solum secundum propositum Dei; sed etiam secundum sua merita coronentur. Ob hoc enim in remotissimo ab humana cognitione secreto, præfinitio huius electionis abscondita est.*

De nullo ante finem vite huius pronunciari potest quid in electorum gloria sit futurus. & nullius lapsi est desperanda reparatio.

CAPVT XXXVII.

ET de nullo ante ipsius finem pronunciari potest, quod in electo: unum gloria sit futurus, ut perseuerantem humilitatem vultus metus seruet; & qui stat, videtur ne cadat; * & si forte aliqua victus tentatione conuerter, non absorbeatur tristitia, nec de eius miseratione à fidei, qui alleuat omnes qui * ruunt, & erigit omnes elisos. Dum enim in hoc corpore viuatur, nullus est negligenda correctio, nullus est desperanda reparatio. Oret itaque sancta Ecclesia: & pro iis qui crediderunt, gratias agens, proficentem eis perseuerantiam petat: pro iis autem qui extra fidem sunt, poscat ut credant. Nec ideo ab obsecrationibus cesset, si pro aliquibus exaudita non fuerit. Deus enim qui omnes vult ad agnitionem veritatis venire, non potest quemquam sine iustitia refutare.

F I N I S.



D. PROSPERI A Q V I T A N I C I, EPISCOPI R H E G I E N S I S, AD SACRAM VIRGINEM DEMETRIADEM,

Magnis præconiis veram humilitatem exaltantis, aduerfantemque illi superbiam digna vituperatione confundentis, ac per hoc ipsam ad elationem cauendam & praesidio sinceræ humilitatis armandam persuadentis,

E P I S T O L A.

ROSPER Episcopus sacrae virgini Demetriadi. Cum splendidissimæ sanctionis tuae sublimi propositum super humilitatis fundamenta consistere, piè & sapienter intelligis; in hoc vsque, o sacra virgo Demetriad! dignationem tuæ dignitatis inclinas, ut provectiones tuas etiam meo stilo exgas adiuvati. Quod ego, ad tenuitatem facultatis meae respiciens, omnibus modis recusarem; neque tam maturo & erudito animo cohortationum tuarum meas adhibere præsumerem, nisi fiduciam efficiendi id quod iubetur, à iubente conciperem: & tuis meritis atque orationibus considerem esse præstandum, ut oriatur in deserto aqua; & fiant in sicca terra flumina. Vnde collaborandum tibi mecum est, ut qui patientiam præstat paruulis, & linguas murorum facit disertas; iubeat de cordis mei ariditate profuere, quod sitis tua dignè possit haurire. Quæ ergo materia hyllo dabitur

& vnde loquendi tecum causa sumetur? Si laudes tuas scribere aggrediar, & Maiorem seriem quæ per te multum illustratur, euoluam: onerosum me fortè & impudentem videri posse arbitror, qui vel humanis tibi gloriæ tentationem adulando ingeram, vel tuis ac tuorum prædicationibus ingenium meum par esse præsumam. Si vero de commendando virginitatis bono disseram, superflua erit eius nunc propositi infinuatio, quod tu à primo ætatis tuæ flore sine humanis cohortationibus elegisti: & de quo in ter ipsa principia multi qui tunc in Ecclesia præminebant, meritò non siluerunt. Valde enim mirabile erat, & inter præcipua diuinæ gratiæ exempla numerandum: quod virgo Ancira super omnes fastigium trahens beatæ nobilitatis euecta, de cuius sanctitate atque auitas responsura posteritas, & familiaris votis expectabatur, & patriæ, conuerso repente animo desiderio caelestium nuptiarum declinasti mortale coniugium, & ve omnem

Ephes. 1.
C. 1.
Math. 3.
Psalm. 1.
1. Tim. 3.
C. C. vii. que.
* vox. felicius abest à C.

* C. sup. plican. tuum.
* C. ac. 1. Cor. 10.
* C. Cor. ruunt.

Psalm. 44.
1. Tim. 4.

Psalm. 104.
Psalm. 18.
Sap. 10.

omnem profapiam tuam etiam huius virtutis titulo consecraret, primam stupis tue perpetuam virginem Filio virginis ipopondisti. Illam ergo ætatem tuam & illa principia rationabiliter doctissimi vni suis adhortationibus incitant. Et licet plantationi suæ summus agricola valida ad prouectum tuum incrementa præberet: cooperatores tamen gratiæ Dei opportune piam adhibere culturam, vt gemen tenerum fortitudinis robur acciperet & dignos generotitate suâ fructus propofiti tui arbor afferret. Nostris autem paginis quid erit loci? & post ornatissima scripta excellentium magistrorum quid utilitatis in eo quem indicare dignatæ es, sermone reperies: nisi forte, quia & illorum in doctrinis & tuis studiis ad sublimiores gradus virtutem conuictudo proficit, cauendæ te elationis admonentem, & humilitatis tibi sinceritatem fida significatione commendem, vt in omnibus actionibus in quibus tibi bene conscia, non quibus audaces esse secuta! De hoc igitur congruentissimo tibi & saluberrimo bono quod Dominus donauerit, differamus: vt inspectioni nostræ non tantum vitibus eius, sed etiam occulta referentur. Est enim multiplex virtutis istius qualitas; & licet in exterioribus quoque pulchra sit, in intimis tamen suis multò est speciosior, multòque luculentior: vbi nihil ob curam, nihil turbidum, nihil est iniquitum, quia *pax multa diligentibus legem Dei, & non est illis scandalum.* Accelluri autem ad beatæ humilitatis intutum, omnem illam abiectiorem, quæ ignauos & inconstantes animos deprimit, repellamus. Nec generale nomen ita nos à iudicio discretionis excludat, vt omnes quoquo modo humiles putemus esse laudabiles. Inuitur quidem plerumque necessitas voluntatem, & ab imagine modestiæ parum differt forma segnitæ. Sed aliud est quod grauat, aliud quod exeret; nec in eundem finem venit labor indeclinabilis miserie, & experitæ fortitudo patientiæ. Vnum est paupertatis vocabulum, sed non vna mens pauperum; quia non idem est gaudere bene expensis diuitis, quod aut genere de non acquisitis, aut dolere de perditis. Timor etiam quæ Deus metuitur, nulla est in appellatione distinctio. Sed aliud est timere quia peccaueris, aliud timere ne pecces; & ibi est forma de supplicio; hic sollicitudo de præmio. Ob hoc enim de illo feruili metu dicitur, quia perfecta charitas foras mittit timorem. De hoc verò liberali; *Timor Domini manens in seculum seculi.* Remota itaque illa specie humilitatis quæ tota sine fructu est; voluntarios tantum pendamus affectus. Qui etiam in gradibus meritorum inueniuntur impates; non sunt tamen ab ipsa virtute discordes. Prima ergo humilitatis ratio in communis viræ versatur officii, quibus & diuina clementia conciliatur, & societas humana connectitur. Multum enim ad roborandum dilectionem valet; cum secundum doctrinam Apostolicam inuicem se homines honore præueniunt; & alter alterum superiorem existimantes amant seruire subiecti, & nesciunt timere prælati: cum & pauper diuitem non sibi dubitat anteferre; & diues pauperem sibi gaudet æquare: cum & sublimes non superbunt de claritate prosapie, & pauperes non extolluntur de communionem naturæ. Cum denique non plus tribuit magnis opibus quam bonis moribus, nec maior ducitur phalerata iniquorum potentia quam rectorum inhonora iustitia. Ab hoc æquo & modesto iure concordæ, in quo nullum de gradu superiore certamen, nec felicitas aut inflat propria, aut vitæ aliena: pulchre & mirabiliter à plensque proficitur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & se extra omnem confilitur dignitatem, & maunt apta esse iniuriis accipiendis quam idonea repellendis, vt impleatur quod ait Dominus: *Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: Et qui-*

cunque te angariaueris mille passus, vade cum illo & alia duo. Illud quod Apostolus docet dicens: *Quare non magis iniuriam accipis? quare non magis fructum patimini?* Tales enim multum ad imitationem ipsius Domini nostri & Saluatoris accedunt: *qui cum diuis esset, pauper factus est, & cum maledicere, ut non maledicere: & percussis se non comminabatur:* Et quoniam dixerat. *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos oderunt:* vt humifundis beneuolentiam confirmaret exemplo, ipse pro iis à quibus crucifigebatur, orabat. Qui ergo hdeliter & scienter intelligunt quo opere saluati & quo pretio sint redempti, nolunt de mundi huius sapientibus, nolunt esse de fortibus, quoniam, sicut ait Apostolus: *Quæ stulticia sunt mundi, elegit Deus, & confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contempnibilia elegit Deus, vt quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius:* id est, vt nemo se placere Deo per mundi sapientiam putet, quæ tota carnalis est, & à vera sapientia cum omni sua vanitate deltruitur. *Dominus enim nouis cogitationes sapientium, quoniam vana sunt.* Cum itaque discipuli veritatis humanam gloriam fugiunt, & à temporalium amote desiciunt, vt quæ Dei sunt sapient, non quæ hominum, proficiunt sensibus non desiciunt, neque vigorem cordis amittunt, sed excellentissimæ intelligentiæ lumen accipiunt, viuentes quidem in hoc mundo, sed omnes mundi strepitus relinquentes, vt redimant tempus, quia dies mali sunt. Quo autem pretio quis huius temporis aprius comparatur; quam vt ipsi mundo omnes diuitiæ, omnes dignitates & vniuersam cupiditatum materiam refundantur; & sancto beatoque commercio ematur Christiana libertas, fiantque filij Dei de paupertate diuites, de patientia fortes, de humilitate sublimes? Non enim vt dilectores huius seculi putant, prauicordis aut segnis est animi tetenas opes spernere, honores occiduos fastidire, nec ibi gloriam spernere, vbi laudatur peccator in desideris animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Vnde si vere intelligatur contemptus ille rerum presentium ad quæ tendat, & qualia concupiscat; nihil huiusmodi mentibus relictis, nihil inuenitur electis, quæ sacratissimi desiderii vniuersa transcendunt, neque ad villam creaturam, quamuis potentem atque mirabilem, sed ad ipsam omnium visibilibus & inuisibilibus ambiunt Creatorem; cui appropinquare clarescere est. Sed hæc virtus, quæ temporalis copiæ & patientiæ negligens, ad vitam æternam angusta & ardua mittitur, non debet voluntarios pauperes in consorium Christianæ humilitatis admittere: eos autem à societate boni huius excludete, qui ampla prædia, magnifica patrimonium, & multas in hoc seculo possident facultates: cum in populo Dei multo semper qui diuitibus vel vrentur, existerint, nec vilo modo vel dici vel cogitari liceat quod Abraham & Isaac & Iacob, quorum se esse Deum Dominus protestatus est, iudeo vera humilitate caruerit, quia pauperes non fuerunt. Aut quod vir sacratissimus Melchisedech, Domini & Saluatoris nostri preteritæ formam, non fuerit perfectè humilis, quia sacerdotio eminebat & regno. Vel quod beato Iob de quo Deus pronunciat, dicens: *Nunquid considerasti seruum meum Iob quod non sit ei similis in terra homo simplex & rellus, & timens Deum & recedens à malo?* Idè virtus ista desuerit, quia erant (sicut scriptum est) in possessione eius septem milia ouium, & tria milia camelorum, quingenta quoque iuga bouum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales. Quasi tunc istius gratiæ patreps factus est quando omnibus facultatibus perditis vniuersa quoque familia filisque priuatus.

Psal. 8.
* Obiectio.

1 Ioan. 4.

Psal. 18.

Rom. 11.

Math. 5.

1. Cor. 6.

1. Cor. 1. Pet.

Math. 2.

1. Cor. 1.

Psal. 5.

Exod. 3.

Iob. 2.

pinatus, & percussus vulnere pessimo à planta pedis vique ad verticem capitis, testa sanie radebat, sedens in stercore; ad imaginem elationis postmodum reuocatus est quando corporis incolomitate renouata, septem rursus filiorum triumque filiarum factus est pater, & duplo in vniuersam substantiam est ditatus augmento. Absit autem ab animis Fidelium tam irreligiosa persuasio; vt cuiquam Sanctorum quibus Deus & diuitias est largitus & honores, ad capiendum veræ humilitatis meritum credatur & opulencia obfuisse, vnde dignitas: cum eis ad huius virtutis prouectum vtraque profuerint. Quamuis enim tota vita hominis tentatio sit super terram, & tam abundantia quam inopia materia soleant esse peccati, cum vel diues extollitur ad superbiam, vel pauper profluit ad querelam; exiturum tamen in omni tempore, & in nostra quoque ætate non desunt, sicut & boni pauperes, ita & boni diuites. Nec frustra Beatus Apostolus Paulus Timotheum admonet, dicens: *Diuitibus huius seculi præcipe non superbe sapere, ne sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum: vt apprehendant veram vitam. Quod vique fieri in vniuersa Ecclesia quæ per totum mundum est diffusa, non dubium est, & pauperes Christi non eorum tantum facultatibus sustineri, qui vt expeditores Dominum lequerentur, simul & omnibus suis opibus exercent: sed eisdem operi etiam illorum substantias deseruire; qui possessioibus suis non aliter quàm rebus pauperum præsent: vt Ecclesiasticæ utilitati sub quadam procuracione famulentur, elaborantes singuli pro suorum virium portione, vt ad victum atque vestitum familie Dei necessaria conferantur, & simul prospicientes vt in donibus ipsorum sub iusto sanctoque moderamine omnes & benignitas foueat, & disciplina contineat, dicente Apostolo: *Si quæ autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit: & est infideli deterior.* Cuius itaque Ecclesie Dei quæ est corpus Christi, ita sit multimoda varietate contexta, vt in vnum decorem etiam quæ non sunt paria, concurrant; & de omni genere hominum, & de omni gradu flouiorum, de omni mensura operum, de omni qualitate virtutum fiat totius differentiationis inseparabilis connexio, & indifferens pulchritudo: nec desit soliditati quod non defuerit portioni, tantaque ibi sit pax, tantaque concordia, vt non possit esse nisi omnium quod est etiam singulorum; indubitanter appareat, copulatricem quandam esse virtutem, qua sibi confederatur & concinit multiplex Sanctorum vitas, & speciosa diuersitas. Hæc autem virtus vera humilitas est, quæ inter quoslibet meritum gradus nunquam sui potest esse dissimilis: Nam & in officio viciissitudine, & in mansuetudinis lenitate, & in voluntariæ paupertatis electione inuenitur multa distantia, & alter altero in propofiti sui deuotione aut maior aut minor est. In vera autem humilitate nihil diuifum, nihilque non solidum est: & idè omnes participes suos vnum facit, quia inæqualitatem ipsa non recipit. Huius igitur boni proprietates in confessione est gratia Dei; quæ tota repellitur, nisi tota suscipitur. Sicut enim alienus est à numero Fidelium & à sorte Sanctorum qui in aliquo à Catholica veritate dissentit, ita extra gratiam efficitur qui aliquid de eius plenitudine dissentit; quasi homo auxilium Dei in quadam actionum suarum parte egeat, in quadam autem parte non egeat; sitque vltimum tempus vllumve momentum quo perniciosum illi esse non possit, si ab eo Spiritus sanctus defuerit, qui vique secundum veræ deitatis essentiam, vbi que totus est, & omnia comprehendit: sed ab illis modo quodam intelligitur recedere, quos deserit guber-*

nare. Cessatio quippe auxilij eius pro absentia accipitur, quam sibi insanissimè vtilem putat, quæ in iis quæ rectè gesserit, se magis quàm Deum gaudet operatum. Plenè ergo & veraciter contentenda est gratia Dei: de cuius hoc primum munere est, vt auxilium ipsius sentiat. Propter quod dicit Apostolus: *Nis autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est; vt sciamus quæ à Deo donata sint nobis.* Vnde si quis est qui aliqua de habere existimat bona, quorum non Deus largitor sit, sed ipse sibi auctor existat, manifestum est hunc non Deo spiritum habere, sed mundi, & de illa secularis sapientie tumere doctrinà, de qua dicit Dominus: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens: vbi scriba? vbi confessor huius seculi & nomine sustulit fecit Deus sapientiam huius mundi: secundum quam (sicut ait Apostolus) quidam cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed enauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum: dicentes enim se esse sapientes, facti sunt.* Videlicet qualis superbis retributio d-beatur, & quali mercede replentur, qui si quomodo ad cognitionem veritatis accesserint, suæ hoc sapientie tribuunt, & de naturali ingenio gloriantur, atque quam Deum non Dei munere, sed proprij intellectus facultate cognouerint: Omnia quidem elementa mundi & vniuersæ creaturæ naturæ, hæc ipsa sui exigunt specie, vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciantur: & in pulchritudine cæli & terræ quædam sunt pagine ad omnium oculos semper patentes, & Auctorem suum nunquam tacentes: quarum protestatio doctrinam imitator magistrorum & eloquia Scripturarum. Sed quid illud est quo corporeorum sensuum exteriora pulsantur in agro cordis cui penditur ista cultura, nec radicem potest figere, nec germen emittere, nisi ille summus & verus agricolæ potentium sui operis adhiberit, & ad vitalem profectum ea quæ sunt plantata, perduxerit: Siue enim contemplatio creaturarum, siue factorum series voluminum, siue scientia differentium, sincero & affido testimonio prædicaret veritatem: *Næque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui inuocauerunt dat Deus.* Inter omnes igitur lapsus hominum, inter omnia commissa peccantium, nulla est grauior quàm superborum ruina: maxime cum ipsa elatio in Dei tendit iniuriam. Nam aliter inflantur qui cupiditate extollerent singularis omnibus appetunt anteferi; aliter verò intumescunt qui Dei auxilium refutantes, quæ fieri sine ipsius opere non possunt, ex sua pestici virtute contendunt, & spem suam à Domino auferunt, atque ad se transferunt, vt adimpleatur in eis quod scriptum est: *Maledictus homo qui spem habet in bonis, & firmat carnem brachij sui, & à Domino discedit cor eius.* Hæc superbia à diabolo sumptit exordium: qui quoniam suâ quam à Creatore accepit, potentia & dignitate sibi placuit, seque Auctoris sui gloriæ comparauit, cum iis Angelis quos consensu impietatis suæ traxerat à celesti sublimitate deiectus est. Et idè primis hominibus nocere potuit: quia illis male credulis per mendacia venenata persuasit, vt meliores se futuros putarent, si in libertate sui arbitrij proflerent, quàm si in legis datæ custodia permanerent. Siue itaque in lapsu diaboli, siue in præuacione hominis, initium peccati superbia est: quæ conuinceret & auaritia nominatur, quia vtraque appellatio eum significat appetitum, qui & suam mensuram concupiscit excedere, & non dignetur diues esse nisi propriis, tanquam habeat hoc simile Deo: vt bonorum suorum ipse sibi sit fons, ipse sibi sit copia. Hæc autem elatio de peruerso vsu donorum Dei nascitur: Nam si conditor naturarum nulla pulchra, nulla sublimia naturis rationabilibus contulisset: vnde se extollerent non ha-

1 Cor. 2

1 Cor. 1

Rom. 1

Rom. 1

1 Cor. 3

Hier. 17

Cap. 47
Carminis
de ingra-
tis.

Iob. 7

1 Tim. 6

2 Tim. 7

berent. Non enim de iis quæ non accepit, superbit, nec inflari quisquam de eo potest quod à participatione eius alienum est. Nunquam gloriatur de sobrietate * tumulenta; neque de benevolentia invidus, aut de lenitate sævus, vel de casti ate extollit impudicus. Ipsa se à virtutibus vicia fecerunt; & cum in peccatis agit, non in ista per naturam, sed ex mala voluntate concepta & propria diliguntur, quæ sicut scriptum est: *Mendax de proprio loquitur*. Cum autem in bonis & rectis actibus laudabilis vira dicitur; Dei est quod geritur. De quo quod amat, *Omne enim datum optimum; & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre Uirginum*. Vnde quia inter vicia aut nulla est, aut rariacantia, & facile spernitur qui de opprobrio gloriatur, malum superbie maxime virtutibus est cauendum, quia nullis opportuno inhiatior quam quibus lusa iuita debetur. Cum ergo per ineffabilem misericordiam Dei captiuis libertas, petitis salus, mortuus vita reparatur; cum in sacramento crucis & resurrectionis Christi ad nouitatem redit verusitas, & ad innocentiam regeneratur impietas, antiquus hostis malignus fremit & actus inatdescit, & cum in numeris nocendis artibus humanum genus nitatur euertere, ferens discordias, incitans iras, acens cupiditates suadens turpia, falsa commentans & errorum laqueos per opinionum commenta multiplicans, plus vitium de virtute stantium, quam lætetur de fragilitate labentium. Multi enim feruientes Deo, & in lege eius die ac nocte meditantur, crucifixerunt carnem suam de desideriis & concupiscentiis, iniquaque illecebrarum incientia domuerunt, non damnis victi, non persecutionibus fracti, non prosperitatibus deprauati, mundum istum nec dilexere obsequentem, nec timere terrentem. Tantam itaque firmitatem, & tam sublime propositum quam impugnatio diaboli posset adortiri, nisi ut quibus non potuerat persuadere vitiorum amorem, immitteret laudis cupiditatem; & inde nouissima instruetur tentatio, vnde nocuit prima decipio? Non itaque desidiis & tepidis, neque inertibus & incultis, sed magis quibusdam animis sedulis & honorum actuum probitate luculentis, per gloriam irrepit humanam, & quos impulsione non mouit, elatione defecit. Quando enim clariore erant meritis, nisi ut eos apertiores suis inuenit infidus. In paradiso namque Ecclesie constitutos, & virtutum delictis abundantem, ad confidentiam liberi incitauit arbitri; ut profectus suos in se constituerent, & ad arborem propriæ voluntatis manum præsumptionis extenderent. Resisterunt quidem huic impietati recta innumerabilia corda Sanctorum, & non solum docti qui que Pontifices, verum etiam in vniuersales Ecclesie plebes Apostolicæ Sedis ex imple infamiam noui dogmatis horruerunt: sed inueniunt quosdam viperina consilia, quibus doctrinæ suæ virus infunderent, & quorum linguam per dolos falsæ rationis amarent. Hinc illa erat naturæ humane fraudulenta laudatio, & illæque per omnes homines originalis defensio dignitatis. Hinc Adæ peccatum exemplo post-ris asserbatu nouissime, non tranctis: & quam illi possibile fuerat non violare mandatum, tam liberum esse vnicuique declinare delictum. Hinc cuacuatio baptismatis paruulorum: qui sola adoptione donari, nullo tamen reatu dicerentur absolui. Hinc postremo diuine gratiæ simulata & infincera confessio: quæ secundum merita daretur, non ex qua merita nascerentur, quam partem superbie prædicationis quidam sibi cum cætera abnuent, seruauerunt. Sed hoc eos aut nimis imperitæ, aut valde nequiter fecisse non dubium est: ut omnium generalem ruinam, meritum privilegio subleuantur: & cum inter nostros originalis peccati vulnera faterentur, inter suos tamen hoc tenere ostendunt, quod primorum

hominum præuaticatio solis imitatoribus offusse. Naturalem autem facultatem, nihil sui in alieno amississe peccato, cui & possibile esset & liberum per voluntariam deuotionem promereri gratiæ largitatem. Verum istam damnati dogmatis portionem Catholicæ mentes facile intelligunt, & merito decernunt. Dicente enim Domino Iesu: *Non est opus sanis medicum, sed malis habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores*: Conuincuntur isti in superbia etiam sine voce clamare? Sani sumus, opus medico non habemus. Quæ nobis expectanda sunt præsidia de ope gratiæ, quibus suppetunt vires de incolumitate naturæ? Non autem frustra Ioannes protestatur & dicit: *Eccc agnus Dei, ecce qui tollis peccata*. Nec frustra scriptum est: *Nemo mundus à sordo, ne infans cuius visum dici vicia est super terram*. Et, *Quis poterit facere mundum de inmundum conceptum semine? nonne tu quis solus es?* Propter quod sicut nunc in Ecclesia manet constitutio Saluatoris dicentis: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum colorum*: Irà sacratissimi erat in lege præuaticatio natus puer, nisi die circuncideretur octauo, exterminaretur anima eius de populo suo, nullum in hereditate Israël habitura consortium. Quæ omnia & multo plura documenta non tanta cura sacris paginis Spiritus sanctus inseruisset, si talis esset natura in filio Adam qualis in ipso est principaliter instituta. Sed quia Filius Dei venit ut solueret opera diaboli, & ut quaereret ac saluaret quod perierat: manifestum est omnes in Adam damnationi obnoxios esse nascendo, nisi in Christo liberati facerint nascendo. Vnde vigilanter nobis considerandum est, in ipso regenerationis munere quid geratur: Quamuis enim ad vnum concurrant omnes eiusdem mylterij portiones, aliud tamen est quod visibiliter agit, aliud quod inuisibiliter celebratur. Nec idem est in sacramento forma quod virtus: cum forma cum humani ministerij adhibeatur obsequio, virtus autem per diuini operis præstetur effectum. Ad cuius vtique potentiam referendum est, quod cum homo exterior abluatur, mutatur interior, & fir noua creatura de veteri, vala ire in vasa misericordiae transfuerunt, & in corpus Christi conuertitur caro peccati. De impiis iusti, de captiuis liberi, de filiis hominum fiunt filij Dei. *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt*. Quod quia indubitanter accipimus: verissimum est quod Apostolus docet dicens: *Quicumque enim spiritu Dei agitur, ij filij sunt Dei*. Vnde videant cuius se haberi filios velint, qui definirint omnes homines voluntate propria regi: cum idem Apostolus potestetur & dicat. *Qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius*. Refutata igitur superborum impia vanitate, quibus in peccatum etiam illa quæ in eis videntur laudanda vertuntur; nos illam humilitatem, cui virtus & gloria Dei est, eligamus, scientes Prophetam David cecinisse in Sanctis: *Domine! in lumine vultus tui ambulabunt; & in nomine tuo exultabunt vira die, & in tua iustitia exultabunt, quoniam gloria virtutis eorum tu es*. Qui & alibi pussimè constituit Dominum in Sanctis suis esse laudandum, dicens: *Mirabilis Deus in Sanctis suis*. *Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ*. Hinc etiam Hieremias concordat, & dicit: *Hæc dicit Dominus. N non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in diuitiis suis; Sed in hoc glorietur qui glorietur, intelligere & scire quia ego sum Dominus*. Iple verò intellectus & scientia vnde habeantur, pandunt Proverbia Salomonis, & dicunt: *Quoniam Dominus datus sapientiam, & à facie eius scientia & intellectus*. Vnde in Ecclesiastico libro ipse legitur, quod & corda & opera iustorum in manu Dei sint; & tantum in

* remulgentas.

Ioan 8.

Iacob. 1.

Math. 9.

Ioan. 1.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Rom. 8.

Ibidem.

Psal. 88.

Psal. 67.

Hier. 9.

Prou. 2.

in studiis suis proficiant, quantum eos ille prouerit. *Quumcunque*, inquit, *laborauerit homo vt quas non inuenit*. Et quodcumque dilexit Sapiens vt inuenit, non potest inuenire, quia vniuersum hoc vidit cor meum, quia iusti & sapientes & operationes eorum in manu Dei. Tale est quod Apostolus predicat, dicens: *Omne verbum bonum, & omne opus sanctum donum est Spiritus sancti, sine quo nihil recte agitur*. Ideo, inquit, notum vobis facio quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Diuisiones sunt gratiarum, idem autem Spiritus: & diuisiones in manifestationibus sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Aliis quidem per Spiritum datur sermo sapientie, alij autem sermo scientie, secundum eundem spiritum; alij fides in eodem spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia; alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum: hec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuinitus singulis prout vult. Sunt & alia innumerabilia testimonia, quæ ex paginis & noui & veteris testamenti, quadam conclamatione confirmant hanc esse veræ humilitatis excellentissimam dignitatem, vt omnia quæ hominem faciunt Christianum, ad diuinæ gratiæ donum referantur. Sed tantam multitudinem sententiarum in vnum congerere inmodicum fuit; præsertim cum mihi sermo esset ad sanctimoniam tuam, cui ex formula eorum quæ commemoramus, omnia se aut recordanti offerunt, aut legenti; licet quadam etiam breuissima tantæ sententiarum, tantæ quæ virtutis, vt nullo aduersantis ingenio possint in sensum alium detorqueri. Nam quæ cõrãditã admiri potest in eo quod ipsa Veritas discipulis suis per Euangelij Ioannis dixisse narratur. *Sicut palmet, inquit, non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis*. Ego sum vite, vos palmet. *Qui manet in me, & ego in eo, hic feret fructum quia sine me nihil potest facere*. Nonne conuincit palmes elatas quod omni fertilitate vacuatur, si viris vberitate non alitur: Quis enim sine auxilio gratiæ fructum potest afferre iustitiæ? Aut quis audeat dicere se à Christo non diuidi qui Christum in se difficitur operari? An forte verendum est ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ propriatur Deus, ad ipsam deducimus esse referenda. Quod nequaquam esse consequens veritatis offenditur. Operante enim spiritu Dei, iuuatur arbitrium, non aufertur, & hoc agit gratia, vt voluntas peccate corrupta, vanitatis ebria, seductionibus circumseptã, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus suis; sed per opem miserentis medici curata reualeat, & gaudeat se non interrogantem edoctam, & non querentem esse quam sitam. Quia impletur quotidie quod Esaias Propheta prædixit; *Qui vult non est annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligunt*. Quomodo autem hoc fiat, Ioannes apostolus docet dicens: *Scimus quia ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum: vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius*. Quod vtique nunc eadem potentia Dominus indelicenter operatur qui ait: *Eccc ego vobiscum sua omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*. Vt ergo misericordiam Dei queramus, Dei misericordia est, qui ait: *Miserere cui miseris ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero*. Vnde mirè per Hieremiam idem Dominus manifestat quod Dei gratiam nemo præueniat merito suo, sed propter dilectionem qua Deus diligit, etiam auersos ad misericordiam trahit. *Dilectione, inquit, æterna dilexite; propterea traxite ad misericordiam; quia edificabo te & edificaberis, virgo Israhel*. Cui sententiæ Ioannes quoque Apostolus con-

gruit, dicens: *Non quasi nos dilexerimus Deum; sed 1. Ioan. quoniam ipse dilexit nos*. Et infra: *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos*. Paulus quoque Apostolus in eadem est sententia, dicens in epistola ad Timotheum, secunda: *Collabora Euangelio secundum virtutem Dei qui nos liberauit, & vocatus vocari me iustitiam non secundum opera nostra, sed secundum propitium suum & gratiam que data est nobis ante tempora æterna*. Ad Titum etiam scribens docet, nullo bono hominis merito Dei gratiam præueniri. *Erramus, inquit, & nos insipientes aliquando, increduli, sed secundum mercedem dei derisus & voluptatibus variis in malitia & invidia agentis, adhibiles, odientes iniuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri, nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam [alios nos] fecit, per lauacrum regenerationis Spiritus sancti: quem effudit abunde in nos per Iesum Christum Saluatorem nostrum, ut iustificati gratiã ipsius, heredes sumus secundum spem vite æternæ. Omnis igitur illuminatorum mentium pius motus, alienari quidem non potest à propria hominis voluntate: Si quidem nihil id eã facit, nisi quod volens egerit; sed vt ad id quod æquum & vile est, animi tendat intentio, de illius æternæ & incommutabilis voluntatis inspiratione concipitur. Et sicut arte medici fit in oculis caligantibus, vt possint videre quod non vident, nec tamen non ipsorum est visio quant medicina cõtulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus, per Spiritum sanctum acies obducat tergatur, & de vero lumine tenebræ iam & deficientis lucernæ lumen accipiunt, nec tamen nisi ipsarum est quicquid fulgoris accipiunt. Vnde dicit Dominus; *Luc. 12. veni misere in terram; & quid volo nisi vt ardeat? Et idem iubet, lucernæ nostræ sint semper ardentes, vt scilicet superno igne accensus animus non tepescat, sed tubet semper ardere ac vi uigorem eius aliqua turba aduersitas, vnde caput in flammam, inde postcat igniti. Proinde quia manifestissime & Prophetica, & Evangelica, & Apostolica doctrina, nec superbos nos velle esse, nec deducere cooperato: eos esse oportet gratiæ Dei, vt illam excitantem iuuantem, locuplerantem, & quotidie prouehentem, vigilanter & sobriè sublequamur; nunquam cessantes ab actione gratiarum, quia inter secunda vitæ istius & aduersa, quibus gemina semper tentatione pulsamur, si proficimus, inde alimur, si stamus, inde subsistimus, si recidimus, inde reparamur. Dicit enim Spiritus per Prophetam Dauid; *A Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius uolet. Cuna ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam*. Non itaque frustra præcipitur vt boni simus, cum dicitur; *Declina à malo & fac bonum*. Sed nec frustra per Hieremiam dicit Dominus; *Timor meus dabo in cor eorum, & uisitato eos, ut bonos eos faciam*. Nec superflua erat præceptio Pauli Apostoli ad Romanos dicens; *Noli uincere à malo, sed uince in Rom. 2. bono malo*. Cum Corinthiis dicat, *Oramus autem ad Deum, ut nihil malis faciatis*. In omnibus enim monitis Dei atque mandatis vna eademque ratio est & diuinæ gratiæ, & humanæ obedientiæ. Nec ob aliud vnumquod datur præceptum, nisi vt quaratur præcipientis auxilium. Voces enim docentium & litteræ peginari m que ad eruditionem audientium vel leuigentibus Deo feruunt non carent eius virtute qui seruientibus quando id quod iubetur, ab obediente perficitur, tuac effectus diuini operis declaratur. Vigilant autem tentatoris insidiæ, vt ubi proficit deuotio, surrepat elatio, & vt homo de bono opere in se potius quam in Domino gloriatur. Sed sollicitudo nos à postolam contra hec periculum monet, dicens: *Cum timore & tremore uos seruatis salutem operamini. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate*. Quantò ergo excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tantò maiores habent causas formidinis & tremoris: ne de**

1. Cor. 12.
1. Ioan. 15.
Esaï 52.
1. Ioan. 5.
Matth. 28.
Exod. 32.
Rom. 9.
Hier. 31.

2. Tim.
Tit. 3.
Luc. 12.
Psal. 36.
Psal. 36.
Hicr. 31.
2. Cor. 12.
I. philip. 2.
I. philip.

ipſis probitatis augmen- ſis mens ſibi conſcia, & laudis au- dia, in ſuperbia rapiatur exceſſus, & fiat imunda vanitate, dum ſibi videtur clara virtute. Sed contra hoc periculum quid beatus Petrus in prima epifto- la prædicat, audiamus : *Si quis, inquit, loquitur tanquam ſer- mones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute quæ ad- miniſtrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Je- ſum Chriſtum cui eſt gloria & imperium in ſæcula. Item idem in epifto- la ſecunda : Gratia, inquit, vobis adim- pleatur in recognitione Domini noſtri Jeſu Chriſti qui nunc omnia nobis diuina virtute ſua que ad vitam & pietatem pertinent, donauit per agnitionem ſuam; qui vocauit nos propria gloria virtute, per quæ maxima nobis & præpoſita promiſſa donauit, ut per hæc efficiamus diuina conſortes nature, fugientes tunc que in mundo eſt, conſuſipientia corruptionem.* Si ergo omnia que ad vitam & pietatem pertinent, Deus nobis diuina ſua virtute donauit, nihil magis fugiendum eſt quam appetitus huius conſuſipientie: que virtutem negat diuini operis amore proprie dignitatis. Et cum aliæ cupiditates ea tantum bona quibus aduerſantur imminuant: hæc dum omnia ad fe trahit, ſimul vniuerſa corrumpit. Cum itaque totius ſuperbiæ generale nomen odioſum ſit: ſiue illa de honore ſuo, ſeu de nobilitate, vel de immodicis opibus intumefcat: hæc pars ipſius omnibus tentationibus nocentior inuenitur, que videtur iis quas perditas cupit, amica eſſe virtutibus. Sed quia ſublimiore quæque grauius corruant, gaudet princeps ſuperbiæ, eos quos poterit ſua impuſione proſternere, ad ce- leftia creuſſe. Huic autem malo firmiſſimum bonum humilitatis occurrit. Quam ideo diximus veram: quia omnium virtutum inexpugnabilis fortitudo, & quædam ſuorum eſt vita membrorum. Diſcernimus enim illum ab iis officiis que poteſt etiam cum mundi ſapientibus habere communia: & in eo proprietatem ipſius definius, quod per omnia Deo ſubditur. Nec poteſt quicquam de meritis ſuis perdere, quorum cauſas atque profectus non in ſe, ſed in ſuo Auctore conſtituit. Dignum quippe eſt vt imago Dei Deo ſplendeat, & inde pulchra, inde fit compta, dicens: *Signatus eſt ſuper nos laueis vultus tui Domine.* Alioquin adultera eſt, & à diuino aliens cordis: ſi alterius cuiuſquam decorem in ſpeculo ſui cordis oſtendat aut vllis aliis monilibus acq̄ueſcit ornari, niſi illis que de theſauris ſponſi per ſancti Spiritus pignus accepit. Si autem qualibet anima Chriſtiana huius debet continentie ſoliditate muniri: quia omnes nuptiale ſacramentum in quocunq̄ue vocationis ſua ordine ſuſceperunt: quanto magis perſonæ tuæ dignitas præſidio huius virtutis amanda eſt, cui de opulentiffimis gratiæ Dei donis tam multiplex ſe ingerit materia gloriandi. Quamuis enim communis ſit tibi cum multarum virginum puritate virginitas, non tamen facile reperitur que poſſit tibi magnificentia domus & ſplendore antiquiſſimæ familiæ comparari. De quibus vt non ſuperbias, nec tibi hoc ipſum quod eis Chriſtum præpoſueris, aſcribas: ipſa eſt vera humilitatis, vera charitas, vera virginitas. Ab omni quippe contaminatione mens libera eſt; que ſue in ſe, ſiue in proximo nihil diligit, niſi quod ex Deo eſſe nouit: Nam amare aliquod quod non ex opere & ſpiritu Dei ſit, non eſt caſta dilectio, & ſufficit tentatoris ſublimes & claras animas hac illuſione violaffe, vt quas ad illicita non impulit, placendo ſibi ad elationem deiecerit. De hac charitate ſine dubio Apoſtolus loquebatur, & iſtus proprietatem ſubtiliſſimis diſcretionibus eliquabat, dicens: *Si lingua hominum loquitur & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æſ fonans aut cymbalum tintiens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & habuero omnem fidem, ſi autem non habeam, factus ſum velut æſ fonans aut cymbalum tintiens. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes ſci-*

entitates meas, & ſi tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. In quantum definitionum formula multo laboraremus obſcurio, niſi ſequentia demouerentur que eſt ſpecies iſtus charitatis, cui ſoli tot operum labores, tot virtutum merita non præſent. Eſto enim vt multiplex loquendi peritia que non ſolum ad omnem humanæ ſcientiæ artem, ſed etiam & Angelici eloqui præuenire facultatem, ſi charitate careat, inutili æris ſono & tintinnit fit comparabilis cymbalorum. Eſto vt habes prophetiam, ſcientiam, habens ſilem demonibus impetantem, nihil ſit, qui à charitate ſit vacuus; vt etiam ille ab hac eſſe poſſit alienus, qui in alimoniam pauperum ſuas diſtribuit facultates, vel qui corpus ſuum igne torrendum pro Chriſti confeſſione tradidit: incredibile videretur, niſi beatus Paulus hoc diceret; qui tamen cum eiſdem charitatis membra deſcriberet, doceretque qualis eſſet hæc virtus, ſine qua nulla poſſunt prodeſſe virtutes: *Charitas, inquit, patiens eſt, benigna eſt, charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non querit que ſua ſunt, & reliqua.* Inflatio ergo & ambitio, & propriorum bonorum ſuperba deſenſio poſſunt deſtruere elemoſynas, poſſunt euacuate martyria: ſi & magnas opes amore quis humanæ laudis effundat, & ſæua ſupplicia non eâ fortitudine quam Deus tribuit, fed eâ quam de fe præſumpſit, ex- ptiat. Hoc eſt enim propriâ diſtincta inflatio, hoc vanâ gloriam quibuslibet ambire diſpendiis: hoc poſtremo eſt nolle habere que Dei ſunt: & ibi ſuum conſtituere meritum, vbi diuini ceſſarit auxilium: hæc ſuperbia omni peccato nocentior, omni genere eſt elationis inſanſor. A quibuslibet enim lapſibus delictorum facile ſurgit, quando opem à reparatore ſuo poſcit eluſus. Huic autem ruinæ nihil ſubuenit, quæ aut diſtincte peccatum ſuum ſuperbus agnoſcit, aut tamen ſi intellexerit, non currit ad medicum; ſed de ſe ſibi remedium pollicetur: nec vquam ibi proficit curia, vbi morbus eſt ipſa medicina. Huic autem corruptiſſimum peſtilentiæ ipſius flatum ſpiritus veræ humilitatis & veræ charitatis excludit. In nullo enim hæc virtutes ab iuuicem diuiduntur, & ambarum tam indiffereta connexio eſt, vt qui in vna earum conſtituitur, ſimul vtraque potiatur. Sicut enim pars charitatis eſt humilitas, ita pars humilitatis eſt charitas. Et ſi illa recolamus que ſine bono charitatis inſiſtuola eſt Apoſtolus deſcribit, inuenimus eadem ſimile habere charitatem, ſi eis humilitas vera deſuerit. Quem enim fructum habebit aut cum inflatione ſcientia, aut cum humana gloria fides, aut cum iactantia largitas, aut cum elatione martyrism? Vnde quia in diſtinctione ſuperbiæ & humilitas tendit & charitas: de vtraque habeatur dictum, quicquid de vna eſt diſputatum. Super eſt nupte, ſacraſſima Dei virgo: vt ſobrio caſtoque iudicio ſancti cordis tui arcam diſcutias & aculeo totius elationis obruto, inueſtigas in te atque dimmeres que & qualia tibi Sponſus tuus dona contulerit: que à me non oportuit recenſeri, ne aut plura contexerem, aut pauſiora recurrerem. Verendum enim tuæ oneroſa foret etiam vera laudatio, & ipſe contra diſputationem meam facerem, ſi cui ab humana gloria continentiam ſuaſiſſem, ad eandem te tuis præconiis incitarem. Ipſa ergo aulam tuæ mentis ingredere, & in ſecretario puriſſimæ conſcientiæ tuæ, qualia tibi reſpoſita ſint ornata circumſpice, & quicquid tibi ſplendidi, quicquid pulchrum precioſumque reperiſſeris, diuini operis & muneris eſſe ne dubites: ita vt in omnibus bonis opulentie tuæ & gratiam donatoris & ius proprietatis agnoſcas. Accepit enim que habes: & quicquid tibi diligentia tui laboris accreuit, per ipſum tibi eſt auctum, per quem fuerat inchoatum. Itaque vtendum tibi eſt eis que largitus eſt Deus: & ab eodem ſemper eſt petendum vt donis eius fideliter & ſcienter vtaris. Quid enim nobis boni poteſt eſſe

1. Petr. 4.

2. Petr. 4.


Pſal. 4.

1. Cor. 13.

sine ipso, quandoquidem etiam vt rectè oremus, ex ipso
 est, dicente Apostolo, *Nam quid oremus sicut oportet, ne-
 scimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenar-
 rabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret
 spiritus, quoniam secundum Deum postulat pro Sanctis: Et
 ne dubium esset de quo spiritu loqueretur iam supra
 dixerat, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in
 timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo
 clamamus: Abba, Pater. Itaque ipse spiritus testimonium
 reddit spiritui nostro quoniam sumus filij Dei. Si autem filij
 & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi:
 si tamen compatimur vt conglorificemur. Implet igitur
 Spiritus sanctus organum suum: & tanquam fila chor-
 daram tangit digitus Dei corda Sanctorum. Qui ideo
 cum die Pentecostes in Apostolos pleneque creden-
 tium, sicut à Domino fuerat promissus, influeret in
 specie linguarum apparuit igneam, & loquelis om-
 nium nationum eos super quos infererat, fecit affari vt
 dubium non esset per ipsius inspirationem, vtilem af-
 fectum, rationabilem sermonem animis fidelium mi-
 nistrari. Sicut ipse Dominus discipulis suis insinuauit,
 & dixit: *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo
 aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora quid
 loquamini. Non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus
 Patris qui loquitur in vobis.* Quod vt non in solo magna-
 rum tribulationum tempore credamus fieri, sed etiam
 in pace prestari, audiamus Apostolum dñicentem
 1. Cor. 1. quod ipse quoque cogitationes nostræ nisi à Deo nobis
 infuse fuerint, rectè esse non possint. *Fiduciam, inquit,
 talem habemus per Christum ad Deum: non quod suffi-
 cientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed
 sufficientia nostra ex Deo est.* Vnde cum Sanctorum animis
 ex Deo sit, vt illis meditatio iusta, petitio effectus,
 actio ex Deo sit, in fide firmitas, in tribulatione pa-
 tientia, in persecutione victoria, magna est in vera hu-
 militate felicitas, cui Deus dilectio, Deus sapientia,
 Deus consilium, Deus fortitudo est. Nec dubie ista*

subiectio iam ex magna parte in illius futura beati-
 tudinis est constituta consortio: *Vbi Deus vni omnia in
 omnibus.* Quod ideo in hac vita ad plenum non potest
 obtineri, quia nondum mortale nostrum induit im-
 mortalitatem, nec corruptio transit in incorruptio-
 nem: caro adhuc contra spiritum, & contra carnem
 spiritus concupiscit, nec inuenitur in vilo hominem
 tanta concordia, vt legi mentis lex que membris est
 instat, non repugnet. Propter quod ex omnium sanctorum
 persona accipitur quod Ioannes Apostolus ait; *Si
 dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos sedu-
 cimus, & veritas in nobis non est.* Cum tamen idem ipse
 dicat: *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam
 semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex
 Deo natus est.* Vtrumque ergo verum est: quia & nemo
 sine peccato est: in eo quod nemo est sine lege peccatis;
 & qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia per legem
 mentis, id est, per charitatem, quæ Dei semen est, pec-
 catum non facit. Charitas enim operit multitudinem
 peccatorum, & sine qua nullum potest bonum, per
 quam deletur omne peccatum. Dum igitur, corpus
 quod corruptum, aggrauat animam, & deprimit terrena
 inhabitatio sensum multa cogitationem, non quidem ubi-
 netur vt iam anima in omnibus Deus sit, quia nullus
 est sine tentationis stimulo & sine mutabilitatis incer-
 titudo: sed quia, *Omne datum optimum, & omne donum per-
 fectum, desursum est, descendens à Patre luminum:* Sine
 dubio inue h'berit virtutum omnium portio, vnde
 habebitur plenitudo; & tantò quilibet est beator,
 Deoque coniunctior, quantum plus in eo fuerit gratiæ
 diuine quam actiōnis humanæ. *Benedic itaque Do-
 mino in omni tempore, & laus eius in ore tuo si semper.*
 Anima autem tua non acquiescat nisi in Domino lau-
 dari. Superbi quidam refragabuntur: sed mansueti
 hæc audient & lætabuntur.

F I N I S.



D. PROSPERI AQTIVANICI, EPISCOPI RHEGIENSIS,

EPISTOLA AD AVGVSTINVM DE RELIQTIVIS

PELAGIANÆ HÆRESEOS.

DOMINO Beatissimo Papæ, ineffabiliter
 mirabili, incomparabiliter honorando,
 præstantissimo patrono, Augustino Pro-
 spero ignotus quidem tibi facie, sed iam
 aliquatenus, si reminiscaris, animo ac ser-
 mone compertus: nam per sanctum fratrem meum
 Leontium diaconum misisti epistolas & recepi; nunc
 quoque Beatitudini tuæ scribere audeo, non solum sa-
 lutationis vt tunc studio, sed etiam fidei qua Eccle-
 sia viuit, affectu. Excubante enim pro vniuersis mem-
 bris corporis Christi vigilantissima industria tua, &
 aduersus hereticarum doctrinarum infidias verita-
 tis vitæ pugnante, nullo modo mihi verendum pu-
 tavi ne onerosus tibi, aut importunus essem in eo
 quod ad multorum salutem, ac perinde ad pietatem
 tuam pertinet, cum potius reum futurum esse me
 crederem, si ea que valde perniciosa intelligi, ad spe-
 ciale patronum fidei non referrem. Multi ergo ser-
 vorum Christi qui in Massiliensi vrbe consistunt, in
 Sanctitatis tuæ Scriptis, que aduersus Pelagianos hæ-
 reticos condidisti, contrarium putant Patrum opinio-
 ni & Ecclesiastico sensui, quicquid in eis de voca-
 tione electorum secundum Dei propositum disputasti.
 Et cum aliquandiu tarditatem suam culpæ malue-
 rint, quàm non intellecta reprehendere, quidam que
 eorum lucidiotem super hoc atque aptiorem Beati-

tudinis tuæ expositionem voluerint postulare, euenit ex
 dispositione misericordiæ Dei, vt quum quoddam
 intra Africam similia mouisset, librum de corre-
 ptione & gratia plenium diuinæ autoritatis emitte-
 res. Quo in notitiam nostram insperata opportunitate
 delato, putauimus omnes querelas resistentium so-
 piendas, quia vniuersis questionibus, de quibus con-
 sulenda erat Sanctitas tua, tam plene illic absoluteque
 responsum est, quasi hoc specialiter studueris, vt que
 apud nos erat turbata, componeres. Reversito autem
 hoc Beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctam atque
 Apostolicam doctrinam tuam autoritatem antea seque-
 bantur, intelligentiores multò, instructioresque sunt
 facti; ita qui peruersiōnis suæ impediabantur obscuro,
 aueriores quam fuerant, recesserunt. Quorum tam
 abrupta dissensio primum propter ipsos innotenda est,
 ne tam claris, tamque egregiis in omnium virtutum
 studio vitis spiritus Pelagianæ impietatis illudat, ne
 simplices qui apud quos horum magna est de-
 probitatis contemplatione reuerentia, hoc tutissimum
 sibi æstiment, quod audiunt eos quorum autoritatem
 sine iudicio sequuntur, asserere. Hæc enim ipsum
 definitio ac profusio est; omnem quidem hominem,
 Adam peccante, peccasse; & neminem per opera sua,
 sed per Dei gratiam regeneratione saluari; vniuersis ta-
 men hominibus propitiationem que est in Sacramento
 sanguinis

sanguinis Christi, sine exceptione esse propositam, ut quicumque ad fidem & ad baptismum accedere voluerint, salui esse possint; qui autem credituri sunt, quive in ea fide quæ deinceps per Dei gratiam sit iuvanda, mansuri sunt, præcise ante mundi constitutionem Deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratia vocatos, dignos futuros electione, & de hac vita bono sine excelsiorum esse præiudicis. Ideoque omnem hominem ad credendum & ad operandum diuinis institutionibus admoneri, ut de apprehendenda vita æterna non desperet, cum voluntaria deuotioni remuneratio sit parata. Hoc autem propositum vocationis Dei quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorum & reiciendorum dicitur facta discretio, ut secundum quod placuit Creatori, alij vasa honoris, alij vasa contumelie sint creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & Sanctis occasione * torporis afferre: eo quod in vitamque partem superfluum labor sit, si neque celestis vlla industriâ possit intrare, neque celestis vlla negligentia possit excidere. Quoque enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quam Deus definitur, accedere, & sub incerta spe cursum non posse esse constantem: cum si aliud habeat prædestinatis electio, casta sit annitentis intentio. Remoueri itaque omnem industriam, tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præueniat voluntates: & sub hoc prædestinationis nomine, fatalem quandam iudicij necessitatem: aut diuersarum naturarum dei Dominum conditorem, si nemo aliud posse esse quam factus sit. Atque ut beatus ad plenius quod opinatur exponam; quicquid in libro hoc ex contradictentium sentis, Sanctitas tua sibi opposuit, quicquid etiam in libris contra Iulianum ab ipso sub hac questione obiectum potenter debellasti, hoc totum ab istis Sanctis intensissimè declamatur. Et cum contra eos scripta beatitudinis tuæ, validissimis & innumeris testimoniis diuinarum scripturarum instructa proficimus, ac secundum formam disputationum tuarum, aliquid etiam ipsi quo concludantur astruimus, obstinationem suam veterare defendunt, ut ea quæ de Epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationem diuinæ gratiæ præuenientis electorum merita profertur, à nullo vquam Ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nunc sentiuntur, affirmet. Dumque ut ipsi ea exponant, secundum quorum velut lensa depositio, nihil se proficentur inuenisse quod placeat, & de his ræceri exigunt, quorum altitudinem nullus attingeret. Eò postremò peritiam rota descendit, ut fidem nostram ædificationi audientium contrariam esse definant, ac sic etiam si vera sit, non promendam: quia & perniciosè non * recipienda tradantur, & nullo periculo quæ intelligi nequeant, conticeant. Quidam verò horum in tantum à Pelagianis semitis non declinant, ut quum ad confitentiam eam Christi gratiam quæ omnia præueniat merita humana, cogantur, ne si meritis redditur, frustra gratia nomenur; ad conditionem hanc velint vniuersiusque hominis pertinere, in qua cum nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrij, & rationalis gratiæ Creatoris insituit ut per discretionem boni & mali & cognitionem Dei, & ad obedientiam mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem: atque ad hanc gratiam quæ in Christo renascimur, peruenire, per naturalem scilicet facultatem, petendo, querendo, pulsando: ut idè accipit, idè inueniat, idè introeat, quia bono naturæ bene vsus, ut ad istam salutem gratiam initialis gratiæ ope meruerint peruenire. Propositum autem vocantis gratiæ in hoc omnino definitur, quod Deus constituerit nullum in regnum suum, nisi per sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc salutis donum omnes homines vniuersaliter, siue per naturalem, siue per scriptam legem,

siue per Euangelicam prædicationem vocari: vt & qui voluerint, sicut Filij Dei, & inexcusabiles sint qui fideles esse noluerint: quia iustitia Dei in eo fit, ut qui non crediderint, pereant: bonitas in eo appareat, si neminem repellat à vita, sed indifferenter vniuerses velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Iam hinc profertur testimonia, quibus diuinarum scripturarum cohortatio ad obediendum incitat hominum voluntates, qui ex libero arbitrio, aut faciant quæ iubentur aut negligant: & consequens putant, ut quia præuaricator idè dicitur non obedisse, quia noluit: Fidelis quoque non dubitet ob hoc deuotus fuisse, quia voluit: & quantum quicquid ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum: pari que momento animum se vel ad vitam, vel ad virtutes mouere, quem bona apparentem gratia Dei foueat, mala & tantem damnatio iusta suscipiat. Cumque inter hæc innumerabilia illius multitudi obiectur paruulorum, qui vtique excepto originali peccato, sub quo omnes homines similitur in primi hominis damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias actiones, non sine Dei iudicio fecerunt: ut ante discretionem boni ac mali de vsu vitæ istius auferendi, alij per regenerationem inter celestis regni assumuntur heredes: alij sine baptismo inter mortis perpetuæ transeant debitores: tales aiunt perditalesque saluari, quales futuros illos in annis maioribus si ad actum seruariantur ætatem, scientia diuina præiudicet. Nec considerant se gratiam Dei, quam commitem, non præuiam humanorum voluntè esse meritum, etiam illis voluntatibus subdere, quas ab ea, secundum suam phantasmam, non negat esse præuentas. Sed in tantum quibuscunque commentitiis meritis electionem Dei subiciunt, quia præterita quæ non extant: futura quæ non sint, futura contingant, nouoque apud illos absurditatis genere, & non agenda præscita sint, & præscita non acta sint. Hanc sane de humanis meritis præscientiam Dei, secundum quam gratia vocantis operetur, multò sibi rationabilis videntur astruere, cum ad eorum nationum contemplantationem veniunt, quæ vel in præteritis seculis dimissæ sunt ingredi vias suas, vel nunc quoque adhuc in veteris ignorantia impietate depercut, nec vlla eis, aut legis, aut Euangelij illuminatio conseruauit, quom tamen in quantum prædicatoribus ostium apertum est, & via facta est, gentium populus qui sedebat in tenebris, & in vmbra mortis, lucem viderit magnam: & qui quendam non populus, nunc autem populus Dei sit, & quorum aliquando non misertus est, nunc autem misertetur, præiufos inquit à Domino credituros: & ad vnamquamque gentem ita dispensata tempora ac ministeria magistrorum, ut exortura erat bonarum credulitatis voluntatum. Nec facile illud, quod Deus omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: quandoquidem inexcusabiles sint, qui & ad vniuersi veri Dei cultum poterunt instrui intelligentia naturali, & Euangelium idè non audierint, quia nec fuerant recepturi. Pro vniuerso autem humano genere mortuum esse Dominum nostrum Iesum Christum & neminè prorsus à redemptione sanguinis eius exceptum, etiam si omnem hanc vitam alienissima ab eo mente pertranseat: quia ad omnes homines pertinet diuinæ misericordiæ sacramentum: quo idè plurimi non renouentur, quia quod nec renouari vtile habeant, prænoscantur. Itaque quantum ad Deum pertinet, omnibus paratam vitam æternam, quantum autem ad arbitrij libertatem, ab his eam apprehendi, qui Deo sponte crediderint, & auxilium gratiæ merito creditur acciperint. In ista verò talis gratiæ prædicatione hi, quorum contradictione offendimur, cum prius meliora sentierint, idè de vltimè contulerunt, qui si proficerentur & ab ea omnia bona merita præueniret & ab ipsa vt possint esse donati, necessitate concederet Deum secundum propositum

* repositis.

* intelligenda.

tum & consilium voluntatis suæ occulto iudicio, & opere manifesto, aliud vas condere in honorem, aliud in contumeliam; quia nemo nisi per gratiam iustificatur, & nemo nisi in prævaricatione nascatur. Sed refugunt istud fateri, dominique adscribere operi Sanctorum merita formidant, nec acquiescunt prædestinatum electorum numerum nec augeri posse, nec minui; ne locum apud Infideles ac negligentes cohortantium incitamento non habeant, ac superflua sit industria ac laboris inditio, cuius studium, cessante electione, frustrandum sit: Ita demum enim posse vnumquemque ad correctionem, aut ad profectum vocari, si se sciat sua diligentia bonum esse posse, & libertatem suam ob hoc Dei auxilio iuvandam, si quod Deus mandat, elegerit. Ac sic, cum in his qui tempus acceperunt liberæ voluntatis, duo sint quæ humanam operentur salutem, Dei scilicet gratia & hominis obedientia, priorum volunt obedientiam esse gratiam, ut inquit salutis ex eo qui saluat, non ex eo credendum sit stare qui saluat; & voluntas hominis diuinæ gratiæ sibi pariat opem, non gratia sibi humanam subiiciat voluntatem. Quod cum peruersissimum esse, reuelante Dei misericordia, & instruente nos tua Beatitudine, nouerimus, possimus quidem ad non credendum esse constantes, sed ad auctoritatem talia sententium non sumus pares: quia multum nos & vitæ meritis antecellunt, & aliqui eorum adepto nuper summo sacerdotij honore supereminent, nec facile quisquam præter paucos perfectæ gratiæ intrepidus amator, tantis superiorum disputationibus ausus est contraire. Ex quo non solum his qui eos audiunt, verum etiam ipsis qui audiuntur, cum dignitatibus creuit periculum: dum & multos reuerentia eorum aut inutili cohibet silentio, aut curioso ducit assensu: & saluberrimum ipsis videtur, quod penè nullius contradictione reprehenditur. Vnde quia in istis Pelagianæ prauitatis reliquiis non mediocri virulentæ fibra nutritur: si principium salutis malè in homine collocatur: si diuinæ voluntati impiè voluntas humana præfertur, ut ideò quis adinuetur quia voluit, non ideo quia adiuuatur, velit: si originaliter malus inchoare malè dicitur: si aliunde Deo placetur, nisi ex eo quod ipse donauerit, tribue nobis in hac causa Papa beatissime, Pater optime, quantum donante Domino potes: diligentiam pietatis tuæ obsecro, ut quæ in istis questionibus obcurat, & ad percipiendum difficiliora sunt, quàm lucidissimis expositionibus dignetur aperire. Ac primum, quia plerique non putant Christianam fidem hac dissensione violari, quantum periculi sit in eorum persuasione patrefacias. Deinde quomodo per istam præoperantem & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium: Tum

verum præscientia Dei ita secundum propositum maneat, ut ea ipsa quæ sunt proposita, sint accipienda præsentia: an per genera causarum & species personarum ista varientur; ut quia diuersæ sunt vocaciones, in his qui nihil operaturi saluantur, quasi solum Dei propositum videatur existere; in his autem qui aliquid boni acturi sunt per præscientiam possit stare propositum, an vero vniformiter, licet diuini præsentia à proposito temporalis distinctione non possit, præscientia tamen quando ordine sit subnixæ proposito; & sicut nihil sit quorumcūque negotiorum, quod non scientia diuina præuenerit; ita nihil sit boni, quod in nostram participationem non Deo auctore desulerit. Postremo quemadmodum per hanc dictionem propositi Dei, quo Fideles sunt qui præordinati sunt ad vitam æternam, nemo eorum qui cohortandi sunt, impediatur, nec occasione negligentia habeant, si se prædestinatos esse desperent. Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus patienter insipientiam nostram ferendo demonstras, quod retractatis priorum de hac opinioibus, penè omnium pat inuenitur & vna sententia, qui propositum & prædestinationem Dei secundum præsentiam receperunt: ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem vniuscuiusque præuiderit, & sub ipso gratiæ adiutorio in qua futurus esset voluntate & actione præficerit. Quibus omnibus enodatis, & multis insuper quæ altiore intuitu ad causam hanc pertinentia magis potes videre, discussis, credimus & speramus, non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum præsidio roborandam; sed etiam ipsos quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defæcatisimum lumen gratiæ recepturos: Nam vnum eorum præcipue auctoritatis & spiritualium studiorum vitam, sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat Beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ: & de hoc quod in quædam irahit, iam pridem apud Sanctitatem tuam sensum suum per literas velle conferte. Sed quia verum hoc facturus, aut quo sine sit facturus incertum est, & omnium nostrum fatigatio, providente hoc præfenti sæculo Dei gratia, in tuæ charitatis & scienciæ vigore sperat, adde eruditionem humilibus, adde increpationem superbis. Necessarium & vile esse etiam quæ scripta sunt scribere, ne leue existimetur quod non frequenter arguitur. Sanum enim putant esse quod non dolet, nec vulnus superducit cure sentiant; sed intelligant peruenturum ad sectionem quod habuerit perseuerantem tumorem. Gratia Dei, & pax Domini nostri coronet te in omni tempore, & ambulante de virtute in virtute glorificet in æternum domine Papa beatissime ineffabiliter mirabilis, incomparabiliter honorande, præstantissime patrone!

* * * * *

COELESTINI PAPÆ PRO PROSPERO ET HILARIO,
DE GRATIA DEI EPISTOLA AD QVOSDAM
GALLIARVM EPISCOPOS.

DILECTISSIMIS fratribus Venerio, Mario, Leontio, Auxonio, Arcadio, Philatio, & cæteris Galliæ Episcopis Cælestinus Episcopus. Apostolici verba præcepti sunt: Apud Iudæos atque Gentiles sine offensione nos esse debere: hoc quisquis Christianus est, tora animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illum manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam Fidelibus exhibere: Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista contristent, quæ autoribus Christianis percellunt ani-

mos Christianos, dominicus in Euangelio sermo testatur. At enim ipse Saluator, quod expedit scandalizanti vnum de pusillis, in maris profunda demergi. Et ideò quæ sit eius iam pœna quæ ramus, cui tale supplicium legimus expedire.

Matth. 18.

De Prospero & Hilario.

CAPVT I.

Filij nostri præsentis Prosper & Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tan-

X 3 tum

tum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensionem Ecclesiarum studeant, sunt apud nos persecuti, vel indisciplinatas quaestiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduersantia veritati: sed vestrae dissolutioni iustus imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus supra magistrum non esse discipulum, hoc est, non sibi debere quemquam ad iniuriam Doctorum vindicare doctrinam: Nam & hos ipsos à Deo nostro politos nouimus ad docendum, cum sit dicente Apostolo, eis tertius locus intrâ Ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, vt magistris tacentibus, viri loquantur, qui si ita est, discipuli non fuerunt? Timeo ne conuincere sit hoc tacere, timeo ne magis ipsi loquantur, qui permittant illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa non respicit, si cum silentio fueramus errori. Ergo corripiantur huiusmodi, non sit his liberum habere pro voluntate sermonem; desint, ita vt res sunt, incesse nouitas veritatem, desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragio mergere, quos intrâ portum itantes statio facit si la securo. Fida quippe est omnium iustitia, quorum perfectis gradibus vestigia non mouentur. Recurrerunt ad Apostolicam prædicti Sedem, hæc ipsa vobis quæ tenet perturbatio, conquærentes. Habetote, fratres charissimi! pro Catholica plebis pacæ tractatum, sciant se, si tamen censentur presbyteri dignitate, vobis esse subiectos, sciant omnes qui malè docent. quid sibi magis dicere competat, quam docere? Nam quid in Ecclesiis vos agitis, si nihil summam teneant prædicandi? Nisi forte illud obstitit, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, vt aliqui ex fratrum numero, nuper de laetorum consorcio in collegium nostrum fortassis admitti solent, quid sibi debeant vindicare? Super his multa iam dicta sunt eo tempore, quo ad fratris Toenij dedimus scripra responsum, nunc tamen repetentes sæpius admouimus, vt veniant huiusmodi, qui laborant per terras aliquid ille noster iussit agricola seminare, nec tamen mirari possumus, si hæc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nuncur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

De sancto Episcopo Augustino mira laudis aduerso.

CAPVT II.

Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec vquam hunc sinistra suspicionis saltem tumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiam à meis semper præcessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, vt potè qui vbiq; cunctis & amoris fuerit, & honoris, vnde resistendum talibus, quos malè crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia mœnata nostra sunt, nos quoque conuenit macerari, quamuis maneat hos Beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter iustitiam sustinere, quibus quid promittat Dominus in futurum, sequens sermo declarat. Non est agentium causa solorum vniuersalis Ecclesia, quacunque nouitate pulsata, intelligamus hæc ipsa vobis, quæ nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbit silentio, de tali te in posterum quærela cessauerit. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi!

Sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates de gratia Dei.

CAPVT III.

Quia nonnulli qui Catholico nomine gloriantur, in damnatis autem hæreticorum sensibus seu prauitate siue impertitia demorantes, passim disputatoribus obuare præsumunt, & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris tanquam necessarium modum exceperint, obloquantur, eaque tantummodò sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati Apostoli Petri Sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium præsulum suorum sanxit & docuit: necessarium fuit diligenter inquirere, quid Rectores Romanæ Ecclesiæ, de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicauerint, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint, ita vt etiam Africanorum Conciliorum qualdam sententias iungeremus, quas vtrique suas fecerunt Apostolici Antistites, dum illas comprobarent: vt ergo pleniùs, qui in aliquo dubitant, instruantur, Constitutiones sanctorum Patrum compendioso manifestamus indico, quo si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subactarum auctoritatum breuitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum Catholicis credat & dicat.

Quod Adam omnes homines laeserit, nec ququam nisi Christi gratiâ, posse saluari.

CAPVT IV.

In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem, & innocentiam perdidit, & neminem de profundo illius ruinæ pro liberum arbitrium posse conseruare, nisi cum gratia Dei misericentis exerxerit, pronunciate beatæ memoriæ Papæ Innocentio, atque dicente in Epistola ad Carthaginensè Concilium. Liberum enim arbitrium ille perperit, dum suis inconsultis vitur bonis, cadens in præuaricationis profunda, demersus est, & nihil, quemadmodum exinde surgere possit, inuenit, siquæ in æternam libertate deceptus huius ruina iacuillet oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia reuulset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omnem præteritum vitium sui baptismatis lauacro purgauit.

Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione eius qui solus bonus est.

CAPVT V.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus, quod in eisdem scriptis eiusdem Pontificis sententia protestatur dicens: Nam quid nos de eorum posthæc rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant debet quod boni sunt, nec illum considerant cuius quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se adsequi posse confidunt?

Quod nisi gratiâ Dei continuâ inuenimur, insidias diaboli superare non possemus.

CAPVT VI.

Neminem etiam baptismatis gratia renouatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei perseverantiam bonæ conuersationis acceperit, quod eiusdem antistitis in iisdem paginis doctrina confirmat dicens: Nam quamuis hominem

hominem redemerit à præteritis ille peccatis, tamen sciens illum iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa iteravit, atque quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi fieri, confisque vitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necessè est enim, ut quo auxiliante vincimus, eò iterum non adiuuante vitæcamur.

Quod per Christum libero benè utamur arbitrio.

CAPVT VII.

Qvod nemo, nisi per Christum, libero benè utar arbitrio, idem magister in epistola ad Militanum Concilium data prædicat, dicens: Aduerte tandem, ô prauissimarum mentium peruersa doctrina! quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentiis frenis eius vitæ, in præuacationem præsumptione concederet, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statum pristini libertatis Christi Domini reformasset aduentus.

Quod omnia Sanctorum merita deo a sunt Dei.

CAPVT VIII.

Qvod omnia studia, & omnia opera ac merita Sanctorum ad Deum gloriam laudemque referenda sunt, quæ nemo alium, & ei placeat, nisi ex eo, quod ipse donauerit, in quam nos sententiam diuigit beate recordationis Pape Zozimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis Episcopos ait: Nos autem in fidei actu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, vnde nascuntur) ad fratrum & Coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersa retulimus. Hanc autem sermonem sincerissimæ veritatis luce radiantem tanto Atri Episcopi honore venerati sumus, ut ita ad eundem vitæ scriberent. Illud verò quod in litteris, quas in vniuersas prouincias curatis esse mittendas, posuisti licens. Nos tamen instinctu Dei, & sic accedimus dictum, ut illos, qui contra Dei adiutorium ex tollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis, velut cursum transiens amputaret. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod vniuersa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti, & tamen instinctu Dei factum esse fideliter, sapienterque vidisti, veraciter, fidenterque dixisti? Ideo vitæ quæ præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse tangat corda fidelium. Quotquot enim spiritu Dei agunt, hi filij Dei sunt: vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxiliium.

Quod omnis sancta cogitatio, & motus pia voluntatis ex Deo sit.

CAPVT IX.

Qvod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero cooperetur arbitrio, vt sancta cogitatio, primum consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instruit, qui cum ad totius orbis Episcopos de diuina gratiæ opulatione loqueretur. Quod ergo, ait, tempus interuenit, quo eius non egemus auxilio? In omnibus igitur actibus, causisque, cogitationibus, motibus, adiutor, & protector orandus est: superbum est enim, vt quicquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo: *Non est nobis conuersatio adue carnis & sanguinem, sed contra principes, & potestates aëris visibus, contra spiritualia nequissima in car-*

lestibus. Et sicut ipse iterum dicit: *Insalis ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei Rom 7. per Iesum Christum Dominum nostrum.* Et iterum: *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me va-* 1. Cor. 15a *cua non fuit, sed plus ius omnibus laboranti; non ego autem, sed gratia Dei mecum.*

Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adiuuet ne committantur, & præstat vt lex impleatur, nec sicut ait Pelagius, facit, quasi sine gratia Dei difficilior possit impleri.

CAPVT X.

ILLud etiam, quod intra Carthaginensis Synodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicæ Sedis amplèctimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est, vt quicumque dixerit gratiam Dei, quæ iustificemur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere quæ iam commissa sunt, non etiam ad auctorum, vt non committatur, anathema sit. Et iterum quarto capitulo: Vt quisquis dixerit, gratiam Dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuvare ad non peccandum, quæ per ipsum nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid agi petere, aut quid vitare debeamus, non autem per illum nobis præstari, vt quod facile vobis cognouimus, etiam facere diligamus, atque volumus, anathema sit. Cum enim dicit Apostolus: *Se et i. iustis, obnoxia vobis adificat,* vnde impium est vt credamus ad eam, quæ in ista nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ edificat, non habere, cum sit vtrumque donum Dei, & sciri et quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt adificante charitate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: *Qui dicit hominem se etiam;* ita etiam scriptum est: *Charitas ex Deo est.* In quinto capitulo, vt quisquis dixerit; Ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facile possimus implere per gratiam, tanquam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit: de fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: Sine me nihil difficultius potestis facere; sed ait: *Sine me nihil difficultius potestis facere.* 1. Cor. 8. Psal. 93. 1. Ioan. 4. Ioan. 15.

Quod Sedes Apostolica omnes orationes Chelisi gratiam resonant, quæ genus humanum ab æterna damnatione reparatur.

CAPVT XI.

PREter beatissimæ & Apostolicæ Sedis inuolabiles sanctiones quibus nos piissimi patres pestiferâ nouitas & e ratione delectâ, & bonæ voluntatis exordia & incrementa probabilium studiorum, & in eis vique in finem per euentantiam ad Christi gratiam referre docuerunt, obsecrationum quoque sacerdotium sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita in toto mundo atque in omni Catholica Ecclesia vniiformiter celebrantur, vt legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plurimum præules mandata sibi met legario funguntur apud diuinam clementiam, humani generis agunt causam, & tota secum Ecclesia congemiscite, postulant & precantur, vt insidiosis donetur filius, vt iudolatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, vt idolis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, vt hæretici Catholicæ fidei perceptione respiciant, vt schismatici spiritum rediunt charitatis accipiant, vt lapsis penitentia remedia conferantur, vt denique Catechumenis ad regenerationis sacramenta ductis cœlestis misericordię aula referretur. Hæc autem non perfunctoriè ne-

Rom. 8.

Ephel. 6.

que inaniter à Domino peti rerum ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii charitatis sue, & ex vasis iræ, faciat vasa misericordiæ, quod adeo totum diuini operis esse sentitur, vt hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium, vel correctione referatur.

Quod gratiam Dei etiam baptizandorum referatur insinuat purgatio, cum exorcismis & exsufflationibus spiritus ab eis abiguntur immundi.

CAPVT XII.


ILLud etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniuersimodo agit, non otioso contemplatur intuitu: cum siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis, & exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc verè appareat quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa eius diripiantur, in possessionem translata victoris, qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergo Ecclesiasticis regulis, & ex diuina sumptis autoritate documentis, ita adiuuante Domino, conformati sumus vt omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei attenditur, Deum profiteamur auctorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præueniri, per

quem fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere: quo vtiq; auxilio & munere Dei non auferetur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta est enim erga omnes homines bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est, æterna præmia se donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus, nec otiosa esse in nobis patitur, quæ exerceunda, non negligenda donauit, vt & nos cooperatores simus gratiæ Dei, ac si quid nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicitè recurramus qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram, & cui quotidie dicimus: *Nè inducas nos in tentationem, sed libera nos à malo.*

Quod profundiores questiones nec contemnenda sint, nec penitus adserenda.

CAPVT XIII.

PROFUNDIORES verò, difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis uenturiscunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere. Quia ad confutandam gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quicquid secundum prædictas regulas Apostolicæ Sedis non scripta docuerunt, vt prorsus non opinemur Catholicum, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.



CANONES CONCILII ALTERIVS ARAUSICANI,

CIRCA TEMPORA LEONIS PAPÆ PRIMI.

De libero arbitrio vel diuersis conditionibus, & de rebus necessariis per capitula requirendis.

CAPVT I.



V M ad dedicationem Basilicæ quam illustissimus Præfectus & Patricius filius noster Liberius in Arausica ciuitate fidelissima deuotione confluxit, Deo propitiante & ipso inuitante conuenissemus, & de rebus quæ ad Ecclesiasticam regulam pertinent, inter nos fuisset spiritalis oborta collatio: peruenit ad nos esse aliquos, qui de gratia & libero arbitrio minus cautè, & non secundum fidei Catholicæ regulam sentire velint. Vnde & nobis secundum auctoritatem & admonitionem Sedis Apostolicæ, iustum & rationale visum est, vt pauca capitula, ab Apostolica nobis Sede transmissa, quæ ab antiquis Patribus de certis Scripturarum voluminibus in hac præcipuè causa collata sunt, ad docendos eos, qui aliter quam oportet sentiunt, ab omnibus obseruanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus. Quibus lectis, qui hucusque non sicut oportebat, de gratia & libero arbitrio credidit, ad ea quæ fidei Catholicæ conueniunt, animum suum inclinare non distitit.

1. Si quis per offensam præuocationem Adæ non totum, id est, secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animi libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus aduersatur Scripturæ dicenti: *Anima qua peccaueris, ipsa morietur. Et, Nescitis quoniam qui exhibetis vos seruis adobe-*

diendum, serui estis eius cui obeditis? Et, A quo quis 2. petri superatur, eius & seruus addicitur.

2. Si quis soli Adæ præuocationem suam, non & eius propagini asserit nocuisse; aut certè mortem tantum corporis (ad quæ pena peccati est) non autem & peccatum, quod mors est anime, per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur: iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo docenti; *Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.*

3. Si quis inuocatione humana gratiam Dei dicit posse confecti, non autem ipsam gratiam facere, vt inuocetur à nobis, contradicit Elaiæ Prophætæ, vel Apostolo idem dicenti: *Inuentus sum à non querentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant.*

4. Si quis, vt à peccato purgetur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem vt etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in nobis fieri confiteatur, resistit ipsi Spiritui sancto, per Salomonem dicenti: *Præparatur voluntas à Domino, & Apostolo salubriter prædicanti: Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.*

5. Si quis, sicut augmentum ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui iustificat inipsum, & ad regenerationem baptismatis peruenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis ineffe dicit: Apostolicis dogmatibus aduersariis approbatur, B. Paulo dicente: *Confidimus quia qui capis in vobis bo-*

Coloff. 1.
Rom. 8.Ioan. 11.
Matt. 12.
Marc 3.
Psal. 67.

Matt. 6.

Rom. 5.

Ez. 4. 14.

conter. duas

epist. Pel.

Rom. 5.

Ez. 5. 1.

Rom. 10.

Pror. 8.

Philip. 2.

Philipp. 1.

Ezech. 18.
Rom. 6.

Ibidem. *num opus perficies usque in diem Domini nostri Iesu Christi.* Et illud: *Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo passimini.*
Ephef. 2. Et, *Gratia saluis facti estis per fidem, non ex vobis: Dei enim donum est.* Qui enim fidem qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo Fideles esse definiunt.

6. Si quis sine gratia Dei, credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri diuinitus, non autem vt credamus, velimus, vel hæc omnia sicut oportet agere valeamus, per infusionem & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri constitutur, & aut humilitatis aut obedientie humane subiungit gratie adiutorium, nec vt obedientes & homiles simus ipsius gratia donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: *Quia habes quod non accepisti:* Et, *Gratia Dei sum id quod sum.*

1. Cor. 4.
Ibid. 15. **Wide Aug.**
Epist. c. 16.
lib. de gratia Christi.
 7. Si quis per naturam vigorem bonum aliquid quod ad salutem pertinet vite æternæ cogitare vt expedit, aut eligere, siue saltuari, id est, Euangelicæ prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suauitatem consentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis: *Sine me nihil potestis facere.* Et illud Apostoli: *Non quod iconis sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed iustitia nostra ex Deo est.*

Ioan. 15.
Cor. 3.
 8. Si quis alios misericorditer, alios verò per liberum arbitrium/quod in omnibus qui de præuaricationi primi hominis nati sunt, constat esse vitiatum) ad gratiam baptismi posse venire contendit, à recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis allestit infirmatum, aut certe ita lælum putat, vt tamen quidam valeant sine reuelatione Dei, mysterium saloris æternæ per semetipsos conquerere. Quod quam fit contrarium, ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: *Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Et Apostolus: *Nemo potest dicere Dominum Iesum Christum nisi in Spiritu sancto.*

De adiutorio Dei.
 9. Diuini est muneri, cum & rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, vt operemur, operatur.
 10. De adiutorio Dei, Adiutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper esse implorandum, vt in bono peruenire, vel in bono possint opere perdurare.

De obligatione votorum.
 De ciuit. **11.** Nemo nequam Domino rectè vouerit, nisi ab illo acceptit, sicut legitur: *Quæ de manu tua accipimus, damus tibi.*

Quales nos diligit Deus.
Sent. verò 54.
1. Par. 29.
 12. Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

De reparatione liberi arbitrii.
Sent. est 56.
Lib. 14. de ciuit. Dei cap. 11.
Ioan. 8.
Sent. est 211.
Psal. 78.
Psal. 58.
Sent. est 225.
 13. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi, non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Vnde ipsa Veritas dicit: *Si vos filius liberaueris, tunc verè liberi eritis.*

14. Nullus miser de quâcunq; miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur, sicut dicit Psalmista: *Circa anticipet nos misericordia tua Domine.* Et illud: *Deus meus: misericordia eius præueniet me.*
 15. Ab eo quod formatur Deus, mutatur Adam, sed

in peius per iniquitatem suam, ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit præuaricatoris primi: hæc, secundum Psalmistam, mutatio dextere Excelsi.

16. Nemo esse eo quod videtur habere, gloriatur, tanquam non accepit: aut ideo se putet accepisse, quia littera extrinsecus, vel vt legetur apparuit, vel vt audiretur, insonuit. Nam sicut Apostolus dicit: *Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est,* porro autem si non gratis mortuus est: *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitates, dedit dona hominibus.* Inde habet; quicunque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut verè non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo.

De fortitudine Christiana.
 17. Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei charitas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis, nullis meritis gratiam præueniuntibus.

18. Meretur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiant.
Neminem nisi Deo miserante saluari.
 19. Natura humana, etiamsi in illa integritate in qua est condita, permaneret, nullo modo seipsum Creatore suo non adiuuante seruaret. Vnde quum sine gratia Dei salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?

Nihil boni hominem posse sine Deo.
 20. Multa in homine bona sunt quæ non facit homo: nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstet, vt faciat homo.

De natura & gratia.
 21. Sicut eis qui volentes in lege custodiri, à gratia exciderunt, verissime dicit Apostolus: *Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est:* sic & his qui gratiam quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime dicitur: *si ex natura iustitia, ergo Christus gratis mortuus est:* iam hic enim erat lex, & non iustificabat: iam hic erat & natura, & non iustificabat: ideo Christus non gratis mortuus est, vt & lex per illum impletur qui dixit: *Non veni legem soluere, sed adimplere:* & natura per Adam perditam, per illum repararetur, qui dixit, venisse se querere & saluare quod perierat.

De his qua hominum propria sunt.
 22. Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac eremo, vt ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via.

De voluntate Dei & hominis.
 23. Suam voluntatem homines faciant, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt vt diuine seruiant voluntati, quamuis volentes agant quod agunt, illius tamen voluntas est à quo præparatur & iubetur quod volunt.

De palmisibus vitis.
 24. Ita sunt in vite palmites, vt viti nihil conferant, sed inde accipiunt, vnde viuunt. Sic quæque vitis est in palmisibus, vt vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis profect & non Christo. Nam præcisio palmite, potest de viua radice alius pullulare. Qui autem præcisus est, non potest sine radice viuere.

De dilectione, quâ diligimus Deum.
 25. Profusus donum Dei est, diligere Deum. Ipse, vt diligere, dedit qui non dilectus diligit. Displacentes amati sumus, vt fieret in nobis vnde placeremus. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris

Psal. 78.
1. Cor. 4.
De spir. s. lib. cap. 21.
Gal. 2.
Ephef. 4.
Psal. 67.
Math. 23.
Wide Sent. 225
Rom. 5.
Rom. 4.
Aug. epist. 106.
Contr. 2. ep. Pelag. 1. 3. cap. 7.
Galat. 2.
De grat. & lib. ar. bit. c. 13.
Math. 5.
Luc. 19.
Extat 5. in Ioan. & est Sent. 323.
Extat 19. in Ioan.
Ex sentent. Prop. 336.
Ioan. 5.
Ex August. sup. Ioan. tract. 81.
Tract. 102. in Ioan.
Ioan. 4.
Ioan. 14.
Rom. 7.
Spiritus

Spiritus Patris & Filij, quem cum Patre amamus & Filio. Ac sic secundum suprascriptas sanctarum Scripturarum sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc Deo propitiante & predicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & arenatum fuerit libei arbitrium, ut nullus postea aur diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia diuina praeueniat. Vnde Abel iusto, & Noë & Abraham & Isaac & Jacob, omnique antiquorum sanctorum multitudini, illam praeclatam fidem quam in ipsorum laudem praedicat Apostolus Paulus, non per bonam naturam quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam? quam grauiam, etiam post Aduentum Domini, omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio habere, sed in Christi nouimus simul & credimus largitate conferri, secundum illud quod iam supra dictum est & praedicat Paulus Apostolus. *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, & illud: Deus qui cepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem D mini nostri.* Et illud: *Gratia saluis facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est.* Er quod de seip o ait Apostolus: *Misericordiam consequutus sum ut fidelis essem.* Non dixit, quia eram; sed ut essem. Er illud: *Quid habes quod non acceperis?* Et illud: *Omne datum bonum & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminis.* Er illud: *Nemo habet quidquam boni, nisi illud illi datum fuerit desuper.* Innumerabilia sunt sanctarum Scripturarum testimonia, quae possint ad probandam gratiam proferri, sed breuitatis studio praetermissa sunt, quia & reuera, cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt. Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia omnes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quae ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos verò ad ma-

lum diuina potestate praedestinatos esse, non solum non credimus; sed etiam, si sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. Hoc etiam salubriter profitemur & credimus, quod in omni opere bono non nos incepimus, & postea per Dei misericordiam adiuuamur; sed ipse nobis nullis praecedentibus bonis meritis, & fidem & amorem sui prius inspirat, ut & baptismi Sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adiutorio ea quae sibi sunt placita, implere possimus. Vnde manifestissime credendum est, quod & illius laetronis, quem Dominus ad Paradisi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis ad quem Angelus Domini missus est, & Zachaei, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed diuinae largitatis donum. Er quia definitionem antiquorum Patrum, nostramque quae supra scripta est, non solum religiosi, sed etiam laicis, medicamentum esse & desideramus & cupimus; placuit ergo ut etiam illustres ac magnifici viri qui nobiscum ad praefatam festiuitatem conuenerunt, propria manu subscriberent. Caesarius in Christi nomine Episcopus, constitutionem nostram relegi, & subnotans subscripsi. quinto Nonas Iulij, Decio iunior viro clarissimo Consule. Iulianus Episcopus subscripsi. Constantius Episcopus subscripsi. Cyprianus Episcopus subscripsi. Eucherius Episcopus subscripsi. Heraclius Episcopus subscripsi. Prineipius Episcopus subscripsi. Philagrius Episcopus subscripsi. Maximus Episcopus subscripsi. Praetextatus Episcopus subscripsi. Aletius Episcopus subscripsi. Lupercianus Episcopus subscripsi. Vindemialis Episcopus subscripsi. Petrus Marcellinus, Felix, Liberius viri clarissimi & illustres Praefecti Praetorij Galliarum atque Patricij, consentientes subscriperunt. Syagrius vir clarissimus conf. subscripsi. Opilio vir clarissimus conf. subscripsi. Pantagatus vir clarissimus conf. subscripsi. Deodatus vir clarissimus conf. subscripsi. Carriatus vir clarissimus conf. subscripsi. Marcellus vir clarissimus conf. subscripsi.

LUC 24. f.
ACT. 10. a.
LUC. 19. 3.





INDEX SCRIPTURARVM

Quas explicat vel citat D. Prosper,

IVXTA ORDINEM LIBRORVM ATQVE
Capitulum vtriusque Testamenti.

EX VETERI TESTAMENTO.

EX GENESI.

- 1 **D**IVISIT Deus inter lucem & tenebras.
pag. 98. col. 2.
- 3 **E**cce Adam factus est quasi vnus ex nobis sciens bonam & malam. pag. 105. col. 2.
- 4 **I**uxta 70. Interpret. Nonne fructu offeras, recte autem non diuidas peccasti? lib. 2. de vocat. gent. cap. 13.
Quiesce, a te vnus erit conuersio eius, & tu dominaberis eius, ibid.
- 4 **V**identes Filij Dei, &c. lib. 2. de vocat. gent. cap. 10.
Non permanebis spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt, ibid.
- 4 **H**istoria arca, lib. 2. de vocat. gent. cap. 14.
- 11 **T**urris Babel. ibid.
- 12 **I**n semine tuo benedicentur omnes gentes. ibid.
- 17 **I**n Isaac vocabitur tibi semen, lib. 2. de vocat. gent. c. 11.
Masculus cuius precepit caro circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo, in epist. ad Demetriadem.
26. **B**enedicentur in semine tuo, lib. 1. de vocat. gent. cap. 9.

EX EXODO.

- 4 **Q**uis dedit os homini & quis fecit mutum & non audientem, lib. 1. de vocat. gent. cap. 14.
- 33 **M**isererebatur cuius misererebatur, in epist. ad Demetriadem.

EX LEVITICO.

- 33 **S**egregauit vos ab omnibus gentibus, lib. 1. de vocat. gent. cap. 5.

EX DEUTERON.

- 32 **I**uxta 70. cum disperiret Altissimus, lib. 1. de vocat. gent. cap. 5.
- I**uxta 70. Et dedit Dominus & relaxauit & iratus est propter iram filiorum suorum, &c. lib. 2. de vocat. gent. cap. 18.
Generatio peruersa est filiis, in quibus non est fides in illis, ibid.
- E**go in Zelum incitabo eos, &c. ibid.

EX I. PARALIPOM.

- 28 **Q**uod cogitasti in corde tuo edificari domum nominis meo, bene fecisti hoc ipsa manus pertractauit, 106. col. 2.

EX II. PARALIPOM.

- 19 **N**on est iniquitas apud Deum, ad obiect. Gallorum, & lib. Sent. 397. pag. 88.

EX TOBIA.

- 6 **I**uxta 70. Interpret. Surgite primum ambo, & deprecamini Dominum celi, ut detur vobis misericordia, &c. lib. 2. de vocat. gent. cap. 36.

EX HESTER.

- 10 **I**uxta 70. Diuidens omne saculum in sortes duas, lib. 1. de vocat. gent. cap. 5.

EX IOB.

- 2 **N**unquid considerasti seruum meum Iob, in epist. ad Demetriadem.

- 11 **A**bundantia tabernacula pradonum, & audacter provocant eum, eum ipse dederit omnia in manibus eorum, lib. 1. de vocat. gent. cap. 14.
- S**i destruxerit, nemo est qui edificet, &c. ibid.
- A**aduocit auxiliares in futurum finem, &c. ibid.
- I**n cuius manu est anima omnis viventis, & Spiritus vniuersa carnis hominis, de vocat. gent. cap. 22. & contra Cuss. collat. cap. 34.
- Q**ui deridetur ab amico suo sicut ego, &c. 110. col. 1.
- A**pid ipsum est fortitudo & sapientia, ibid.
- 14 **B**reues dies hominis sunt, numerus dierum eius apud te est. 1. de vocat. gent. 22. & lib. 2. de vocat. gent. cap. 22.
- I**uxta 70. **N**emo mundus a sordibus, nec infans cuius est vnus dies vita, in epist. ad Demetriadem.
- S**epandus Hieronymus: **Q**uis potest facere mundum de inmundis conceptis sensu, ibid.
- E**xpecto donec veniat immutatio mea. 110. col. 1.
- 19 **S**cio quod Redemptor meus vinit, & in nouissimo, &c. ibid.
- 28 **A**nima eius quodcumque voluerit, hoc fiet. 1. de vocat. gent. 14.
- 41 **Q**uis ante dedit mihi ut retribuam illi, 1. de vocat. gent. 24.

EX PSALMIS.

- 2 **D**abo tibi gentes hereditatem tuam, 1. de vocat. gent. 9. & in epist. ad Respiu.
- 5 **O**disti omnes qui operantur iniquitatem. 88. col. 12.
- 13 **O**mnes declinauerunt. 1. de vocat. gent. 9.
- 17 **D**iligam te Domine virtus mea. 110. col. 2.
- 18 **T**imor Domini sanctus permanens in saculum saculi, in epist. ad Demet.
